PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

UTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 109 VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. QUÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXVII.

THEODORUS BALSAMON.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII. ANNUS 1205.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΒΑΛΣΑΜΩΝ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΘΕΟΥΠΟΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

THEODORI BALSAMONIS

PATRIARCHÆ THEOPOLIS MAGNÆ ANTIOCHIÆ

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA,

CANONICA, JURIDICA, DOGMATICA.

ACCEDUNT

JOANNIS ZONARÆ ET ARISTENI

COMMENTARIA IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

ALMA COLLEGE
208.1
LIBRARY
M58
Alma, California

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

8222

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII, ANNUS 1205.

—

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXVII CONTINENTUR.

THEODORUS BALSAMON.

Notitia ex Bibliotheca Græca Fabricii. col. 9

Guillelmi Beveregii Præfatio. 19

Theodori Balsamonis, Zonaræ, Aristeni Commentaria in Canones SS. Apostolorum, conciliorum, et in Epistolas canonicas SS. Patrum.* 35

Canones SS. Apostolorum. *Ibid.*

— œcumenicæ Nicænæ synodi I. 217

— synodi Constantinopolitanæ II. 309

— synodi Ephesinæ III. 347

— synodi Chalcedonensis, quartæ œcumenicæ. 381

— synodi Quinisextæ. 497

— synodi in Trullo. 501

— synodi VII œcumenicæ. 875

— synodi Constantinopolitanæ primæ et secundæ. 1003

— synodi Carthaginensis. 1095

— synodi Ancyranæ. 1121

— synodi Neocæsariensis. 1195

— synodi Gangrensis. 1233

— synodi Antiochenæ. 1274

— synodi Laodicenæ. 1342

— synodi Sardicensis. 1422

* Textum contulimus cum editione Atheniensi anni 1855.

1.80?
M 58

TOMUS PRIMUS.

—

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

NOTITIA

EX BIBLIOTHECA GRÆCA JOAN. ALB. FABRICII

(Ed. Harles, tom. X, pag. 575.)

Theodorus Balsamon, a Georgio (*a*) et Michaele (*b*) Balsamone distinguendus in Ecclesia patria CPolitana varias dignitates (*c*) obiit, patriarchatus quoque Antiocheni titulo atque insignibus decoratus, licet Antiochia in Latinorum fuisset potestate jam ab an. 1100 (*d*), et verus patriarcha Antiochenus tunc esset Anastricus. V. Nic. Comneni *Præmot. mystagog.* p. 181. Etiam spes illi ab imp. Isaacio Angelo Comneno (*e*) facta est, quod an. C. 1191, Niceæ Muntani in patriarchatu CPolitano esset successurus, modo ipse, utpote legum et canonum peritissimus (*f*), demonstraret translationem episcoporum de sede una in aliam iisdem neutiquam repugnare. Quod cum demonstrasset, translationisque jus imperatoriis etiam litteris confirmatum esset: non tamen Antiochenus Balsamon, sed Dositheus Hierosolymitanus translatus, ad Constantinopolitanam sedem, et ad patriarchatum hunc evectus fuit (*g*). Maxima tamen haud dubie Theodori Balsamonis est gloria, quod consiliis et scriptis promeruit, ut unus omnium sua ætate juris omnis, ecclesiastici maxime, consultissimus haberetur, ἀνὴρ ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας νομοτριβὴς (*h*), sive, ut Joannis Citri episcopi (*i*) verbis dicam, τρίβων ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιῳδόμενος, *accurate percalluit leges civiles et canonicas constitutiones, et hoc nomine omnium ore decantatissimus.* Philotheo patriarchæ CPol., in Refutatione scriptorum ab Harmenopulo anathematismorum (*j*) Σοφὸς νομοφύλαξ ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος. *Eruditus nomophylax et in legibus ac canonibus summe instructissimus et sapientissimus.* Vixisse adhuc, et ad Marci patriarchæ Alexandrini quæstiones (*k*) respondisse traditur an. C. 1203, paulo ante scilicet, quam CPolis a Latinis caperetur; sed Allatius (*l*) quidem numerum illum non dubitat corruptum esse, ut sane est necesse, cum Georgius, cujus patriarchæ tempore Marcus Alex. Balsamonem consuluisse eodem loco traditur, jam diem obierit an. 1198 (*m*). Idem Allatius non uno in loco (*n*) in Balsamonem, ut Latinæ Ecclesiæ infamatorem et schismatis Græcorum defensorem fervidum, acriter, ut solet, Baronii exemplo invehitur. Atque Nicol. Comnenus in *Præmot. mystagog.*, p. 190 seq., gravissima illi tribuit mendacia; et pag. 349, mendacissimum canonum corruptorem appellat.

(*a*) Georgii Balsamonis, Græci, qui in cardinalis Salviati familia vixit, carmina et soluta oratione quædam exstare, scripsit Lilius Gyraldus, de poetis sui temporis, dialogo II. Salviatus ille obiit Ravennæ, an. 1553. Ex scriptis hujus Balsamonis nec ego quidquam vidi, nec a Gyraldo, aut Diatriba de Georgiis, p. 383; ab Allatio quidquam commemoratur.

(*b*) Michael Balsamo Magnæ Eccles. CPol. chartophylax (scevophylax) et archidiaconus, synodo Florentinæ an. C. 1438 subscripsit, sed invitus, ut ipse postea professus est in *Anaphora cleri CPolitani*, quam reversus CPolim composuit, et ex qua loca affert Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, III, 2 et 3. (Anaphoræ III, c. 5. citat Nicol. Comnen. p. 143. *Præmott. mystagogicar*, et p. 181, ait, duas se hujus Balsamonis epp. habere, cujus argumenta exponit, et duas anaphoras.) Inter alia ap. Allat. pag. 922, legas; Balsamonem hunc conquerentem minas contra Græcos præsentes jactatas pontificis, ἀπαλὴν μονονουχὶ διαῤῥήδην βοῶσαν, *aut una cum papa sentirent, sicque largissimis donis, gratiis ac dignitatibus cumulati in patriam redirent: aut fame et siti confecti exsiccatique postmodum occultæ neci addicerentur:* Πενίᾳ καὶ δίψῃ πρότερον ταριχευθέντας ὕστερον ἀφανεῖ θανάτῳ παραπεμφθῆναι ἡμᾶς. Alius quoque fuit Balsamon Thessalonicensis, clarus circa an. 1350, cujus epistolam ad Nicephorum Gregoram edidit Græce et Latine Joan. Boivinus ante tom. I. *Hist. Byz.* Gregoræ Paris. 1702, fol. Omitto Petr. Balsam. martyrem, de quo Boland. 3 Januar. tom. I, p. 128 sq.

(*c*) Diaconi Magnæ Ecclesiæ CPol. nomophylacis, chartophylacis sive sigilli patriarchalis et archivi custodis, et præpositi ædis S. Mariæ ad Blachernas. Vide Guil. Beveregium, Prolegom. ad tom. I Synodici.

(*d*) Baron. ad an. 1100. num. 9.

(*e*) Nicetas Choniates in Isaacio Angelo, lib. II, c. 4, pag. 440.

(*f*) Ὡς νόμους καὶ κανόνας ἀκριβωσάμενος. Id.

(*g*) Καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχείας πάλιν Ἀντιοχείας ἐῶμενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων δώκου εἰς τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀγόμενος. Idem.

(*h*) Nicetas l. c.

(*i*) Responsis ad interrogationes Constantini Cabasilæ Dyrrachii archiep. quas, Balsamone jam defuncto, scripsit, libro V *Juris Græco-Rom.* pag. 333. Quanquam, non in omnibus tuto sequendas Balsamonis sententias, libere ibidem Joannes profitetur.

(*j*) Id. lib. IV, p. 288.

(*k*) Lib. V, Juris Græco-Rom. p. 362.

(*l*) Lib. II, *De consensu utriusque Eccles.* c. 13, § 4. Idem monuit Beveregius, in Prolegom. ad tom. I magni synodici, p. XI.

(*m*) Vide volum. VI, hujus bibl. pag. 756. [In ed. vet. sed in nova edit. illum Conspectum chronol. hist. CPolitanæ omisi. V. notam ad vol. VIII, pag. 101 sq. HARL.] Male ad an. 1450 refertur a Gabriele Severo, ap. Nic. Comnenum, pag. 178. Nam is alius est, Junior Michael Balsamon, de quo paulo ante dixi. (FABR.) Vid. infra, vol. XI, p. 47, ed. vet. (HARL.)

(*n*) *De consensu utriusque Eccles.* p. 703; *De interstitiis ordinum apud Græcos*, p. 128 seq.

Septuaginta circiter annis post Joan. Zonaram canonibus ecclesiasticis illustrandis animum appulit Balsamon, qui passim libenter ejus verbis et sententiis (o) utitur, et semel laudat etiam de nomine, in scholiis ad Epistolam canonicam S. Athanasii, tom. II Synodici Beveregiani, pag. 37 : Ὑπερφυέστατος ἐκεῖνος Ζωναρᾶς σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως ἡρμήνευσε. Unde falluntur, qui cum Natali Alexandro (p), Balsamonem ante Zonaræ tempora floruisse, verisimilius putant; atque si ætatis rationem quæ ipsi probe erat cognita, habere voluisset Beveregius, Zonaræ scholia Balsamonianis, ut fit in ms. Basil. non hæc illis in præclaro illo suo synodico præmisisset. Sed auctoritati et eruditioni Balsamonis primum locum concedere maluit. Itaque idem Balsamoni et Zonaræ scholiis subjecit scholia Alexii Aristeni, magni œconomi, licet et ille (post Zonaram quidem, sed) ante Balsamonem circ. an. Ch. 1150, scripserit, et ab eo laudetur ad can. 6 apostolicum et ad Trullanum XXXVII. Zonara etiam antiquiorem facit Allatius, *De consensu*, etc., pag. 419. Ab eodem, p. 191, ante Aristenum. Zonaram et Balsamonem epitomator canonum satis antiquus Græcus citatur. Idem, p. 354, ait ex Alexio sua hausisse Balsamonem. (Fabr.) De nostro Theodoro, viro juris ecclesiastici consultissimo, confer. Gerh. von Mastricht, *Hist. juris eccles.* n. 339 sqq. p. 377, G. Cave, *Hist. litter. SS. Eccles.* tom. II, pag. 246. — Ell. du Pin, *Nouv. bibl.* tom. IX, p. 204, f. vol. X, p. 191; C. Oudin. *Comm. de SS. Eccles.* tom. II, p. 1606, sqq. (qui, nulla vero reddita ratione, nulloque adducto teste, Theodorum pronuntiat mortuum esse provectæ ætatis, a. Ch. 1214, cum titulum patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ per annos 28 tenuisset); Joan. Fabricii *Hist. bibl. Fabric.* in parte II, pag. 337 seq., ubi a pag. 335 Synodicon, sive Pandectas canonum ss. apostolorum ab Ecclesia receptorum, etc., per Guil. Beveregium Oxon. 1672, fol. tom. II recenset; et pag. 337, de Theodoro Balsamone agit; ac pag. 338, alios de nostro laudat; Hamberger. in *Zuverlass. Nachr.* part. IV. pag. 290-294, qui alios, annum mortis Theodori vel 1180, vel 1203, vel 1214, designantes refutat : nec tamen certi aliquid definire conatur, sed tantummodo, ipsum adhuc post an. 1192 in vivis fuisse, declarat; Christn. Godofr. Hoffmann, in Historia juris Romano-Justinianei, part. I, lib. III, cap. 6, § 6 et 7, pag. 715 716. sqq.; — Joan. Aug. Bach., in *Historia jurisprudentiæ Romanæ*, lib. IV, cap. 2, § 14, pag. 654 seq. edit. 5 Aug. Cornel. Stockmann. Lips. 1796, 8; — Saxium, in *Onomast. litterar.* part. II, pag. 286 seq., qui nostrum circa an. 1179 maxime floruisse, scribit, et præter alios, quos citat, Pagii *Critic. Baron.* an. 1179, XXI, laudat. (Harl.)

Theodori Balsamonis scripta.

1. *Scholia in Canones* conciliorum Patrumque, et hisce præmissum Photii patriarchæ *Nomocanonem*, sive legum imperatoriarum et ecclesiasticorum canonum concordiam. Hoc præcipuum opus, jussu imperatoris Manuelis Comneni, qui an. 1180 obiit et patriarchæ CPol. Michaelis Anchiali, an. 1177 defuncti susceptum a Balsamone adhuc diacono, quod patriarcha jam Antiochenus ad umbilicum perduxit et Georgio Xiphilino (ab an. 1192) patriarchæ CPol. dedicavit. Totum primus Latine ex Joan. Tillii codice versum edidit Gentianus Hervetus, Paris. 1561, fol. Græce et Latine cum Herveti versione Fronto Ducæus, ibid., 1620, fol. Integriore codice in *Nomocanone* usus est Henricus Agylæus, cum cujus versione (eam an. 1562, fol. Basileæ excuderat Oporinus) emendata hinc inde ac suppleta *Nomocanonem* Photii, Balsamonis scholiis illustratum, Græce ex cod. bibl. Palatinæ vulgavit Henricus Justellus Paris. 1615, 4; atque secundis curis collata editione anni 1620, et Mazarinisno codice, nec non Photii præfatione ex ms. bibl. Bodlei. præmissa, Paris. 1661 fol. in bibliothecæ Canonicæ tomo secundo p. 785. Scholia vero in canones conciliorum ac Patrum longe integriora ex codicibus Bodleiano, Ætonensi et Basileensi Amerbachiano habemus Græce et Latine vulgata in laudato Guil. Beveregii synodico Oxon. 1672 fol. duobus volum. una cum scholiis Joan. Zonaræ et Alexii Aristeni in eosdem canones et Matthæi Blastaris Syntagmate canonum legum alphabetico. De codice insigni Cæsareo hujus operis vide Lambecium VI, pag. 51 seq.; Fabr. s. p. III. sqq. n. 1, cum Photii *Nomocanone*, ed. Kollar. (ubi Lambec. comprobat judicium Phil. Labbei, in tomo II. Dissert. *de script. ecclesiasticis*, p. 396 sq. latum, Theodorum Balsamonem, Romanæ Eccl. hostem, in suis Commentariis multa effutiisse in defensionem falsorum quorumdam canonum.) In eod. vol. p. 114, eodemque cod. 15, n. 2, sunt canones sanctorum apostolorum, variorumque conciliorum generalium et provincialium, ut et diversorum vett. Patrum epistolæ canonicæ, cum Theodori Balsamonis Commentariis amplissimis, ubi Lambec. adnotat, omnia quidem edita esse in ed. Paris. 1620, fol. pag. 233-1088; beneficio tamen illius cod. Vindobon. posse multis locis emendari ac suppleri. — In cod. 256, n. 7, sunt canones quidam sanctorum apostolorum, cum expositione Theodori Balsam. V. Lambec. V, p. 363, qui in vol. III, pag. 76, interpretatur Theod. Balsam. locum in explicatione decimi septimi canonis concilii Laodiceni. — In cod. Escorial. Balsam. *Expositio in Photii Nomocan.* et reliqua, teste Pluero in *Itiner. per Hispan.* pag. 191. — In cod. Baroec. 194, Photii Canones cum Comment. Balsamonis, et Balsamon in canones apostolorum. — In cod. Baroc. 205 iidem libri, atque canones et epistolæ canonicæ

(o) Corrector et plagiarius Zonaræ dicitur Balsamon a Nortono Knatchbull in notis ad Act. XIV, 23. Confer Allatium, *De consensu*, etc., pag. 175; et W. E. Tentzelii Dissert. *de duplici baptismo Constantini Magni*, § 16.

(p) Natalis Alex. Hist. Eccles. sæc. XI et XII, p. 517, 6ª edit. in fol. : « Balsamonem ex Zonara mutuatum, falso conjicere videntur eruditi viri : imo potius hunc ex Balsamone hausisse duxerim, quem ante ipsum floruisse verisimilius est. »

cum Comm. Balsamonis. — In cod. 30, Jamesii, Excerpta ex canon. et Commentar. Balsamonis V. Cat. codd. Angliæ, I, pag. 263. In eod. catal. tom. II, n. 1836, in cod. canonum collegii Etonensis, qui continet præfat. Theod. Balsamonis, *Nomocanon* Photii cum comment. Balsamonis; quæstiones quorumdam monachorum et responsa, canones apostolorum Nicæn. CPolit. Ephesin. Chalced. cum Comment. Theod. Balsamonis. — Ibid. synodum Carthag. præsidente sancto Cypriano cum Comm. Balsam. etc. — Ibid. n. 3439, in cod. Norfolc. 540, Concilia, cum Expositione Balsamonis et Zonaræ. — Ibid. n. 3905, in Thom. Gale, cod. 71 Canones sanctorum apostolorum et conciliorum, in catologo plene indicatorum; item Petri, archiepiscopi Alexandrini Epistola cum scholiis Balsamonis, et alia, quæ omnia in multis locis esse impressis libris auctiora, adnotat confector catalogi. — Dublini (secundum eumdem catalog. vol. II, p. II, pag. 231, n. 277) in collegii S. Trinitat. cod. 137, n. 11 sqq. epistola Tarasii CP. ad Adrian. papam f. 66, ap. Balsam. p. 1088, cum notis; Synodus I sub Photio, f. 68 b. Balsam. p. 519 c. not. sed imperfectis; synodus II sub Photio f. 71 c. not. ap. Balsam. p. 583; Dionysii Alex. ad Basilid. Epistola f. 72, apud Balsamon. p. 879; S. Petri, Alex. martyris canones, qui feruntur in sermone de pœnitentia, f. 75 b. Balsamon. 887 (*q*) caret uno f. inter 78 et 79, etiam in fine; Athanasii Alex. epistola ἑορταστική 39, fol. 84, caret initio, et incipit p. 922, ap. Balsamonem; tres S. Basilii Epistolæ canonicæ, etiam ap. Balsamon. Sed apud hunc non exstat Præfatio Epistolæ tertiæ; Basilii epistola ad Amphilochium, aliter inscripta, ac ap. Balsamon. f. 101, et multa alia quæ in Cat. indicantur. — Florent. in cod. Medic. Laurent. 2, Collectio sacrorum canonum cum Expositione Zonaræ, Balsamonis et anonymi, quam collectionem in illo cod. fusius recenset et plura de singulis partibus refert Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 1-11. — Haud pauca Balsamonis ib. in cod. 40 continente canones ecclesiasticos diversorum. V. Bandin. l. c. pag. 70 sqq. qui, ut de superiore cod. notaverat, etiam ubi singula sint edita aliaque animadvertit. P. 76 sq. primus ex illo cod. Gr. evulgavit Joannis patriarchæ CPolit. Synodicam dijudicationem f. Constitutionem de rebus, quæ ad monasteria pertinent, etc. Pag. 81, ex cod. 2, n. 100 Gr. publicavit Balsamonis epilogum in *Nomocanonem*, versibus iambis, qui deest in Beveregii *Pandectis canonum* et in *Justelli Bibl. juris canonici veteris*. — In cod. 2 (V. Bandin. I, pag. 11, n. 101) est etiam Balsamonis de ordine tenendo in sedibus a metropolitanis et archiepiscopis, secundum eorum descriptionem, quæ est in chartophylacio; exstat quidem in Leunclavio lib. III, pag. 243, sed auctoris nomen non præ se fert. — Taurini in cod. 105 est amplissima sacrorum conciliorum generalium et particularium, nec non epistolarum canonicarum Collectio, addito Balsamonis Commentario; ib. in cod. 219, Theod. Balsam. Commentaria in *Nomocanonem* Photii, nec non apostolicos et conciliorum generalium ac provincialium Canones et SS. Patrum Epistolas canonicas. Præit rerum Index, ad cujus calcem leguntur versus heroici ejusdem Balsamonis. V. Cat. codd. Gr. Taur. pag. 194-212, et pag. 310. — Venet. in bibl. Marc. codd. 168 et 169, canonum Collectio cum Scholiis Theod. Balsamonis. V. Recensionem in Cat. codd. Gr. pag. 95-98. Caratteremtamen in c. Morelli bibl. mst. Gr. et Lat. I, pag. 96 sq. — Paris. Balsam. Scholia in canones conciliorum et in Photii *Nomocan.* in codd. 1318, n. 1, 3-39; et n. 40, Balsam. epilogus, versibus iambicis (1329-1551), in quo etiam plurima sunt, quæ Fabric. sect. II, III et IV, recensuit in cod. 1319, n. 2, Zonaræ et Balsamonis Commentar. in SS. Patrum Epistolas canonicas; — In cod. Coisliniano 39 Zonaræ et Balsamonis canones, et alia quæ magna ex parte cusa non esse, testatur Montfauc. in bibl. Coislin. p. 113 sq. Venet. in cod. Naniano, 133 *Nomocanon.* a Joan. Tralino Cretensi, ex testimoniis sacræ Scripturæ, Patrum, conciliorum, legum civilium, Novellarum, nomocanonis Photii. Balsamonis aliorumque contextus. Plura vero de eo in Cat. codd. Gr. Nan. p. 428. — Præterea notandum est, priorem Photii *Nomocanonis* edit. cum Comment. Theod. Balsamonis in-4, non ab Henrico Justello, sed ab ejus patre, Christophoro Justello, esse curatam, contra alteram ed. multo auctiorem, sive *Bibliothecam juris canonici veteris*, in duos tomos distributam, etc. Lutetiæ Paris., 1661 in fol. editam esse ab ejus filio Henrico Justello. Nam Inscriptionis altera pars id diserte declarat: « Alter vero (tomus) insigniores juris canonici veteres collectiones Græcos exhibet. Ex antiquis codd. mss. bibliothecæ Christophori Justelli. Horum major pars nunc primum in lucem prodit, cum versionibus Latinis, præfationibus, notis et indicibus huic editioni necessariis, opera et studio Guil. Voelli, Theologi et Henrici Justelli, Christophori F. » Utramque habeo edit. conf. infra, vol. XI, pag. 50 sqq. De Beveregii Synodico vid. infra, in vol. XI, pag. 54 sqq. et Joan. Fabricii *Hist. bibl. Fabric.* part. II, pag. 335 sqq. Insuper conf. supra, vol. VI, pag. 698, vol. IX, p. 168, n. 10; et infra vol. IX, pag. 47, 49, etc. ed. vet. (Harl.) — De Florent. cod. in bibli. M. Ducis, V. Frid. Lindenbrog. in Comm. in l. unicam, *Si quis imperatori maledixerit*, to n. IV *Thes. juris Ottonian.* pag. 348.

II. Τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατάξεων συλλογή. *Constitutionum imperatorianum de rebus ecclesiasticis* libri III, 1° ex codice, 2° ex Digestis et Institut., atque 3° ex Novellis. Sub *Parathlorum* nomine edidit Joan. Leunclavius Latine, Francof. an. 1593, 8 (2). Sed Græce cum Leunclavii versione et duobus notatorium

(*q*) In quo Balsamonis Syntagmate sunt canones 15, sed in cod. Laurent. 40, n. 25, sunt 14 canones. Conf. Tillemont. tom. V, p. 450 seqq. aliosque a Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 75, laudatos; in cod. autem 2, n. 59, sunt quindecim canones, V. Bandin. l. c. p. 5.

(*r*) Joan. Leunclavii Notatorum libri duo sunt recusi in Everh. Ottonis *Thesauro juris Romani*, tom. III, Lugd. Batav. 1727, fol. pag. 1474-1561. Harl.)

libris, Carolique Annibalis Fabrotti, qui versionem cum Græcis mss. contulit, notis prodierunt in H. Justelli *Bibl. Canonica* tom. II, pag. 1223. Paris. 1661, fol. Vide et Fabrottum ad Constantinum Manassem, pag. 193, ubi de codice ms. (Fabr.) Conf. infra, vol. XII; p. 403, Jos. Mar. Suaresii Notit. Basilicorum, ed. D. Christi Frid. Pohlii, Lips. 1804, 8, § 9, pag. 28. — Exstat Balsamonis Collectio constitutionum variis in codd. e Gr. Vindobon. 16, n. 3 Novellarum Constitutionum imp. Justiniani I Epitome ecclesiastica, a Theodoro Balsam. composita, et in capp. octoginta septem divisa. V. Lambec. VI, part. I, pag. 118 sqq. ed. Kollar. Atque Lambec. adnotavit, exstare quidem id opusculum in Voelli et Justelli Bibl. Gr. Lat. Juris canonici vet. tom. II, p. 1312-1361, sed longe aliter, quam in hoc codice Cæsar. (sed. vid. paulo post de codd. Taurin. et Marciano) Fabrott. autem in fronte monet. exstare in Vatic. cod. 856 et Palatin. cod. 226 Gr. simillima Paratitla. —Florent. in cod. Laurent. 8, n. 56, plut. 9, et cod. 13, n. 15 sqq. plut. 56, de quibus V. Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 402, et tom. II, p. 310. —Taurini in cod. reg. 26 qui continet varia Theodor. Balsam. Opusc. juridico-canonica, quem confector cat. codd. gr. Taur, p. 96 sqq. curate copioseque recenset. Primum monet contra Nesselium, in Cat. bibl. Vindob. part. II, p. 22, n, 3. (cui tamen jam, ut vidimus, præivit Lambec.) affirmantem, illud Balsamonis opus in cod. Vindob. exstare in Voelli et Justelli Bibliotheca, tom. II. Longe aliter tamen expositum atque diversum, valde errare; et tractatus, qui editi fuerunt a Voello et Justello, alios prorsus esse et distinctos ab opere in cod. Taurin. (quocum cod. Laurent. memoratus, paucis initio exceptis, concordat, animadvertente Bandin. l. c.) Hinc, quod id primum opusculum (nimirum 87, priora capitula) prætermissum fuit in Voelli et Justelli Bibl. (nam in hac reliqua, quæ a folio 100 deinceps sequuntur in codice, sunt vulgata), confector Cat. titulos singulorum capitum ex cod. protulit pag. 96-107. — In codice 26, a folio 262, 2. V. catal. cit. p. 198. — Venetiis in cod. Marciano 269. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 98. Sed multo distinctius recensuit eum cel. Morelli, in bibl. mss. Gr. et Lat. I, pag. 97, nempe insunt: 1° Constitutiones, ex iis selectæ, quas post Novellarum codicem Justinianus edidit, sub capp. 87, syllogen, a Theodoro Balsam. adornatam, efficiunt, qualem exhibet cod. Taurinensis, et quæ sylloge a Lambecio in cod. Vindobon. memor. pro sequenti Balsamonis opere perperam habita est. Exstat quoque in cod. Coislin. pag. 87, Bibl. Coislinianæ. 2° XXV Constitutiones legum civilium ex Novellis Justiniani, ut in cod. Taurin. p. 104. catal. et Laurent. ap. Bandin. I, p. 478, n. 7-25) duæ collectiones cum titulis tribus, quæ continent Balsamonis Collectionem Constitutt. ecclesiasticarum, tribus libris distinctam, qualem bibl. Justelli complectitur. — Paris. in cod. 1333, atque cap. 11 et 12 in cod. 1332, n. 51, bibl. publ. Conf. etiam D. Casp. Achat. Beck, De Novellis Leonis Aug., etc. ed. D. Car. Frid. Zepernick, Halæ 1779, 8, p. 27; ibique not. Zepernickii, et hunc p. 362. (Harl.)

III. Responsa varia et imperatoria edicta causas ecclesiasticas spectantia, quæ exstant in libro secundo Juris Græco-Romani a Marqu. Freherо Græce et Lat. editi Francof. 1596, ubi Balsamonis nomen occurrit:

1. Περὶ τοῦ ἐφειμένον εἶναι τῷ βασιλεῖ, ἀνάγειν τὰς ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις (s). *Quod imperatori permissum sit episcopatus in metropoles erigere*, p. 130.

2. Περὶ γάμου θείας καὶ ἀνεψιᾶς μετὰ θείου καὶ ἀνεψιοῦ (t): *De nuptiis amitæ et fratris filiæ legitimi cum filio fratris et patruo ineundis*, pag 138. (Fabr. (Conf. cod. Nanian. 229, n. 1, et Cat. codd. Gr. Nan. p. 423. (Harl.)

3. Περὶ τῶν ψηφισθέντων εἰς τὰς Ἀνατολικὰς Ἐκκλησίας (u): *De electis ad Orientales Ecclesias*, pag. 138.

4. Περὶ δικαστηρίου τῶν κληρικῶν (v): *De foro clericorum*, p. 139.

5. Περὶ τοῦ πατριαρχικοῦ δικαίου ἐπὶ τὰ μοναστήρια (x): *De jure patriarchico in monasteria*, p. 140. [Paris. in cod. 1332, n. 43.]

6. Περὶ διδασκάλων (y): *De doctoribus*, p. 143.

7. Περὶ δικαιωμάτων τῶν ἁπανταχοῦ ἐκκλησιῶν ἐπὶ τῇ κατοχῇ τῶν ἀκινήτων (z): *De instrumentis omnium, quæ ubique, ecclesiarum ob possessionem immobilium*, p. 149.

8. Περὶ ἡμερῶν ἀπράκτων (a): *De feriis*, pag. 160. (Fabr.) Eruditissimis scholiis a Balsamone in Summario ad Novellas illustrari a Man. Comneno constitutionem de feriis, non diffitetur Nic. Comnenus, p. 388, Balsamoni alias iniquior.

IV. *Responsa ad quæstiones LXIV canonicas*, sive De jure ecclesiastico, propositas a Marco Alexandrino patriarcha. Prodierunt in jure Orientali cum versione Enimundi Bonefidii edito an. 1573, 8, apud Henricum Stephanum, libro tertio, Græce p. 237-300, et Latine pag. 263-309. Et in Jure Græco-Romano Marquardi Freheri, libro quinto, pag. 362-394 (Francof. 1596, fol.). ubi p. 388, lacuna supplenda κυρίου Νικολάου, ut ex Balsamonis canonum Collectione observavit Cotelerius, tom. I, ad Patres apostolicos, pag. 328. Ex proœmio colligas, a. C. 1203 scripta fuisse Responsa; sed numerum corruptum esse, non dubitat

(s) Cum versione Latina Enimundi Bonefidii exstat in ejus *Jure orientali*, lib. 1 Gr., p. 64; Lat. p. 46, Paris. 1573, ap. Henr. Stephanum, 8.
(t) Id Gr. p. 40; Lat. p. 29.
(u) Gr. Bonefidius, p. 62; Lat. p. 45.
(v) Id. Gr. p. 75; Lat. p. 54.
(x) Id. Gr. p. 71; Lat. p. 51.
(y) Id. Gr. p. 61; Lat. p. 44.
(z) Id. Gr. p. 109; Lat. p. 79.
(a) Id. Gr. p. 80; Lat. p. 58.

Allatius, p. 703, de consensu, et verum an. 1193, restituendum. (Fabr.) — Paris. in septem codd. bibl. publ.— Sexaginta sex quæstiones, etc. Vindob. in cod. 13, 11. *V.* Lambec. VI, part. I, pag. 106. — Monac. in cod. Bavar. 83. *V.* Hardt. in Aretini Beytrægen, etc., 1804, part. v, pag. 17 et 18.— Venet. in cod. Nanian. 228 15, *V.* Cat. codd. Gr. Nan. pag. 420. — Florent. in cod. Laurent. 2, n. 96, plut. 5, et cod. 40, n. 61 *V.* Bandin. cat. cit. I, pag. 10 et 78. ubi adnotat. in versione, quæ a Leunclavio lib. v, p. 362, affertur, multa reprehendi a Jac. Gretsero, Opp. tom. XVII, p. 16, ed. Ratisbon.—LX Quæstiones, etc., Mosquensi 32, n. 45. *V.* Matthæi Notit. p. 54, fol. paulo aliter in ed. in 8, p. 47, ibid. n. 55 Balsamonis, εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου· et ejusdem alia. (Harl.)

V. Μελέται ἤτοι ἀποκρίσεις· *Meditationes sive Responsa.* 1° Χάριν τῶν πατριαρχικῶν προνομίων· *De patriarcharum privilegiis*, tom. VII *Juris Græco-Rom.* p. 442. (Fabr.) In cod. Mosquensi 32, n. 39 sqq. sec. Matthæi Notit. p. 53 ed. in fol. sunt Μελέται, etc., 1, 4, 5 et 6. — Vindob. in cod. Cæsar. 15, n. 4, sunt Balsam. meditata sive responsa ecclesiastica octo, e quibus quinque exstant in Freheri *Jure Gr.-Rom.* pag. 412-478; reliqua tria ibi desunt, docente Lambec. vol. VI, part. I, pag. 115, ubi quoque v. Kollar. not. Inter ea quæ non edita sunt, est Epistola *de libro mathematico non legendo*, (quæ tamen reperitur quoque in cod. Paris. 1332, n. 48 bibl. publ. (in quo etiam exstant septem Responsa secund. ordinem Fabric. et Venet. in cod. Marciano 168, in quo cod. sunt præterea Μελέται, n. 2, 4, 5 et 7, a Fabr. signatæ. Vid. cat. codd. Gr. Marc. p. 96, et conf. infra, vol. XII, p. 494. (Harl.)

2°. Χάριν τῶν δύο ὀφφικίων, τοῦ τε χαρτοφύλακος καὶ τοῦ πρωτεκδίκου· *De duobus officiis, chartularii ac primi defensoris*, p. 453.

3°. Χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος, περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ διαξαδέλφαις συνάπτεσθαι· *De disceptata in synodo quæstione, num unus et idem duabus sobrinis jungi debeat*, p. 465. (Fabr.) In cod. Barocc. 149.—Paris. in codd. 1327, n. 15, et 1331, n. 49; Vindobon. in cod. 13, n. 9, ex quo Responsum, in Freheri *Jure Gr. Rom.* tom. I, p. 463 editum, posse emendari ac suppleri, Lambec. VI, part. I, p. 105, testatur, et in cod. 270, n. 8, Excerpta a Simeone Thessalon. facta, teste Lambec. V, p. 455. (Harl.)

4°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ πατριάρχου κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως· *Epistola de incensis, quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur*, p. 470.

5°. Μελέτη χάριν τῆς εἰς τοὺς θείους ναοὺς τῶν μοναστηρίων γινομένης μετακλήσεως διὰ σημαντηρίων τριῶν· *Meditatum de convocatione, quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa*, p. 476. (Fabr.) In cod. Nanianо 228, n. 5. *V.* Cat. codd. Gr. Nanian. p. 419. (Harl.)

6°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν ὀφειλουσῶν τελεῖσθαι νηστειῶν ἑκάστου ἔτους, πεμφθεῖσα πρὸς τοὺς Ἀντιοχεῖς· *Epistola de jejuniis, quæ peragi debent per singulos annos, missa ad Antiochenses*, et primum Græce ac Latine edita a *Joan. Baptista Cotelerio*, tom. II *Monument. Ecclesiæ Græc.* p. 492-514, Paris. 1681, 4. (Fabr.) [*V.* Bandini Cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 11, n. 99; et p. 78, n. 60; et Lamb. vol. V, p. 338 sq. n. 12, ibique Kollar. In cod. Paris. 1328, n. 41. (Harl.)] *Tomum synodicum* appellat Balsamon ad interrogata Marci Alex. quæst. 55, et paucis mutatis etiam ad Theodosium Sarpeiotem, monachum in valle S. Auxentii missum a se testatur in *Responso synodi CPol. sub Nicolao patriarcha ad quæstionem tertiam monachorum quorumdam*, cujus partem, Latine tantum ab Herveto editam, Græce mss. regis Christianiss. dedit idem Cotelerius in Notis ad Constitutiones apostol. lib. v, cap. 20.

7°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν ῥασοφόρων· *Epistola de rasopheris* (*b*), sive monachis ad Theodosium monachum καθηγητὴν τῶν κατὰ Παπίκιον μοναστηρίων præpositum Papicii monasteriorum. Edita ab eodem Cotelerio, tom. III *Monument.* pag. 473, 494, Paris. 1686, 4. (Fabr.) Vindobon. in cod. 15 Cæsar. n. 4. *V.* Lambec. VI, part. I, pag. 115, ubi Kollar. in not. ex Cotelerii loco, a Fabricio jam citato, adnotatt. de Papicio et rasophoris excerptas reddidit. (Harl.)

Nicolaus Comnenus Papadopoli in *Prænotionibus mystagogicis*, pag. 3, citat Athenagoræ testimonium ex Balsamonis *Respons. ad episc. Cypri*, quo monet, ordinationis negotium negotiorum omnium in Ecclesia maximum ac divinissimum ab ipsis fuisse habitum apostolis. (Fabr.)

In cod. Paris. bibl. publ. 1328, n. 21 sqq. Balsamonis scholia ad quasdam Gregorii Neocæsariensis, Athanasii, Basilii, Gregorii Nysseni, etc., Epistolas. — Tres Balsamonis Epistolæ, in cod. Nanianо 231, n. 121. Vid. Cat. codd. Gr. Nan. p. 470. Add. supra, vol. VII, p. 655, sub fin.

Balsamonis *Carmina*. Venet. in cod. bib. Marcianæ 524. *V.* Cat. codd. Gr. Marc. p. 283. — Versus quinquaginta iambici in Lapidem quemdam, etc. Florent. in cod. Laurent. V, n. 27. *V.* Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 665.

Martyrium Theodori, orientalis, et Claudii, auctore Theodoro, patriarcha Antiocheno, in cod. Selden. 62, s. n. 3274, in Cat. codd. Angliæ, etc., tom. I.

Dionysii, archiep. Alexandrini, Epistola de hora jejunii Paschæ, cum Commentario Balsamonis, in *Bibl. Patr.* Paris. 1575, vol. I; ibid. 1589, vol. III, Gr. ac Lat.; ibid. vol. I, p. 273, fol. (Harl.)

(*b*) Ῥασοφόροι etiam ῥασινδύται, raso sive villoso panno induti. Vide Cangii *Glossar.* et Cotelerium, lib. III *Monument.* p. 659.

EX PRÆFATIONE
GUILIELMI BEVEREGII

In *Pandectis canonum*, 2 vol. folio Oxonii 1672.

Juris canonici studium duodecimo præcipue sæculo in Oriente viguit, quo currente tres eruditissimi viri, Theodorus Balsamon, Joannes Zonaras et Alexius Aristenus claruerunt, qui omnes egregiam huic rei operam dederunt. Horum itaque singulorum scholia in hoc libro exhibemus, idque ea methodo, ut singuli canones trium istorum interpretum commentaria sibi annexa habeant. In quibus tamen disponendis ordinem temporis, quo quisque scripsit, non observamus, sed Theodorum Balsamonem, qui tempore postremus fuit, primo in loco constituimus, nimirum ob summam ejus in hisce studiis auctoritatem, et maximum in Ecclesia dignitatem; nam patriarcha fuit, ut mox ostendemus. De singulis autem hisce scholiastis, quos edimus ordine quem in libro occupant, ratio pariter atque consuetudo postulat, ut nonnihil hoc loco præmittamus.

Theodorus Balsamon Constantinopoli oriundus est. Ipse enim se Constantinopolitanum appellat in altera interpretatione duodetricesimi canonis Chalcedonensis, dicens: Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονώς. *Ego vero, cum Constantinopolitanus civis sim integerrimus, et sanctissimi throni Constantinopolitani pars factus.* Unde simul colligitur eum in ista Ecclesia primo ordinatum fuisse. Nimirum diaconus, nomophylax, atque etiam chartophylax istius Ecclesiæ fuit, ut patet ex inscriptione Constitutionum ecclesiasticarum quas ipse collegit, quæ in codice ms. Nicolai Peirescii, senatoris Aquisextiensis, a Carolo Annibale Fabroto in notis ad easdem Constitutiones citato, sic se habet: Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας νομοφύλακος, καὶ χαρτοφύλακος, καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν, τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. *Theodori diaconi sanctissimæ Dei Ecclesiæ nomophylacis et chartophylacis, et primi Blachernarum Balsamonis, post aliquot vero annos patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Quæ eadem fere habentur et in inscriptione hujus operis mox citanda. Quin etiam a Philotheo patriarcha in Refutatione exsecrationum ab Harmenopulo scriptarum ὁ σοφὸς νομοφύλαξ appellatur. Ipse etiam se chartophylacem fuisse in scholiis ad primum synodi Nicænæ I canonem testatus est, his verbis, Καὶ ὅτε τὸ χαρτοφυλακικὸν ἐνήργουν ὀφφίκιον καὶ μετὰ τὸ πατριαρχεῦσαι. E quibus ultimis verbis se patriarcham etiam fuisse fidem facit; Antiochiæ scilicet, quam patriarchalem sedem eum occupasse Isaacii Angeli diebus, qui imperare cœpit anno Domini 1185 ex Nicetæ Choniatæ Annalibus discimus; qui memoriæ tradidit, ut dictus imperator in animo habens Dositheum patriarcham Hierosolymitanum ad sedem Constantinopolitanam Leontii expulsi loco promovere, et certior factus hoc contra canones esse, ad Balsamonem Antiochenum, utpote jure canonico exercitatissimum se contulerit, de hac re consuluturus: Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑποὺλως τὸν διέποντα τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, Θεόδωρον τὸν Βαλσαμῶν, ἄνδρα ὑπὸ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. *Quod cum canones non permittere sciret, ad Theodorum Balsamonem thronum Dei civitatis magnæ Antiochiæ administrantem, virum ea ætate supra omnes alios juris consultissimum subdole accedit.* Et paucis interjectis scribit, ut idem imperator cum Balsamone colloquens simulaverit se eum voluisse Antiochia Constantinopolim transferre. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα σχετλιαστικῶς προαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν πατριαρχὴν ὡς λύχνον τῆς τῶν νόμων τηλαυγείας πάμφωτον. *Hæc et id genus alia non sine questu præfatus subjunxit, olim fuisse sibi in animo illum ex Antiochena Ecclesia ad œcumenicam dignitatem, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre.* Nicet. Choniat. in Isaac. Angel. lib. II. E quibus simul constat quanti nominis atque in jure canonico auctoritatis Theodorus hic Antiochenus tum dierum fuerit. Qui nihilominus ad thronum sibi commissum nunquam accedere potuit, Latinis tunc temporis Antiochiam tenentibus, ac propterea omnia ecclesiastica, quæ ad patriarchatum suum pertinebant negotia Constantinopoli administrare coactus est.

Hunc porro Theodorum Balsamonem jure canonico pariter ac civili instructissimum fuisse, non tam ex aliorum testimoniis, quam ex suis ipsius operibus constat. Multa siquidem composuit, quæ omnia ad jurisprudentiam spectant. Hic enim auctor fuit collectionis illius Constitutionum ecclesiasticarum, quæ sub Paratitlorum nomine a Joanne Leunclavio primo Latine edita est, et postea Græce a Carolo Annibale Fabroto J. C., ut idem Fabrotus in notis probavit. Plurimos etiam tractatus conscripsit, ut de patriarcharum privilegiis; de duobus illis officiis chartophylacis et primi defensoris; de quæstione ista, An unus

et idem duabus consobrinis conjungatur : de incensis quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur ; et de convocatione quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa, qui omnes sub *Meditatorum* nomine septimum librum *Juris Græco-Romani* a Joanne Leunclavio emissi constituunt. Scripsit etiam responsa ad LXIV canonicas interrogationes a Marco Alexandrino patriarcha ipsi propositas, quæ etiam in quinto dicti *Juris Græco-Romani* libro exstant. Horum proœmio istæ interrogationes factæ dicuntur, imperante Isaacio Angelo, et Georgio patriarchatum Constantinopolitanum tenente, mense Februario, indictione XIII, anno post incarnationem Domini 1203, μηνὶ Φεβρουαρίῳ, ἰνδικτιῶνος ιγ', καὶ ἐτῶν μετὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ,ασγ'. Hæc autem sibi non constant. Nam anno 1204 a Venetis et Francis occupata est Constantinopolis. Verum post Isaacium, Alexius Angelus octo annos, et alius post eum Alexius, Ducas cognomine, aliquantisper imperavit ante captam urbem ; quin etiam post Georgium istum Xiphilinum Joannes Camaterus thronum Constantinopolitanum quinque annos et octo menses administravit, priusquam urbs a Latinis caperetur. Ac proinde si istæ interrogationes factæ fuerint sub imperio Isaacii, et patriarchatu Georgii, ante annum 1203 factæ sint necesse est. Neque etiam indictio convenit ; isto enim anno, non XIII sed VI indictio currebat ; in utroque itaque numero, et anni scilicet et indictionis, error admissus est. Nec video quomodo corrigatur, nisi pro ,ασγ' scribatur, ,αριγ' et ια' pro ιγ'. Ut istæ nimirum interrogationes Balsamoni propositæ fuerint anno Domini 1193, indict. XI, quo quidem anno Isaacius Angelus imperium, et Georgius Xiphilinus Ecclesiam Constantinopolitanam gubernabat : quam facilis autem frequensque sit lapsus in Græcis describendis numeris, neminem latet.

Inter omnia autem opera quæ illustris hic in utroque jure princeps elaboravit, primum illud jure meritoque habetur, quo antiquos conciliorum Patrumque canones interpretatus est, quodque his verbis inscribitur : Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων· πρὸς δὲ καὶ δήλωσις τῶν ἐνεργούντων νόμων, καὶ μὴ ἐνεργούντων, τῶν ἀνατεταμένων ἐν τοῖς δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλοις τοῖς κατ' ἀρχὴν τῶν κανόνων κειμένοις· πονηθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ εὐτελεῖ διακόνῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν, τῷ Βαλσαμῶν τῷ μετὰ χρόνους τινὰς πατριάρχῃ Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης Ἀνατολῆς. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, sanctorum celebratissimorumque apostolorum et sacrorum œcumenicorum atque etiam provincialium sive particularium conciliorum, reliquorumque sanctorum Patrum : insuper et declaratio efficacium atque inefficacium legum in quatuordecim titulis ante canones positis collocatarum ; elaborata jussu imperatorio atque patriarchali, a Theodoro Balsamone, sanctissimæ Dei Magnæ ecclesiæ diacono, nomophylace, et chartophylace, præfecto Blachernarum, qui etiam post aliquot annos Theopolis magnæ scilicet Antiochiæ et totius Orientis patriarcha factus est.* Hoc est eximium illud opus, quod totum hoc libro in publicum damus, nisi quod illam declarationem legum in titulo commemoratam, hoc est, nomocanonis Photii in quatuordecim titulos distributi, interpretationem prætermittere visum est (a) ; partim quod in Bibliotheca veteris canonici juris non ita pridem edita est, et partim quod de legibus civilibus potius quam de canonibus ecclesiasticis agit : unde et in ipsa hac canonum interpretatione, ubi de legibus politicis loquitur, ibique solum, istam Nomocanonis expositionem citat, sub nomine τοῦ παρόντος συντάγματος. Ut in secundum canonem concilii Constantinopolitani, novellam citat καταστρωθεῖσαν εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ε' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος : hoc est, *in interpretatione quinti capitis primi tituli Nomocanonis Photii sitam.* Quod παρὸν σύνταγμα propterea appellat, quod iste Nomocanon ipsis canonibus præfigi, et unum cum iis volumen componere solitus fuerit ; quod hic lectorem præmonitum esse sufficiat. Cum autem in titulo supra laudato, hoc opus elaboratum dicatur κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν, hoc ideirco asserit, quod illud aggressus est jussu Manuelis Comneni imperatoris et Michaelis Anchiali patriarchæ Constantinopolitani ut ipse sub initium præfationis suæ in Nomocanonem Photii, quæ eadem et huic canonum interpretationi inservit, testatus est, dicens : Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὁρισθέντες παρὰ τοῦ θεοστεφοῦς ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος ἁγίου Μανουὴλ Κομνηνοῦ καὶ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, τοὺς ἱεροὺς κανόνας κατασκέψασθαι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀσαφῆ καὶ τοῖς νόμοις τὸ δοκεῖν ἐναντιούμενα σαφηνίσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι. *Quapropter nos sane, ubi a divinitus coronato sancto nostro imperatore D. Manuele Comneno, et sanctissimo domino nostro et œcumenico patriarcha D. Michaele Anchialo, qui philosophorum princeps fuit, decretum esset, ut sacros canones diligenter inspiceremus, et quæ in illis obscuriora essent, modoque aliquo legibus adversari viderentur, declararemus, atque interpretaremur.* Ubi etiam observare licet, hoc ei opus impositum fuisse, priusquam patriarcha creatus esset, et cum adhuc officio aliquo in Ecclesia Constantinopolitana fungeretur : siquidem patriarcham Constantinopolitanum dominum suum appellet. Cœptum est igitur hoc opus Michaele Anchialo thronum Constantinopolitanum tenente ; sed non consummatum est usque ad Georgium Xiphilinum, ad sedem istam evectum anno Domini 1191, plus minus. Huic enim patriarchæ Balsamon præclarum hoc opus a se elaboratum dedicavit : et ad eumdem

(a) Edidimus inter Photii opera, tom. CIV. EDIT. PATR.

carmina quædam dedicatoria conscripsit, quæ Gentianus Hervetus ex codice Tiliano Latine vertit in hunc modum :

Theodori patriarchæ Antiocheni ad sanctissimum patriarcham dominum Georgium Xiphilinum, carmen.

Perquam plus traditiones canonum
In vasto ego mari tremens Atlantico
Pertasi, ut Ascræus Charybdin hospes trajicit,
Vel Robrum ut pelagus Israelites senex,
Tua manus dextra stabilitus gratia,
O patriarcharum valde pium decus.
Unde bacilli mystici calamo levans
Illorum inaccessum itiner bifariam
Ipse in duobus tradidi scripto libris,
Quæ canonicæ disciplinæ sunt opera.
Te rogo, qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Hujus libri columna itineris ut sies,
Ægyptiorum mores quidem exustulans,
Verum in salutis via lucem porrigens.
Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon,
Qui patriarcha sum religione inclyta
Antiochiæ, atque adeo Orientis totius.

Egregium hoc opus a patriarcha Antiocheno non citius editum est, quam summo a plerisque applausu exceptum, licet nonnullos invenerit malevolos, qui illud vellicare studuerant. Namque Constantinus Cabalisa, archiepiscopus Dyrrachii, hanc ad Joannem episcopum Citri quæstionem proposuit : Αἱ παρὰ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου Ἀντιοχείας Θεοδώρου, τοῦ ἐπιλεγομένου Βαλσαμὼν γεγονυῖαι ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις Μάρκου, τοῦ ὁσιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, εὑρίσκονται τινὰς παρεκβάσεις ποιούμεναι ἔν τε κανονικαῖς καὶ νομικαῖς διατόξεσι. Δεῖ οὖν ταύταις προσέχειν; *A beatæ memoriæ patriarcha Antiochiæ cognomine Balsamon, factæ responsiones ad interrogationes Marci sanctissimi Alexandriæ patriarchæ, comperiuntur quasdam digressiones facere in canonicis et civilibus constitutionibus. An iis adhærendum sit necne?* Respondet Joannes, Ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ, ὁ Ἀντιοχείας, τριβὼν μὲν ἦν ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιῳδόμενος. Τὰ μέντοι συγγράμματα τούτου, ὅσα πρὸς κανονικὰ καὶ νομικὰ λήμματα ἐξηνέχθησαν, οὐκ ἐς τὸ πᾶν ἀκριβείας ἐχόμενα καταφαίνονται, τὸ παράδοξον· ἀλλ' ὥσπερανεὶ ἐκ λήθης μάλιστα καὶ παροράσεως προλόντα, καί που καὶ ἐφ' ἑαυτὸν μεριζόμενα. Καὶ οὐκ ἄν τις ἐφιστῶν τούτοις, οὐκ ἀπορήσειεν, εὑρίσκων τῇ ἐκείνου ἀκριβείᾳ τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα μὴ συντρίχοντα. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶντος ἐκείνου πολλῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει νομοτριβουμένων ἀκήκοα ἐπιλαμβανομένων τινῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου γνωμοδοτημάτων, ὡς μὴ κατὰ μοῖραν ἐξενεχθέντων, ἔν τε κανόνων ἑρμηνείαις καὶ νόμων, καὶ ἄλλοις τοιοῖσδε συντάγμασι. *Divinus ille vir, Antiochiæ patriarcha, accurate percallebat civiles et canonicas constitutiones, et ab omnibus in hisce rebus celebratus fuit. Ejus autem scripta, quæ ad canonica et civilia lemmata edita sunt, in omnibus, quod mirum est, accurationem habere cernuntur, sed velut ex oblivione maxime et inconsiderantia procedentia; alibi etiam in scipsis divisa. Nec de eo dubitet, qui diligenter consideraverit, inveniens ejus scripta subtilitati viri non respondentia. Ego autem etiam illo vivo multos audivi Constantinopoli legisperitos, qui quasdam viri illius sententias reprehenderent, quod non essent recte prolatæ in canonum et legum interpretationibus, et aliis hujusmodi voluminibus.* Et deinde addit eum oportere in jurisprudentia instructissimum esse, qui hæc commentaria evolvit. Sed, ut ut ab aliis suggillatus fuerit, ipse etiam Joanne judice, Balsamon canonicas æque ac civiles constitutiones accurate tenuit, et ab omnibus propterea celebratus fuit.

Quantæ autem auctoritatis Balsamon ipse, et hæc illius in canones commentaria Constantinopoli olim fuerant, ipse Philotheus patriarcha clare satis indicat; quippe qui in refutatione scriptarum ab Harmenopulo exsecrationum, hæc habet : Τοῦτο γὰρ φησιν ὁ σοφὸς νομοφύλαξ καὶ τῶν ὁμοίων σοι σπουδαστὴς Βαλσαμὼν, ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος, ὁ καὶ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον· ὅπερ οὐδέ σε διαλανθάνειν εἴποιμι ἂν ἐγωγέ ποτε σοφόν τε ὄντα, καὶ σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινά. *Hoc enim tradit eruditus ille nomophylax et consimilium tuis studiorum particeps Balsamon in legibus et canonibus summe instructissimus, et sapientissimus, qui est magnæ illius Antiochiæ patriarcha tandem designatus est : id quod nec te quidem ignorare dicerem, virum doctum, et hujusmodi imprimis rerum studiosum.* Et paulo post, Ὁ τοίνυν προρρηθεὶς πατρίαρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμὼν, τοὺς ἱεροὺς εὐθηγούμενος κανόνας, τάδε φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου. Ἦ μὲν παροῦσα σύνοδος. *Prædictus igitur Antiochenus patriarcha, sapiens ille Balsamon, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositionis canonum synodi*, etc. Et deinde recitatis Balsamonis in synodum Gangrensem verbis, iisdem scilicet quæ in hoc opere loco ibi citato legas, illum in ea fuisse sententia asserit, quod tomus synodalis, sub Constantino Porphyrogenneta imperatore et Alexio patriarcha fartus, in usu esse desierit. Hoc enim ita esse ait, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμὼν, ὅπερ καὶ ἡμῖν ὁ σκοπὸς ἦν δεῖξαι, *secundum sapientem illum Balsamonem, quod nobis etiam propositum erat ostendere.* Nimirum ac si indubium illud redderetur, cum sapiens ille Balsamon ita esse affirmaret. Quin et citantur Balsamonis scholia a Nicolao Hydruntino, in scholio e principio codicis Græci ms. Barberini, a Leone Allatio, *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis* libro, cap. 1, 21 laudato, ubi hæc habet : Εὗρον δὲ οὕτως καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῇ βίβλῳ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμὼν πατριάρχου Ἀντιοχείας· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τοῦ Νομοκάνονος οὕτω;· Εἰ δὲ εὑρίσκων ἔν τισιν ἀντιγράφοις ψάλμα γραφικὸν τὸ περὶ Κελεστίνου (ἀντὶ γὰρ Κελεστίου, Κελεστίνου μέμνηται) μὴ προσχῇς τοῖς οὕτω γεγραμμένοις. Ὁ γὰρ Κελεστῖνος πάπας ἦν Ῥώμης, ὀρθόδοξος, ὡς ἀνωθεν εἴρηται· ὁ δὲ Κελέστιος ὁμόφρων τοῦ Νεστορίου, ἤτοι αἱρετικὸς ἦν. *Et cum essem Constantinopoli, illud ita esse comperi in libro Theodori Balsamonis patriarchæ Antiocheni : ille enim dicit in sua canonum expositione : Tu*

vero inveniens in nonnullis codicibus errorem scripturæ circa Cælestini nomen (namque pro Celestio Celestinus *insertus est) dictis scriptis ne animum adverteret. Nam Celestinus papa erat Romanus, orthodoxus, ut supra dictum est : Cælestius vero cum Nestorio sentiebat, sive hæreticus erat.* Quæ ipsa Balsamonis verba exstant in scholiis ejus ad primum synodi Ephesinæ canonem. Matthæus Blastares etiam in alphabetico ipsius syntagmate, hæc Balsamonis scholia non citat modo, sed et subinde transcribit. Quin etiam Isidorus Mercator, ad Latinam suam canonum versionem exornandam, hisce commentariis usus est. Is enim suæ duodecimi canonis synodi Gangrensis versioni hæc interseruit, *Beros videtur Balsamon episcopus Antiochenus hunc locum interpretans, vocare vestes ex serico contextas.* Et ita quidem Balsamonem vocem Βήρους interpretatum esse, ex scholiis ejus in dictum canonem eluceseit.

A tempore autem quo consummata sunt doctissima hæc Balsamonis in Nomocanonem Photii, et conciliorum Patrumque canones commentaria, quadringentos propemodum annos inter Græcos latuerunt, Latinis plerisque incognita : donec Gentianus Hervetus, Tridenti, cum concilium ibi haberetur, commorans, et accuratum eorum nactus exemplar a Joanne Tillo, episcopo Briocensi, illud Latine vertit. Quæ ejus versio sine Græco textu, a Guillelmo Morellio Lutetiæ Parisiorum typis mandata fuit anno Domini 1561. Post multos autem annos bibliopolæ Parisienses Græcum quoddam consecuti apographum, illud una cum prædicta Herveti versione in publicam lucem emiserunt, Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1620. Et hæc quidem editio, eaque sola, ab eo usque tempore doctorum manibus trita fuit. Verum enimvero licet ad istam exornandam editionem Parisiensem, multa ex mss. Vaticanis, et nonnulla ex codice hæredum Achillis Harlæi, primi in suprema curia Parisiensi præsidis, collecta fuerint ; quamplurima tamen in ea doctis adhuc desiderata sunt. Multæ enim lacunæ in ipso Græco textu relictæ sunt, quæ a nullo exemplari Græco suppleri poterant : et ipsi editores ingenue faetentur, se in nullum incidisse perfectum et expletum codicem Græcum, qui Latinam Herveti versionem æquaret, quam nihilo secius adhibuerunt. Quo factum est, ut inter Græcum textum et Latinam versionem, quamplurimis in locis minime conveniat, cum exemplar quo usus est Gentianus Hervetus nunc plura, nunc pauciora habuerit, quam illud quod ejus versioni adjunxerant. Et ubi totidem utrobique sunt sententiæ, sensus tamen hic atque ibi alius sæpe deprehenditur.

Cum itaque Parisiensis horum Balsamonis in canones commentariorum editio adeo mutila fuerit, atque imperfecta, summo rei canonicæ emolumento accidit, ut vetus admodum et completum eorumdem exemplar in locupletissima nostra bibliotheca Bodleiana haberemus, quod quadringentis circiter abhinc annis, ut ex charta, characteribus, ligaturis, allisque istiusmodi antiquitatis indiciis conjicimus, eleganti manu exaratum prelo tandem aliquando subjecimus, et publici hoc in opere juris fecimus. Neque enim fas erat, ut tam pretiosum juris canonici κειμήλιον in una bibliotheca diutius lateret : quo non modo omnes, quæ in priori fuerunt editione, lacunæ suppleiæ sunt ; verum etiam alia quamplurima ibi desiderata, hic interseruntur, et omnia fere usque adeo emendantur, ut vera Balsamonis Antiocheni in canones commentaria nunc primum in lucem emissa videantur.

Ad majorem tamen operis ornatum duobus aliis eorumdem scholiorum codicibus mss. usi sumus, Ætoniensi, et Amerbachiano ; quorum illud amplissimo viro Richardo Allestry, SS. theologiæ professori regio in Academia Oxoniensi, et regalis collegii Ætoniæ constituti præfecto acceptum ferimus : utpote qui curam adhibere dignatus est, ut variantes ex codice ms. in bibliotheca ejusdem collegii reposito lectiones colligerentur. Alter codex ms. quo adjuti sumus, est vetustus ille et insignis, qui in publica Academiæ Basileensis bibliotheca exstat, cui eum clarissimus vir Basilius Amerbachius (a cujus nomine *Amerbachianum* appellamus) legato dedit anno Domini 1593. Quo inter alia, Balsamonis simul et Zonaræ in canones commentaria, nitido et vetusto charactere descripta, continentur ; sed Zonara perpetuo Balsamoni præmisso. Hujus elegantis codicis usum fructum honoratissimi illius Academiæ proceres ad hanc editionem adornandam permiserunt nobis exhibendum per manum et industriam doctissimi viri domini Joannis Rodolphi Wetstenii, filii, qui tanta fide, tanta diligentia ms. istum codicem cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus contulit, ut pares ei gratias referre nequaquam possimus, neque nos solos, verum et omnes omnino juris canonici studiosos hoc singulari ipsius officio sibi in æternum devinctos habebit. Omnes enim varias lectiones exquisitissime collegit ; et multa insuper antiqua in canones scholia e codice isto exscripsit, quæ nec in Balsamonis, nec Zonaræ commentariis, nec alio, quantum scimus, codice habentur. Hoc sane dolendum est, quod nescio quo fato accuratæ istæ collectiones, per biennium fere in itinere hærentes, serius ad manus nostras pervenerunt, quam ut dicta scholia ipsi operis hujus corpori suis in locis interseri poterant. Ne quis tamen de iis omnino hic desideratis conquereretur, ea omnia, Latine etiam a nobis versa, annotationibus inseruimus, ad eosdem relata canones, quibus in codice Amerbachiano ascripta sunt. Ex variis autem lectionibus pro comperto habemus, codicem istum Amerbachianum cum Bodleiano nostro plerumque convenire, etiam ubi Parisiensis editio ab utroque discrepat : adeo ut inter innumeras illas, quas clarissimus vir, ms. Amerbachianum cum Parisiensibus codicibus conferens, varias collegit lectiones, raro admodum ulla, notatu saltem digna, occurrat, quæ a codice nostro hic impresso dissidet. Quod idem et de codice Ætoniensi dicendum est. Namque inter tres hosce codices optime convenit ; quemadmodum in annotationibus multoties observare licet, ubi tres hosce codices se invicem confirmantes sæpe producimus. Inter eos autem

et Parisiensem editionem multum discriminis passim occurrit, et idcirco etiamsi Latinam Gentiani Hervetì versionem, quoad ejus fieri potuit, retinere enitemur; eam tamen quamplurimis in locis immutare coacti sumus, ut Græco eam textui a nobis edito adaptaremus. Et ubi Gentianus Hervetus sensum alicujus loci, quod sæpe accidit, male intellexit, vel saltem non bene expressit, nos versionem ejus emendavimus, et emendationis istiusmodi rationem in annotationibus ut plurimum reddidimus.

Hactenus de Balsamone, et eruditis ejus in canones commentariis. Sequitur Zonaras, qui sub Alexio Joanne Comneno floruit, et summos in imperio Orientali honores gessit: nam magnus drungarius viglæ, et protoasecretis fuit, sive primus a secretis. Post aliquot autem annos sæcularium perinæsus negotiorum, ad monasticam vitam secessit, quam transigens, multa scripsit, quibus posteros sibi obligatos tenet. Primo enim universalem conscripsit historiam a mundo condito usque ad Alexii Comneni imperatoris, sub quo vixit, obitum, hoc est, usque ad annum Domini 1118. Elegantem etiam orationem composuit, quæ inscribitur, Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς Βίγλης καὶ πρωτοασηκρήτις λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. *Joannis Zonaræ, magni quondam drungarii viglæ, et primi a secretis oratio ad eos, qui naturalem seminis efflaxum immunditiem existimant.* Exstat in *Juris-Græco-Romani* lib. v. Quin etiam majorum jussu et amicorum suasu compulsus, canonico Græcorum juri interpretando egregiam operam navavit, quod eruditum opus a se conscriptum sic inscripsit; Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλης, καὶ πρωτοασηκρήτις. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, tam sanctorum et venerandorum apostolorum, quam sacrarum œcumenicarum synodorum, sed et localium sive particularium, reliquorumque sanctorum Patrum, elaborata per Joannem Zonaram monachum, qui fuit olim magnus drungarius viglæ, et primus a secretis.* Ipsi autem operi hanc præfationem præmisit, quam suo loco prætermissam hic apponere visum est. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους, πρὸς τὸν Θεόν φησιν ὁ προφήτης, καὶ θεοπάτωρ Δαβίδ. Λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ εἰκότως ἂν τις καὶ τὰ τῶν θείων ἀποστόλων καὶ Πατέρων λογίσαιτο διατάγματα, ἅπερ τῷ θείῳ Πνεύματι ἐνηχούμενοι ἐκεῖνοι ταυτὶ διετάξαντο. Εἴ τις οὖν ποιήσαιτο τὴν τῶν ἱερῶν κανόνων σαφήνειαν, καὶ τὸν τούτων νοῦν ἀνακτύξας δηλώσειε, φωτιεῖ τοὺς δι' ἁπλότητα καὶ ἀπλαστίαν ἠθῶν νηπιάζοντας, καὶ μὴ πεφυκότας τοῦ βάθους ἐξικνεῖσθαι τῶν κανόνων τῶν ἱερῶν. Διὰ ταῦτά μοι ἐγχειρητέον τῷ ἔργῳ, ὡς εἰς ὠφέλειαν ἴσως ἰσομένῳ πολλοῖς, καὶ ὡς δύναμις ἑκάστῃ διαταγῇ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ σεπτῶν Πατέρων, μᾶλλον μήνυσι, ὡς ἂν δοίη Θεὸς, ἰδιάζουσαν ποιητέον καὶ συντετμημένην ἐξήγησιν. Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπεῖκα, καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἁμαυτὸν, ἵνα μὴ δι' ἀνηκοΐαν κατακριθῶ. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. Hæc Deo dicit propheta et divinus pater David. Porro Dei sermones merito quis et probabiliter dixerit esse divinorum apostolorum Patrumque præceptiones, quia divino ipsi afflati doctique Spiritu hoc instituerunt. Si quis igitur elucidationem sacrorum canonum fecerit, eorumdemque sententiam reserans declararit, his quidem certe lumen intulerit, qui per simplicitatem morumque ruditatem sunt velut infantes, haud dum satis apti in sacrorum canonum profunditatem penetrare. Propterea mihi sumendum fuit hoc opus in manus, ut usui fortasse futurum multis, ut etiam pro mea virili sit unaquæque sacrorum apostolorum Patrumque venerandorum dispositio nota, maxime quidem, prout dederit ipse Deus, peculiarem compendiosamque faciens enarrationem. Nullus autem me condemnet insolentiæ vel temeritatis. Nec enim mea sponte labori manus admolior; sed rogatus obsecundavi, negotioque me dedi, ne propter inobedientiam coarguerer.*

In hisce autem scholiis in canones componendis, Zonaræ aliud atque Balsamoni propositum fuit. Hic enim civilis æque ac canonici juris consultissimus, utriusque concordiam persequitur, apparentes discrepantias componit, et canonicas quæstiones a se motas multoties solvit. At Zonaras e contra ipsis canonum verbis et sensui interpretandis stricte adhæret, raro admodum ad civiles leges digrediens. Hinc fit, quod Balsamon totam Zonaræ commentarium totidem nonnunquam verbis transcribat; superfluum nimirum judicans, alia Zonaræ dictis addere, cum nihil in tali canone occurrat, de quo ex legibus politicis et imperialibus constitutionibus disputatio instituatur, hoc est, nihil quod ad suum propositum pertineat. Subinde etiam Zonaræ interpretationem celato nomine perstringit; neque ullibi ejus mentionem facit, præterquam commentariis ad epistolam canonicam sancti Athanasii ad Ammum, ubi eum vocat ὑπερφυέστατον ἐκεῖνον Ζωναρᾶν, *summe excellentissimum illum Zonaram*, eumque dictam epistolam σοφῶς, καὶ ὑπερδεξίως, καὶ ὡς οἷός ἂν τις χρηττόνως, *sapienter, et peraptissime, atque ita ut nemo melius*, interpretatum esse affirmat.

Quin etiam Matthæus Blastares Zonaræ scholia subinde citat, nomine etiam ejus nonnunquam iis præfixo, ut lit. E, cap. 11: Εἰ μήπου τις εἴποι, ὁ ὑπερφυὴς δὲ τοῦτό φησι Ζωναρᾶς, *Ne forte dixerit quispiam, insignis autem hoc dicit Zonaras*, scilicet in syn. Chalced. can. 28. Alias raro invenimus hæc Zonaræ commentaria ab antiquiori aliquo laudata; nisi quod anonymus quidam a Leone Allatio, *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis*, lib. II, cap. 10, citatus, hæc de iis habeat: Τελευταῖος δὲ πάντων καὶ ὁ θαυμαστὸς Ζωναρᾶς μεσοῦντος Ἰωάννης τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερὰ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ πάντων τῶν

ἁγίων Πατέρων ἡμῶν σαφέστατα καὶ εὐλαβέστατα ἐξηγησάμενος, καὶ οὐδαμοῦ τῶν πάνυ ὡς ἀρθόδοξον ὠνόμασε· μᾶλλον δὲ καὶ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν τοὺς τὰ ὅρια Πατέρων σαλεύοντας, καὶ ἀθέσμοις ποιοῦντας τῶν θείων κανόνων. *Omnium vero postremus, et admirabilis ille Joannes Zonaras monachus, divinos sacrosque canones sanctorum et perillustrium apostolorum, et septem sanctarum œcumenicarum synodorum, et omnium sanctorum Patrum nostrorum, clarissimis et pijssimis interpretatus, nullo in loco papam orthodoxum vocavit: sed eos potius, qui terminos Patrum transmovent, et sacros canones pervertunt, anathemati subjecit.* Ex quo tamen uno testimonio satis abunde constat, quanti hæc canonum expositio a Joanne Zonora elaborata, apud Græcos suos æstimata fuerit.

Quod ad priores horum Zonaræ in canones commentariorum editiones spectat, primo quidem scholia ejus in canones apostolorum sola Latine versa et in lucem emissa sunt anno Domini 1538 per Joannem Quintinum, in Academia Parisiensi juris canonici tunc temporis professorem. Postea Antonius Sammala commentarios ejus etiam in canones conciliorum Latine versos edidit Mediolani, anno Domini 1618. Latinæ cujus versioni typographus Parisiensis Græcum etiam textum ex codice ms. in bibliotheca regia Christianissimi erutum, addidit, et evulgavit Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1618. Sed adhuc desiderata erant commentaria ejus in canonicas sanctorum Patrum epistolas, quæ propterea ibidem impressa sunt una cum S. Gregorii Neocæsariensis sive Thaumaturgi, Macarii Ægyptii, et Basilii 1622. Adeo ut omnia Zonaræ in canones commentaria, ante hanc nostram eorum editionem Oxoniensem, simul nusquam prodierint. Ad hanc autem exornandam editionem, non modo variantibus lectionibus ex codice Henrici II insignibus ornato, et ex altero illo Augusti Gallandi, in Parisiensi foro advocati, in supplemento ad Parisiensem editionem collectis, usi sumus, verum etiam consultum vimus antiquum ms. codicem in bibliotheca nostra Bodleiana, quo omnes habentur apostolorum canones una cum Zonaræ et Balsamonis commentariis jis annexis. Summo autem ornamento huic nostræ editioni fuit, codex ille Amerbachianus ante commemoratus, ex quo variantes lectiones per universa Zonaræ non secus ac Balsamonis commentaria, clarissimus vir, Joh. Rod. Wetstenius suppeditare, nobiscum communicare dignatus est. Quibus omnibus codicibus summa diligentia et fidelitate inter se collatis, perfecta tandem et completa Joannis Zonaræ in omnes apostolorum, conciliorum, et Patrum canones commentaria, una cum prioribus Latinis versionibus, sed innumeris in locis emendatis, et Græco textui longe accommodatioribus edimus.

Post Balsamonis et Zonaræ commentaria, epitome cujusque canonis, et Alexii Aristeni in eamdem scholia hoc opere exhibentur. Quantum primo ad canonum epitomen spectat, ea partim in *Bibliotheca Juris canonici veteris* edita est, idque sub ipsius Alexii Aristeni nomine, perinde nimirum ac si is epitomes istius auctor fuisset. Sed multa sunt, quæ isti opinioni refragantur. Eadem enim epitome, licet alio conciliorum ordine observato, etiam Symeoni Logothetæ in eadem Bibliotheca attribuitur. At vero prorsus dissimile est, ut ambo canones in epitomen redigentes in eadem verba conspirarent. Nec video quidem, quo jure, hæc epitome utrivis eorum ascribatur. Sane Alexio Aristeno ascribi nequit, quippe qui eam nonnunquam redarguit, et auctorem ejus, quicunque demum is fuerit, canonem non recte intellexisse asserit, ut in scholiis ejus ad epitomen canonis apostolici LXXV dicit, Ὁ τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα οὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησε, *Qui synopsin præsentis canonis fecit, eum non bene intellexit*: et ad epitomen undevicesimi canonis synodi Ancyran., ait, Ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν μὲν ἐν πλάτει κείμενον ἀφορισμὸν τῶν δι᾽ γάμων, τῷ ἀθετοῦντι τὴν παρθενίαν παρέδραμε, *Qui hujus itaque canonis synopsin fecit, digamorum segregationem in latitudine positam in eum qui cœlibatus professionem irritam fecit, transiluit.* Adeo ut sole meridiano clarius elucescat, Alexium Aristenum hujus canonum epitomes auctorem non fuisse.

Quisnam itaque epitomes hujus sive abbreviationis canonum auctor fuit, minus compertum habemus. Hoc saltem constare videtur, quod ea diu ante Aristenum memoriæ sublevandæ causa confecta fuit, atque adeo ut nonnunquam totius cujusvis canonis vicem supplereat, ejusque loco citaretur. Cujus rei illustre habemus exemplum in Nicolai Hydruntini (qui sub Alexio Angelo floruit) scholio ex Leone Allatio superius citato, quod sic incipit, Σχόλιον Νικολάου Ὑδροῦντος, περὶ Κελεστίνου καὶ Κελεστίου παπῶν Ῥώμης. Ὁ εὑρίσκων ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κανόνος, τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν καθαιρετοί, μὴ ἀναγινωσκέτω Κελεστίνῳ μετὰ τοῦ ν, ἀλλὰ Κελεστίῳ χωρὶς τοῦ ν. Ὁ γὰρ Κελεστῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος πάπας Ῥώμης, ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celestino et Celestio papis Romanis. Qui offendit in fine quarti canonis sanctæ Ephesinæ synodi, clerici, qui Celestino sive Nestorio consenserint, deponendi, ne legat Celestino cum n, sed Celestio sine n. Namque Celestinus sanctus erat et orthodoxus papa Romæ, Celestius autem hæreticus.* Ista enim verba, οἵ τινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετοί, in ipso quarto canone synodi Ephesinæ non inveniuntur; sed in epitome istius canonis quam hic exhibemus, totidem verbis leguntur; nisi quod pro οἵ τινες, in nostro codice levissima mutatione scribatur εἴ τινες. Unde palam est ipsam epitomen hic citari, idque sub nomine totius canonis. Adeo ut hæc canonum synopsis legis vicem iis supplevisse videatur, quibus integri canones haud præsto essent. Et hinc, ni fallor, est, quod nunc Alexii Aristeni, nunc Symeonis Logothetæ, et aliquando forsitan aliorum nomina sibi inscripta habeat, a quibus ad privatum usum descripta fuit. Vel forsitan quod Symeon Logotheta, non minus quam Alexius Aristenus, scholia in eam edidit, quæ modo

perierunt. Et nos enim Aristeni nomen ad epitomen eo tantum nomine præfiximus, quod ille eam interpretatus est.

Istam autem antiquam canonum abbreviationem magni olim factam fuisse, ex eo constat, quod Alexius Aristenus tantum operæ et laboris in ea interpretanda consumpserit. Neque enim in re nihili se tam diu exercuisse censendus est. Nec parum huic pro antiqua hujus epitomes auctoritate argumento exinde accrescit, quod Aristenus eam scholiis illustrare dignatus est, etiam post divulgata erudita illa Joannis Zonaræ in integros canones commentaria. Aristenus enim Zonara posterior claruit, sed anterior Balsamone, vel saltem eadem ætate. Balsamon enim cum commemoravit in sua sexti canonis apostolici interpretatione, ubi ait, Ὅτι καὶ τὸν ὑπέρτιμον ἐκεῖνον καὶ μέγαν οἰκονόμον, τὸν Ἀριστηνὸν διὰ τριακονθημέρων ἐκπομπημάτων τριῶν ἀπαφωνήσατο ἡ ἁγία σύνοδος ἀποσχίσθαι τοῦ δικαιοδοτικοῦ ὀφφικίου. *Nam et incomparabilem illum, et magnum œconomum Aristenum, tribus publicis* XXX *dierum edictis a juris dicendi officio cessare jussit sancta synodus.* Ubi etiam observes, quanto hic officio in Ecclesia Constantinopolitana functus est, cum magnus in ea œconomus fuerit; item quanto cum elogio Balsamon ornat, ὑπέρτιμον appellans: quam honorificam ejus mentionem idem Balsamon etiam in scholiis suis ad synodi Trullanæ canonem 37 facit, his verbis, Προσβάλετο γὰρ τὸν τοιοῦτον κανόνα ὁ ὑπέρτιμος ἐκεῖνος κῦρος Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς κατὰ τοῦ ἀγωνίστου ἐκείνου πατριάρχου Ἱεροσολύμων κυροῦ Νικηφόρου. *Hunc enim canonem incomparabilis ille dominus Alexius Aristenus contra sanctissimum illum patriarcham Hierosolymitanum Nicephorum protulit.* Ubi obiter etiam observatum velim, quantum in jure canonico interpretando nomen Alexius Aristenus tunc dierum habebat, cum consultus esset, et in isto jure contra patriarcham responderet. Ex istis insuper verbis colligere est, quibus temporibus ille floruit. Namque Nicephorus ille Hierosolymitanus, contra quem Aristenus istum canonem protulit, synodo interfuit Constantinopoli celebratæ anno mundi 6674, Ive Christi, 1166, ut ex subscriptionibus patet, quas Leo Allatius edidit, *De perpetua consens. Eccles. Occidentalis et Orientalis* lib. 11, cap. 12. Is erat annus Manuelis Comneni XXIII, cujus imperatoris jussu Balsamon sua in canones commentaria aggressus est, ut e supradictis liquet. Sub eodem igitur imperatore Aristenum etiam claruisse certum est; etiamsi Leo Allatius tractatu *de ætate et interuitiis*, in collatione ordinum etiam apud Græcos servandis, eum jussu Joannis Comneni, qui Manuelem proximus in imperio præcessit, Nomocanonem suum edidisse asseruerit.

Porro hæc Alexii Aristeni in dictam canonum synopsin commentaria, in codice ms. quem edimus, sic inscripta sunt, Νομοκάνονον σὺν Θεῷ ἐρμηνευθὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου νομοφύλακος κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ, *Nomocanonum, Deo assistente, interpretatum per Deo charissimum nomophylacem dominum Alexium Aristenum.* Ubi primo observare licet, hanc ipsam canonum in epitomen contractorum collectionem νομοκάνονον vocari: quo nomine etiam integrorum canonum collectio sæpe nuncupatur. Nemo, fateor, inficias eat, quin veteres istiusmodi solos libros, quibus νόμοι καὶ κανόνες leges civiles et canones ecclesiastici simul collecti sunt, νομοκανόνας appellarint; quemadmodum Joannes Antiochenus librum istum, quo canones solos in quinquaginta titulos digessit, simpliciter συναγωγὴν τῶν κανόνων vocavit; istum autem, quo canonibus ecclesiasticis leges imperatorias et civiles adjunxit, νομοκάνονα nuncupavit. Et ob eamdem etiam rationem Photii Nomocanon nomen istud sortitus est: quem Balsamon in præfatione ad eumdem, etiam νομοκάνονον appellat. Verum enimvero quævis integrorum canonum collectio νομοκάνονον etiam nonnunquam audit: quod miror ab ullo unquam denegatum fuisse, cum hæc vox in isto sensu ab ipso Balsamone sæpe usurpetur; ut in Nomocan. Phot. tit. 1, cap. 9 ait, Αὐτὸς ἐπέμεινε λέγων, μὴ δίκαιον εἶναι κεφαλὴν ἀθετηθῆναι ἐκ τῶν ἐν τῷ Νομοκανόνῳ γεγραμμένων, τῷ ὡς θεογράφους πλάκας παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ λογιζομένῳ. *Ipse perstitit dicens, non æquum esse ut vel apex aboleretur ex iis, quæ in Nomocanone scripta sunt, quod instar divinarum tabularum ab Ecclesia reputatur.* Ubi Νομοκάνονον corpus canonum ecclesiasticorum aperte significat, quemadmodum et in ejusdem Balsamonis scholiis ad synodi Trullanæ canonem 1 dicentis, Τὰ μὲν νεόγραφα Νομοκάνονα, ὡς μὴ ἔχοντα καὶ ὑπογραφὰς τῶν ἐκθεμένων τὰς συνόδους βασιλέων καὶ πατέρων παρίδραμον· ἐψηλάφησα δὲ παλαιόγραφα Νομοκάνονα. Et sic passim alibi; ut nihil certius esse possit, quam ipsas canonum collectiones νομοκάνονα vocitari. Hoc autem nomen etiam synopsi canonum ab Alexio Aristeno interpretatæ inscriptum est, ut ex titulo superius citato constat, quod prius expositam nostram de hac canonum epitome sententiam egregie confirmat; cum hæc eodem nomine, quo ipsa integrorum canonum collectio, νομοκάνονον scilicet, appelletur: nimirum quod totum jus canonicum in ea non secus atque in ipsis canonibus exhiberi persuasum esset. Hoc itaque Nomocanonum Alexius Aristenus interpretatus est, qui in inscriptione θεοφιλέστατος νομοφύλαξ nominatur, quem etiam magnum œconomum aliquando fuisse, Balsamonis verba superius laudata fidem faciunt.

Hæc Aristeni in Nomocanonum abbreviatum scholia non memini ab antiquiori quopiam scriptore commemorata esse vel laudata; nisi quod scholiastes in codice Amerbachiano nonnulla ex iis mutuatus esse, et Balsamon ea nonnunquam citasse videatur, ut in annotationibus subinde observatum est. Ex recentioribus, Gilbertus Genebrardus libro *De Trinitate* Alexium Aristenum citat, eumque diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuisse affirmat. Leo Allatius hæc scholia sæpe laudat, sed ex biblio-

theca Vaticana: nunquam enim antehac edita fuerunt. Ad hanc autem nostram eorum editionem perpoliendam, quatuor usi sumus codicibus mss. quorum unum nobiscum communicavit clarissimus vir Joannes Pearson, SS. theologiæ professor Margareticus in universitate Cantabrigiensi, qui in bibliotheca collegii SS. Trinitatis, cui ipse præfectus est in eadem universitate, codicem istum nitide exaratum inveniens, eumdem nobis Latine vertendum concedere dignatus est, et sic primam huic edendo operi occasionem præbuit. Iste autem codex e longe vetustiori in bibliotheca Bodleiana Oxoniæ exscriptus fuerat, quem propterea sæpe consulere necessum habuimus. Quin et alium suppeditavit insignissimus vir Thomas Brown, SS. theologiæ professor, et capellæ regiæ Windesoriæ præbendarius. Cum opus autem pene ad umbilicum perductum fuerit, alius in supradicta bibliotheca Bodleiana inventus est codex ms. eleganti et vetusto charactere exaratus: e quo nonnulla excerpta sunt, quæ in aliis codicibus desiderantur, ac proinde post canonicas epistolas, ad quas pertinent, in secundo tomo eduntur. Eorum autem collectionem pariter atque versionem viro multis nominibus honorando D. Joanni Fell, S. T. P., Ecclesiæ cathedralis Christi decano in Universitate Oxoniensi debemus, qui ad uberiorem hujus operis ornatum curavit, ut illud opus a docto quodam viro in eadem Academia perficeretur. Sed et eidem etiam præclara eruditione et insigni pietate viro accuratam totius hujusce operis editionem respublica canonica acceptam referat, quippe cujus solius cura atque consilio in omnibus adhibito, accurate adeo et polite prodit.

Ad calcem totius operis annotationes subjunximus (*a*); in quibus quid præstitimus, vel saltem præstare conati sumus, paucis expediemus. Primo enim nobis minime propositum fuit, in singulos canones eorumque scholia commentarios edere, quod operæ nobis pretium haud visum est. Ac proinde istiusmodi tantummodo locis, quæ obscuriora visa sunt, quæ perperam ab aliis intellecta, aut majoris momenti, et frequentioris in ecclesiasticis disceptiendis controversiis usus, dilucidandis, vindicandis et ad genuinum ipsorum sensum restituendis, totam, qualis qualis fuit, operam locavimus. Hinc etiam variantes passim lectiones ex codicibus tam mss. quam impressis, adnotavimus; alia etiam quamplurima scholia, quæ ut neque ad Balsamonis, nec Zonaræ, nec Aristeni ἑρμηνείας pertinentia, in ipso operis corpore consulto prætermissa sunt, ex mss. Bodleianis et Amerbachiano, ad suos quæque canones inter annotationes apposuimus. Quidquid etiam scholiastes in Constantini Harmenopuli epitomen canonum conscripserunt, ad locum itidem quodque suum congessimus. Adeo ut nihil a Græcis quibuslibet in hoc canonici ipsorum juris corpus conscriptum ad notitiam nostram pervenit, quod non in hoc unico opere collectum exhibetur.

(*a*) Notas textui subjecimus, sed delectu habito. EDIT. PATR.

THEODORI BALSAMONIS ZONARÆ, ARISTENI IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM

ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM

COMMENTARIA

—

ΚΑΝΟΝΕΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

—

CANONES SANCTORUM APOSTOLORUM.

—

CANON I.

Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

BALS. Hic canon apostolicus disserit de ordinatione, quæ fit ab antistite in ecclesia; sicut magnus quoque dicit Paulus, *Nemini manus cito imponas*[1], nec alienis peccatis communices: non autem de electione, ut nonnulli dicebant, secuti ea quæ dicebantur sine scriptis, per manuum extensionem, faetam quando a populo civitatum electiones antistitum fiebant. Etsi enim Laodicena synodus dicit in quinto canone non debere fieri ordinationes in præsentia audientium, et ideo nonnulli existimarunt hunc quoque canonem loqui de electione, mihi tamen videtur eos non recte dicere; quæ enim fit in Ecclesia ordinatio, per preces mysticas peragitur, etiamsi fiat coram multis: insuper cum quartus canon sanctæ primæ synodi Nicænæ decernat debere fieri electionem episcopi ab omnibus episcopis provinciæ, vel a tribus saltem, reliquis in scriptis assentientibus; dubito quomodo dixerunt nonnulli hunc canonem de electione antistitis intelligi qui

ΚΑΝΩΝ Α'.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

ΒΑΛΣ. Ὁ ἀποστολικὸς οὗτος κανὼν, περὶ χειροτονίας διαλέγεται τῆς παρὰ ἀρχιερέως τελουμένης ἐπ' ἐκκλησίας· καθὼς καὶ ὁ μέγας Παῦλός φησι· *Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις.* Οὐ μὴν περὶ ψήφου, καθώς τινες εἶπον, ἀκολουθήσαντες τοῖς ἀγράφως λεγομένοις διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν, τὴν γενομένην ὅτε παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων αἱ ψῆφοι τῶν ἀρχιερέων ἐγίνοντο. Κἂν γὰρ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ε' κανόνι φησὶ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐν παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι, κἀκ τούτου τινὲς ὑπέλαβον καὶ τὸν κανόνα τοῦτον περὶ ψήφου διαλέγεσθαι· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ μὴ καλῶς τούτους λέγειν, ὅτι καὶ ἡ ἐπ' Ἐκκλησίας χειροτονία διὰ μυστικῶν εὐχῶν τελεῖται, κἂν ἐνώπιον πολλῶν γίνηται. Ἄλλως τε τοῦ δ' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ α' ἁγίας συνόδου, διοριζομένου τὴν τοῦ ἐπισκόπου ψῆφον γίνεσθαι παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν

[1] I Tim. v, 22.

[a] Collectio sacrorum canonum, in quam Balsamon, Zonaras et Aristenus commentaria ediderunt..ea ipsa est, ni fallor, quam Photius olim confecit ad usum Ecclesiæ Græcæ, quamque hic edendam esse promisimus in tomo CIV *Patrologiæ Græcæ*. J. B. M.

συναινούντων, ἀπορῶ πῶς εἶπόν τινες τὸν κανόνα τοῦτον νοεῖσθαι περὶ ψήφου ἀρχιερέως, λέγοντα ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον.

ZΩNAP. Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπίκλησις· ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον· πάλαι δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο· ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσιν ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, συνῄεσαν τὰ πλήθη· καὶ οἱ μὲν τόνδε ᾑροῦντο, οἱ δὲ τόνδε ἵνα οὖν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται τείνειν τὰς χεῖρας τοὺς τὴν ἐπιλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκαστον ψηφιζομένους, καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων αἱρούμενον εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προκρίνεσθαι· κἀντεῦθεν ἐξελήφθη τῆς χειροτονίας τὸ ὄνομα· τούτῳ δὲ καὶ οἱ τῶν συνόδων Πατέρες οὕτως εὑρίσκονται χρησάμενοι, καὶ τὴν ψῆφον χειροτονίαν καλέσαντες· ἡ γὰρ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν πέμπτῳ κανόνι φησὶ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι· χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασεν· ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τοῦ ἀρχιερέως μᾶλλον ἔθος πολλοὺς συνέρχεσθαι· ἐν δὲ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ εἰσάγεσθαι τινὰ αἰτιάματα κατὰ τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναί τινας, καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. Χειροτονεῖσθαι δὲ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται ἐπίσκοπον παρὰ δύο ἐπισκόπων· ψηφίζεσθαι δὲ ἐπίσκοπον ὁ τέταρτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου ὁρίζει παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν συναινούντων.

ARIST. Δύο ἢ τρεῖς ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐπίσκοπον.

Τρεῖς δὲ ἐξ ἁπάντος ὀφείλουσι ψηφίζεσθαι ἐπίσκοπον, καὶ μὴ ἧττονες τούτων εἴπερ δυσχερές ἐστι πάντας τοὺς ἐπαρχιώτας ἐπισκόπους ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῆναι· καὶ ζήτει κανόνα τέταρτον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ιγ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ, καὶ ιθ' ἐν Ἀντιοχείᾳ.

ΚΑΝΩΝ Β'.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονεῖσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

BAΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν περὶ χειροτονίας ἀκολούθως νομοθετῶν παρίστησι καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ κανόνα ἐκλαμβάνεσθαι περὶ ἐπισκόπων χειροτονίας, οὐ περὶ ψήφου αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ ψηφίζεσθαι πρότερον πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἀνεδιδάχθημεν ἢ ἕτερον κληρικὸν, καὶ οὕτω χειροτονεῖσθαι αὐτόν.

ZΩNAP. Καὶ τὴν ἐπιλογὴν, καὶ τὴν χειροτονίαν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, τῷ ἐπισκόπῳ ἀνατίθησιν ὁ κανών· ᾧ ὑποκεῖσθαι μέλλουσιν οἱ χειροτονούμενοι.

ARIST. Εἷς ἐπίσκοπος χειροτονεῖ πρεσβύτερον καὶ διάκονον. Σκόπει.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἑτέρᾳ τινὰ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι,

dicit a duobus vel tribus episcopis ordinandum episcopum.

ZONAR. Nunc quidem chirotonia vocatur *absolutio precum*, sanctique Spiritus invocatio, dum sacerdotio quis initiatur, et consecrationem sortitur. Ex eo dicta, quod pontifex extendat manum benedicens homini ad sacra deligendo : sed ipsum suffragium quondam nominatum est chirotonia. Nam cum urbium cœtibus liceret eligere sacrorum præfectos, conveniebant ipsi cœtus, et alii quidem hunc, alii vero deligebant illum. Quatenus autem plurium suffragium vinceret, eligentes ferunt solitos extendere manus ; et per illas numerabantur, qui vel hunc, vel illum delegissent. A pluribus vero electum summo sacerdotio præfecere. Et hinc chirotoniæ nomen desumptum, quo sic etiam synodorum Patres inveniuntur usi, suffragium etiam nominantes chirotoniam. Laodicensis nempe synodus in quinto canone, dicit, Non oportere chirotonias in audientium præsentia fieri. Chirotonias autem appellavit suffragia. In plena enim pontificis consummatione magis obtinebat consuetudo ut plures una convenirent : sed in suffragiis ferundis, eo quod inducerentur contra electos viros accusationes quædam, aliquos vetatur adesse, et has audire. Hic autem canon a duobus episcopis episcopum jubet initiari. Sed quartus primæ synodi canon episcopum errari definit ab omnibus episcopis provinciæ : vel tribus interea, dum reliqui subscriptione consentiant.

ARIST. Duo vel tres episcopi ordinant episcopum.

Tres omnino debent ordinare episcopum et non pauciores illis ; siquidem difficile est omnes provinciæ episcopos in unum convenire. Quære etiam canonem quartum synodi Nicænæ, et XIII Carthaginensis, et XIX Antiochenæ.

CANON II.

Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus, et reliqui clerici.

BALS. Hic quoque canon de ordinatione consequenter statuens, probat etiam præcedentem canonem accipi de ordinatione episcoporum, non de eorum electione. Neque enim presbyterum, vel diaconum, vel alium clericum prius eligi et sic ordinari docti sumus.

ZONAR. Et electionem, et ordinationem presbyterorum, atque diaconorum canon remittit episcopo : cui subjicientur ii, qui ordinantur.

ARIST. Unus episcopus ordinat presbyterum et diaconum. Perspicuus.

CANON III.

Si quis episcopus, vel presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, vel mel, vel lac, vel pro vino siceram fa-

citium, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina, præter ordinationem, deponatur, præterquam novas spicas vel unam tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre quam oleum ad luminare, et incensum tempore sanctæ oblationis.

BALS. Sacrificia quæ ex lege antiqua in templo fiebant, per sanguinem et animalium cædem, prohibentes divini Apostoli, incruentum, quod a Domino traditum est, sacrificium fieri jusserunt, et sacerdotem, qui præter hæc facit, deponendum esse statuerunt. Est autem sicera quidquid præter vinum inebriat. Cum autem audis canonem dicentem, Præterquam novas spicas vel legumina, ne putes per hæc permitti fieri sacrificium, et hoc enim prohibetur; sed dic ea offerri sacerdoti, tanquam novorum fructuum primitias : et ut ea ex manibus sacerdotis cum benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad victum nostrum cultumque sufficiunt. Et ideo, ut est verisimile, patriarchæ quoque uvæ offeruntur in altari sacræ oedis Blachernarum, peracto sacro in festo Dormitionis sanctissimæ Deiparæ. Ego autem vidi quemdam depositum, et ex venerandi monasterii regionis, cui præerat, præfectura ejectum, quod caseos et carnes ad altare inferret, consilio cujusdam improbi hominis, qui eum seduxit, et dixit hoc modo futuram plurimorum morborum medelam. Incensum autem et oleum propter sacrificium non offertur, sed ad templi illuminationem, et veræ luci et Deo gratiarum exhibendam actionem. Lege sextæ syn., can. XXVIII et XXXII et LVII.

φωταγωγίαν τοῦ ναοῦ καὶ εὐχαριστίαν τοῦ ἀληθινοῦ νόμας κή', λβ', νζ'.

ZONAR. Dominus tradens discipulis suis illud quod agitur in incruento sacrificio mysterium, hoc ipsum pane, vinoque conficiendum tradidit. Ob quod etiam ipsi apostoli prohibuerunt aliud quid in sacrificium adduci : vidique loco alia potionis uti specie vetuerunt, qualis est sicera. Sicera autem est, quidquid præter vinum facit ebrietatem, qualia sunt, quæ per artem parant homines, ut est appel-

ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὰ, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χιδρων (1), ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. Μὴ ἔξὸν δὲ ἔστω, προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

ΒΑΛΣ. Τὰς ἐκ τοῦ παλαιοῦ νόμου γινομένας ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ θυσίας δι' αἵματος καὶ ζώων σφαγῆς ἀπαγορεύσαντες οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου παραδοθεῖσαν ἀναίμακτον θυσίαν ἐκέλευσαν γίνεσθαι καὶ τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα ἱερέα καθαιρεῖσθαι διωρίσαντο. Σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν. Ἀκούων τὸ τοῦ κανόνος λέγοντος, « πλὴν νέων χίδρων, » ἤγουν ὀσπρίων, μὴ νομίσῃς συγκεχωρεῖσθαι τὴν διὰ τούτων θυσίαν· καὶ τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται· ἀλλὰ λέγε προσφέρεσθαι ταῦτα τῷ ἱερεῖ, ὡς ἀπαρχὰς τῶν ἐτησίων καρπῶν· καὶ ἵνα, λαμβάνοντες αὐτὰ ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερέως μετ' εὐλογίας, εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν, τῷ οἰκονομήσαντι τὰ πρὸς ζωάρκειαν καὶ θεραπείαν ἡμῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ σταφυλὰς τῷ πατριάρχῃ προσφέρουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θείου ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· ἐγὼ δὲ εἶδον καθαιρεθέντα καὶ τῆς ἡγουμενίας ἐκβληθέντα τινὰ προεστῶτα τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς χώρας, διὰ τὸ τυροὺς καὶ κρέα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσαγαγεῖν ἀπὸ συμβουλῆς ἀνθρώπου κακοῦ, πλανήσαντος αὐτὸν, καὶ εἰπόντος ἐκ τούτου τοῦ τρόπου πολλῶν ἀῤῥωστημάτων θεραπείαν γενέσθαι. Θυμίαμα δὲ καὶ ἔλαιον οὐ χάριν θυσίας προσάγεται, ἀλλ' εἰς φωτὸς καὶ Θεοῦ. Ἀνάγνωθι τῆς ς' συνόδου κα-

ZONAR. Ὁ Κύριος παραδιδοὺς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ τελετὴν, ἄρτῳ καὶ οἴνῳ ταύτην τελεῖν παραδέδωκε. Διὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἕτερόν τι πρὸς θυσίαν προσάγεσθαι ἀπηγόρευσαν· καὶ ἀντὶ οἴνου δὲ ἑτέρῳ πόματι κεχρῆσθαι ἐκώλυσαν, οἷον σίκερα· σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν, οἷά εἰσιν ἃ ἐπιτηδεύουσιν ἄνθρωποι, ὡς ἡ λεγομένη ζουμέλη (2), καὶ

Guil. Beveregii notæ.

(1) *Πλὴν νέων χίδρων.* Interpretes hic consentiunt, quod hoc canone præcipitur, ut novæ spicæ, tempore opportuno, id est, cum primo maturescant, non ut sacrificia Deo, sed ut primitiæ sacerdoti offerantur. Sic etiam Scholiastes in Harmenopuli epitomen, οὐχ ὡς θυσία ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὴ καρπῶν νέων. Harmenop. epit. can. sect. 2, tit. 2.

(2) *Ζουμέλη.* Etiamsi nomen hoc vix alibi, ni fallor, præterquam hoc loco occurrat, quin potionem tamen aliquam ex melle confectam significet, nemo dubitare potest. Et quidem mellitum aliquid vini loco offerre concilium Antisiodorense etiam prohibet : *Non licet in altario, in sacrificio divino mellitum, quod multum appellant, nec ullum aliud poculum, extra vinum cum aqua mistum, offerre.* Concil. Antesiod. can. 8. At præter ζουμέλη, aliæ sunt quamplurimæ potiones inebriantes, quas sub siceræ nomine canon hic offerre vetat. Observatu dignissima sunt D. Hieronymi verba : *Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest sive illa, quæ frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aquæ pinguior colo ratur.* Hieron. ad Nepot. *De vita cleric.* p. 6, col. 1, tom. I, oper. per Erasmum. De sicera primo ex frumento consecta, sic Plinius : *Est et Occidentis populis sua ebrietas fruge madida : pluribus modis per Gallias Hispaniasque nominibus aliis, sed eadem ratione.* Plin. l. XIV, cap. 22. *Ægyptus quoque e fruge sibi potus similes excogitavit, nullaque in parte mundi cessat ebrietas,* ibid. et alibi. *Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Ægypto, cælia, et ceria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia, aliisque provinciis,* Id. lib. XXII, cap. ult. a fine.

ζοα ὁμοίως σκευάζοντει. Σταφυλὰς δὲ ἄρτι γενομένας πεπείρους, καὶ νέα χίδρα, ἤτοι ἀρτιφανῆ, καὶ πρὸς βρῶσιν ἤδη καθεστηκότα ὄσπρια (τοῦτο γὰρ δηλοῦται διὰ τοῦ εἰπεῖν, « τῷ καιρῷ τῷ δέοντι ») προσάγεσθαι συνεχώρησαν· πλὴν οὐχ ὡς θυσίας ταῦτα προσφέρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὰς τῶν ὡρίων καρπῶν. Συγκεχώρηται δὲ προσάγεσθαι καὶ ἔλαιον, ὥστε φῶς διὰ τούτου ἀνάπτεσθαι τῷ ἀληθινῷ φωτὶ, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Τρούλλῳ συνόδου κανόνας λα', λβ', λη'.

ARIST. *Ierevs ὁ γάλα, ἢ μέλι, ἢ σίκερα, ἢ ζῶα, ἢ ὄσπρια τῷ θυσιαστηρίῳ προσάγων, πλὴν νέων χίδρων, καὶ σταφυλῆς, καὶ ἐλαίου, καὶ θυμιάματος, καθαιρείσθω.*

B Τὸ προσάγειν τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ ἀπηριθμημένα, τὸ μὲν, ὡς Ἑλληνικὸν, τὸ δὲ ὡς Ἰουδαϊκὸν ἀπηγόρευται. Ἀπαρχὰς δὲ τῶν νέων καρπῶν, ἤτοι ὀσπρίων καὶ σταφυλῆς, προσφέρειν κατὰ τὸν τῆς γεωργίας καιρὸν εἰς εὐχαριστίαν τοῦ δόντος Θεοῦ ἐπιτέτραπται.

A lata potio, Choumeli; et quæ similiter apparantur. Uvas autem jam maturas, novasque spicas, videlicet, recenter enatas, et ad cibum jam perfecta legumina (hoc enim significatur per id quod dicitur, tempore opportuno) permiserunt afferri. Verumtamen non ut sacrificia, isthæc offerri, sed tanquam primitias tempestivorum fructuum. Præterea, permissum est et afferri oleum, ut lumen per hoc accendatur vero lumini, incensum quoque, tempore sanctæ oblationis. Legas in Trullo synodi canones 31, 32 et 38.

ARIST. *Sacerdos qui lac, vel mel, vel siceram, vel animalia, vel legumina altari affert, præter novas spicas, et uvam, et oleum, et suffitum, deponatur.*

B Afferre altari quæ hic numerantur, illud quidem ut Græcanicum, hoc ut Judaicum prohibetur. Primitias autem recentium fructuum, vel leguminum, vel uvæ passæ offerre secundum agriculturæ tempus, ad gratias agendas Deo danti, permittitur.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

CANON IV.

Omnis alius fructus domum mittatur, primitiæ episcopo et presbyteris; sed non super altare. Clarum autem est, quod episcopus et presbyteri diaconis et reliquis clericis distribuunt.

BALS. Σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ κανόνος ὅτι ἐν τῷ ναῷ μόνα ὄσπρια καὶ σταφυλαὶ ὡς ἀπαρχαὶ τῷ ἐπισκόπῳ προσάγονται· αἱ ὀπῶραι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἀποστέλλονται τῷ ἐπισκόπῳ χάριν τοῦ δ' αὐτοῦ ἀξίαν τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν δοθῆναι. Ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα, καὶ κανίσκια (3) λεγόμενα, διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τοῦ *Εἰς τοὺς κεκοιμημένους* λόγου τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. Σὺ δὲ εἰπὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναγκάζονται οἱ ἐπίσκοποι παρηγορεῖσθαι τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν ἀπὸ τῶν εἰσόδων τῶν ἐκκλησιῶν.

C BALS. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quod in templo sola legumina et uvæ, ut primitiæ, episcopo offeruntur: fructus autem et reliqua mittuntur ad episcopum, ut per eum, ut par est, Deo gratiæ agantur. Quomodo autem quæ in memoriis sanctorum et mortuorum offeruntur, et caniscia appellantur, omni genere fructuum ornata ad altare offerantur, disces ex oratione magni Athanasii, *De iis qui dormierunt.* Tu autem dic quod etiam ex præsenti canone necesse habent episcopi consolari clericos suos ex reditibus ecclesiarum.

Guil. Beveregii notæ.

(3) *Κανίσκια.* In codicib s antehac impressis est κοινίσκια. Gentianus Hervetus legit καινίσκια, transfert enim *Cæniscia.* Nos veram lectionem κανίσκια ex ms. Bodleiano restituimus. Sic etiam Joh. Meursius legit in Glossario, in voce σπόρτουλον. Nec κοινίσκια autem nec καινίσκια, ni fallor, usquam occurrit. Κανίσκιον vero idem est quod κάνεον *canistrum.* Suidas, κάνεον, κανίσκιον. Hesychius, κανέοισι, κανοῖς, μαγίσι, κανισκίοις, et mox, κανοῦν, κανίσκιον. Hinc pro *sportula*, de qua ante dictum est, sive dono, quod in canistris deferri solet, accipitur. Ὅπου δὲν λαμβάνει δῶρα, ὅπου δὲν δέχεται κανίσκια. Gloss. Gr. Barb. διὰ τὸ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀποστεῖλαι μετὰ μεγάλου κανισκίου τὸν βασιλέα, Constantin. *De administr. imp.* Scribitur et κανίσγειον apud Nicet. Choniat. in Alexio Angelo, l. 3. Quænam autem hoc Balsamonis loco κανίσκια essent τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ κατοιχομένων προσφερόμενα, certiores fieremus, si oratio illa S. Athanasii Εἰς τοὺς κεκοιμημένους, ad quam nos remittit, ullibi exstaret. Videntur tamen ejusdem naturæ esse ac quæ à Græcis κόλυβα etiamnum vocitantur. Κόλυβα autem Suidas σῖτος ἑψητός exponit. Enimvero Græci ex frumento leviter excocto et frugibus variis, ut pisis, tusis avellanis, amygdalis, nucibus, uva Corinthiaca, malogranatis, aliisque edulium quoddam conficiunt, quod κόλυβα vocant; hoc in sanctorum et defunctorum commemorationibus et Quadragesimæ initio propinquorum sepulchris impositum offerunt: postea vero in sacerdotis et ministrorum usum cedit. Hunc τῶν κολύβων ritum Theodori martyris monitu introductum esse scribunt Niceph. Callist. l. x, c. 12, et Nectarius in Synaxario Græco ad Feb. 17. Hujus autem generis fuisse καινίσκια a Balsamone hic commemorata, exinde liquet, quod hæc quoque διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, ut proximis verbis docet.

ZONAR. Fructus autumnales ad altare non oportet afferre. Sed qui pro debita gratiarum actione vult ex his offerre Deo decimas aut primitias, episcopo, presbyterisque deferat ipsas. Qui cum susceperint eas, in domesticam suam solam non habeant utilitatem, nec soli fruantur : sed universo clero distribuant.

ARIST. *Fructus domum mittantur, quos primi ordine sequentibus distribuant.*

Excepta uva passa primitias aliorum fructuum non licet altari offerre, sed domum mittere episcopo et presbyteris, ut distribuantur diaconis et aliis clericis. Uva enim in ecclesia offertur peculiariter ab aliis fructibus, ut et a vino ex ea facto, quod assumitur ad perficiendum incruentum sacrificium.

CANON V.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus uxorem suam ne ejiciat religionis prætextu : sin autem ejecerit, segregetur : et si perseveret, deponatur.

BALS. Ante sextam synodum, quæ fuit in Trullo palatii, licebat episcopis habere uxores, etiam post dignitatem episcopalem, quemadmodum et qui post matrimonium ordinantur sacerdotes et diaconi. Quoniam itaque ante CXVII Justiani Novellam, quæ alia est in libro Basilic. XXVIII, tit. 7, licebat cuilibet quavis ex causa mittere suæ uxori libellum repudii, dicit præsens canon, non licere episcopo, vel presbytero, vel diacono prætextu religionis suam uxorem ejicere. Hic autem canon exolevit, quod ad presbyteros et diaconos attinet; episcopi enim, ut dictum est, post episcopatum uxores habere non possunt; quod nunc non possit aliter solvi matrimonium quam pro causis quæ in dicta Novella continentur, quæ sunt hæ : Si quis ex conjugibus adversus imperatorem conspiraverit. Si uxor adulterata fuerit. Si alterutter vitæ alterius insidiatus fuerit. Si uxor cum viris externis nolente marito convivetur, vel lavetur. Si extra domum mariti uxor manserit, nisi forte apud suos parentes. Si uxor vadat ad equorum Circense curriculum præter voluntatem mariti. Si alteruter conjugum vitam monasti-

ΖΩΝΑΡ. Τὰς ὀπώρας οὐκ εἰς τὸ θυσιαστήριον δεῖ προσάγεσθαι, ἀλλὰ τὸν βουλόμενον ἀπαρχὰς ἐξ αὐτῶν προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ εἰς εὐχαριστίαν τῷ ἐπισκόπῳ ταύτας προσφέρειν καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· κἀκείνους δεχομένους ταύτας μὴ εἰς οἰκείαν μόνην ἔχειν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ κλήρῳ διανέμειν παντί.

ΑΡΙΣΤ. Αἱ ὀπῶραι οἶκοι πεμπέσθωσαν (4) ὃς οἱ πρῶτοι τοῖς ἑξῆς διανέμοιεν.

Ἄνευ σταφυλῆς τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἄλλων ὀπωρῶν οὐ τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρειν δεῖ, ἀλλ' οἴκοι στέλλεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἐπὶ τῷ διανείμασθαι ταῦτα τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς. Ἡ γὰρ σταφυλὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσαχθήσεται, κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων ὀπωρῶν, ὡς καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς οἴνου εἰς τελεσιουργίαν παραλαμβανομένου τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

ΒΑΛΣ. Ἐμάθομεν ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ὀφείλει μετὰ τὴν ἀναγκαίαν αὐτοῦ δαπάνην καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν κληρικῶν συνήθη οἰκονομίαν τὰ περιττεύοντα ἐκ τῶν εἰσόδων τῆς ἐκκλησίας διαδόναι πρὸς πένητας· πτωχικὰ γὰρ καλοῦνται· ἀρτίως δὲ διορίζεται ὁ κανὼν φροντίζειν τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ ἐπιχορηγεῖν τοῖς ἐνδεέσι κληρικοῖς τὰ χρειώδη, τοὺς δὲ μὴ ποιοῦντας οὕτως ἀφορίζει· ἐπιμένοντας δὲ καθαιρεῖ. ὡς αἰτίους γενομένους τοῦ θανάτου τῶν ἀδελφῶν· ῥῆξῃς δὲ τινὸς χάριν τοὺς πρεσβυτέρους ὁ κανὼν κολάζει, τὰ οἰκεῖα πράγματα μὴ διανέμοντας πρὸς ἐνδεεῖς κληρικούς; Θεμάτισον γὰρ ἔγκρατῆ τὸν πρεσβύτερον εἶναι πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν, τυχὸν χωρεπίσκοπον προβληθέντα, ἢ πρωτοπαπᾶν (84), κἀντεῦθεν εὐπορήσαντα, καὶ ἀνάγκην ἔχοντα τοὺς πενομένους χειραγωγεῖν, πολλῷ δὲ μᾶλλον τοὺς πένητας κληρικούς. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο εἴπῃς, εἰ συνόρῳ ποίῳ τρόπῳ ἀφορισθήσεται ἢ καθαιρεθήσεται πρεσβύτερος μὴ διδοὺς οἰκοθεν τὰ χρεώδη τῷ πενομένῳ συγκληρικῷ αὐτοῦ. Τὸ δὲ φονεῦσαι τὸν ἀδελφὸν μὴ εἴπῃς καὶ εἰς ἔργον ἐλθεῖν. Κἂν γὰρ μὴ ἀπέθανε, γέγονε τοῦτο, ὅσον ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ πρεσβυτέρου προθέσει.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα ἡ Γραφὴ πτωχικὰ ὀνομάζει· καὶ δεῖ ταῦτα διοδίδοσθαι τοῖς πτωχοῖς. Εἰ δὲ τοῖς ἄλλοις ἐνδεέσιν ἐπαρκεῖν οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες ὀφείλουσιν, ὡς ἐνὸν, πολὺ μᾶλλον τοῖς ὑπ' αὐτοὺς τεταγμένοις κληρικοῖς πενομένοις; Καὶ ὁ μὴ τοῦτο ποιῶν ἀφορίζεται· μένων δὲ ἀδιόρθωτος, καὶ καθαιρεῖται· ὅτι ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ γέγονε τοῦ ἀδελφοῦ φονευτής· ὁ γὰρ μὴ εὐπορῶν τῶν συστατικῶν τῆς ζωῆς θανεῖται, ὁ δ' εὐπορῶν, καὶ μὴ τοῦτον κηδόμενος, πάντως φονεὺς πέφυκε. Τί γὰρ εἰ μὴ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἀλλοθεν αὐτῷ τῆς θείας προνοίας χορηγησάσης τὰ ζωαρκῆ;

ΑΡΙΣΤ. Ἐκ δεῖ κληρικὸν οὐκ εὐεργετῶν ἱερεὺς ἀφορίζεται· καθαιρεῖται δὲ μένων ἀνίλεως (85). Σαφής.

ΚΑΝΩΝ Ξ'.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ὡς ἅγια, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

ΒΑΛΣ. Ἀκολούθως τῷ παρόντι ἀποστολικῷ κανόνι καὶ ἕτεροι κανόνες διορίζονται μὴ ἀναγι-

Guill. Beveregii notæ.

(84) Ἢ πρωτοπαπᾶν. Πρωτοπάπας idem est ac qui vocatur πρωτοπρεσβύτερος, et subinde πρωτεύων : hic primus est tribunalis, et ubi plures sacerdotes concelebrant, ipse primas tenet, et a pontifice secundas; ut ait Codinus πρῶτός ἐστι τοῦ βήματος, φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ ἀρχιερέως, Codin. *De offic. Constantin.* c. 1, n. 30. In Euchologio officium ejus sic describitur, Ὁ πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῶν ὀφφικίων τοῦ εὐωνύμου χοροῦ, ὅταν λειτουργεῖ ὁ ἀρχιερεύς, μεταδίδει αὐτὸς τὴν ἁγίαν μετάληψιν· ὁμοίως καὶ ὁ ἀρχιερεὺς τῷ πρωτοπαπᾷ, ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ πρωτεῖα πάντα, Euchol. in official. Eccles. CP. p. 271, edit. Jac. Goar. Paris. 1647. De chorepiscopis quoties hic quoque fit mentio alibi agemus.

(85) Ἀνίλεως. Tam in Aristeni, quam Logothetæ synopsi, ut a Justello edita, perperam scribitur ἀνήλεος.

σκεσθαι τὰ τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ἀλλὰ πυρὶ παραδίδοσθαι. Καὶ ζήτει τίτλον ιβ' τοῦ παρόντος συντάγματος, κεφαλαίου γ' καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Ἐπεὶ δέ τινες ἐνόθευσαν εὐσεβῆ συγγράμματα, ἢ καὶ ὀρθοδόξων ὀνόματα ἐν ὕφει ἑτεροδόξῳ τεθείκασιν, ὡς ὁ αἱρετικὸς ἐκεῖνος Πάμφιλος ἐποίησε, θεολογικὰ ἔπη χρυσᾶ, τὰς αἱρετικὰς φληναφίας τοῦ Χρυσομάλλου (86) κατονομάσας, καὶ οὕτω τοὺς ἁπλουστέρους πλανήσας· διορίζεται ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι τὸν τοιαῦτα τελοῦντα ἱερωμένον ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ. Ζήτει καὶ τὸν τελευταῖον ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τοὺς ἡρωϊκοὺς στίχους τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα ξγ' καὶ μάθῃς ποῖα βιβλία ὀφείλουσιν ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων ἀναγινώσκεσθαι· ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος (87), ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος, καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος.

ZΩNAP. Πολλὰ βιβλία παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐνοθεύθησαν εἰς βλάβην τῶν ἁπλουστέρων· ὥσπερ καὶ αἱ διὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος γραφεῖσαι τοῖς ἐπισκόποις ἀποστολικαὶ διαταγαί, αἱ διὰ τοῦτο καὶ συνοδικῶς ἀπεβλήθησαν. Τινὰ δὲ καὶ διόλου παρ' ἐκείνων συντίθενται ψευδεῖς ἐπιγραφὰς ἔχοντα, ὡς παρὰ Πατέρων ἁγίων συγγεγραμμένα· τὰ δὲ καὶ ἀπόκρυφα καλούμενα. Ταῦτα τοίνυν ἀπόβλητα εἶναι κελεύει ὁ κανών, καὶ εἰς ἀνάγνωσιν μὴ προτίθεσθαι. Εἰ δέ τις δημοσίᾳ ταῦτα προσάγει, καὶ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκειν πειρᾶται, τοῦτον, ἱερωμένον ὄντα, καθαιρέσεως ἄξιοῖ· τὰ δὲ ἀναγινώσκεσθαι ὀφείλοντα βιβλία τῆς παλαίας καὶ τῆς νέας Γραφῆς ἀπηρίθμηνται ἀκριβῶς· πρότερον μὲν ἐν τῷ τελευταίῳ κανόνι τῶν ἀποστολικῶν τούτων διατάξεων, εἶτα καὶ τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ, καὶ τῷ μεγάλῳ καὶ σοφωτάτῳ Πατρὶ Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, καὶ τῷ ἁγίῳ Ἀμφιλοχίῳ, καὶ ἀμφοτέροις τούτοις ἐμμέτρως· καὶ τῇ ἐν Καρθαγένῃ συνόδῳ. Ἡ δὲ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ ἐν τῷ ξγ' κανόνι αὐτῆς καὶ τοῦτό φησι· Τὰ ψευδῶς ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν συμπλασθέντα μαρτυρολόγια, ὡς ἂν τοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ἀτιμάζοιεν καὶ πρὸς ἀπιστίαν ἀνάγοιεν τοὺς ἀκούοντας, μὴ δημοσιευέσθωσαν, ἀλλὰ πυρὶ παραδιδόσθωσαν. Τοὺς δὲ παραδεχομένους, ἢ ὡς ἀληθῆ σιτούτοις προσανέχοντας, ἀναθεματίζομεν.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἀσεβοῦς βίβλον ἐκκλησιῶν καθαιρεῖται.*

Ὁ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκων τὰ τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια καθαιρείσθω.

A impiorum libros, sed igni tradendos. Quære etiam 12 tit. præsentis operis, cap. 3, et quæ in ipso sunt. Quia autem nonnulli pia scripta adulteraverunt, vel etiam orthodoxorum nomina eorum qui male sentiunt scriptis apposuerunt, ut hæreticus ille fecit Pamphilus, qui aurea theologica dicta nugas hæreticas Chrysomalli appellavit, et ita simpliciores decepit, decernit canon sacerdotem esse deponendum, qui hoc audet in populi perniciem. Quære etiam ultimum canonem apostolicum, et heroicos versus sancti Gregorii Theologi, et syn. in Trullo canonem 63, et scies quinam libri legi debent ab orthodoxis. Sanctus Amphilochius, sanctum Athanasium et Carthaginensis synodus

B ZONAR. Ab impiis hominibus supposiiti libri multi fuerunt in perniciem simpliciorum. Veluti sunt episcopis per sanctum Clementem scriptæ apostolicæ constitutiones, quæ propterea synodice rejectæ sunt. Ab illis quoque sunt omnino quædam composita, falsas inscriptiones habentia, perinde ac si forent a sanctis Patribus conscripta, sunt et quædam nuncupata apocrypha. Canon censet igitur hæc esse rejicienda, nec ad lectionem proponenda. Quod si quis hæc publice profert, in ecclesiaque legere conatur, hunc etiam consecratum ministrum, dignum depositione censet. Libri vero tam veteris, quam novæ Scripturæ, qui legi debeant, exacte sunt enumerati. Primum quidem, in ultimo canone istarum apostolicarum constitutionum. Deinde C etiam a magno Athanasio, et a magno sapientissimoque patre Gregorio Theologo, et a sancto Amphilochio, et ab his quidem duobus metrice. Et in synodo Carthaginensi. Nominata vero sexta synodus in Trullo, in sexagesimo tertio canone ipsius et hoc dicit: Quæ sunt ab inimicis veritatis falso conficta Martyrologia, ut Christi martyres ignominia turpiter afficerent, et audientes inducerent ad incredulitatem, ne publicentur, sed igni tradantur. Suscipientes autem, vel his, tanquam veris, mentem adhibentes, anathematizamus

ARIST. *Qui impii librum in ecclesia publicat deponitur.*

Qui in ecclesia legit impiorum libros ut sanctos deponatur.

Guill. Beveregii notæ.

(86) *Τοῦ χρυσομάλλου.* Joanne Comneno Alexii successore imperante, Constantinus Chrysomallus scripta quædam hæresibus scatentia edebat, quorum tria exemplaria a synodo sub Leone Constantinopolitano tunc temporis coacta, comperta sunt, unum apud Petrum monachum S. Athenogenis monasterii præsidem, alterum apud Georgium Pamphilum, et tertium apud quosdam monachos in Nicolai monasterio, qui de eo etiam synodum certiorem fecerant. Georgius iste Pamphilus, apud quem unum exemplar inventum est, non tantum hæresibus in eo traditis ipse seducebatur, verum et, ut alios quoque seduceret, hæreticas istius nugas, θεολογικὰ ἔπη χρυσᾶ appellabat, ut ex hoc Balsamonis loco constat. Synodus autem prædicta Constantinopoli celebrata, cum scripta hæc inter se contulisset, non ineptiarum modo, sed et hæreseon plena esse, ac ipsis Enthusiastarum et Bogomilorum dictis absurdiora continere, pro comperto habebat, ac proinde adversus eadem scripta eorumque assertores, decretum synodale edebat, quod exstat apud Leo. Allat. de Occident et Orient. Eccles. perpet. consens. l. II, c. 11, in initio.

(87) *Ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος.* Hæc usque ad hujus interpretationis finem in impressis desiderantur; exstant autem in ms. Bodleiano, et quidem in ipsa textu, in quem tamen e margine traducta videntur. Cæterum S. Amphilochius in iambis ad Seleucum, S. Athanasius in sacræ Scripturæ synopsi, et synodus Carthaginensis can. 27 docuerunt, quinam

CANON LXI.

Si adversus fidelem aliqua accusatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis, et convictus fuerit, ad clerum ne provehatur.

BALS. Qui fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis accusatus et convictus seu condemnatus est, non efficitur clericus. Et nota hoc propter eos qui dicunt, ex eo solo quod quis accusatus fuerit, impediri ordinationem accusatorum. Ecce enim dicit canon, quod qui convicti sunt non ordinabuntur, non etiam qui solum accusati fuerint.

ZONAR. In adulterio, vel scortatione, vel alia quapiam absurditate deprehensus, non solum a sacerdotio prohibetur, sed omnino nec in ullum quidem cleri gradum promovetur. Ad episcoporum vero clericorumque accusationem neque hæretici qualescunque habiles erunt, neque schismatici qui seorsum ab Ecclesia celebrant conventicula: neque qui propter crimina rejecti sunt ab Ecclesia, vel communi societate privati, nisi prius objectas sibi culpas purgatione deleverint, sive sint clerici, sive laici. Sed nec illi, qui de crimine aliquo sunt ad judicem delati, priusquam criminis expertes apparuerint secundum sextum canonem secundæ Œcumenicæ synodi, quæ fuit in Constantinopoli.

ARIST. *Fidelis convictus de adulterio, fornicatione, et aliis criminibus, in clerum non admittitur.*

Fidelis accusatus adulterii, vel fornicationis, vel alicujus alius prohibitæ actionis et convictus, in clerum non recipitur. Si infidelis autem quis sit, et alicujus prædictorum peccatorum reus fuerit, si postea baptizetur, et post baptisma inculpabilem servet vitam suam, sine prohibitione in clerum etiam promovetur.

CANON LXII.

Si quis clericus propter metum humanum Judæi, vel Græci, vel hæretici, negaverit: si quidem nomen Christi, ejiciatur: si autem nomen clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, ut laicus recipiatur.

BALS. Etsi jus civile ei dat veniam, qui vi vel

ΚΑΝΩΝ ΞΑ'.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πίστεως πορνείας ἢ μοιχείας ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ προσαγέσθω (88).

ΒΑΛΣ. Ὁ ἐπὶ πορνείᾳ ἢ μοιχείᾳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀπηγορευμένῃ πράξει κατηγορηθεὶς καὶ ἐλεγχθεὶς ἤτοι κατακριθείς, κληρικὸς οὐ γίνεται. Καὶ σημείωσαι τοῦτο διὰ τοὺς λέγοντας ἀπὸ μόνου τοῦ κατηγορηθῆναι τὴν τῶν κατηγορηθέντων ἐμποδίζεσθαι χειροτονίαν. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν ὁ κανὼν, ὅτι οἱ ἐλεγχθέντες οὐ κληρωθήσονται· οὐ μὴν οἱ μόνον κατηγορηθέντες.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἁλοὺς ἐπὶ μοιχείᾳ ἢ πορνείᾳ ἢ ἄλλῳ τινὶ ἀποπήματι οὐ μόνον ἱερωσύνης κωλύεται, ἀλλ' οὐδὲ εἰς κλῆρον ὅλως προσάγεται. Εἰς κατηγορίαν δὲ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν οὔτε αἱρετικοὶ οἱοιδήτινες δεκτοὶ ἔσονται, οὔτε μὴν σχισματικοὶ παρασυνάγοντες, οὔτε οἱ διὰ αἰτιάματα ἀπόβλητοι γεγονότες τῆς Ἐκκλησίας, ἢ ἀκοινώνητοι, εἰ μὴ πρότερον τὰς αἰτίας τὰς κατ' αὐτῶν ἀποτρίψονται, κἂν κληρικοὶ ὦσι, κἂν λαϊκοί. Ἀλλὰ οὐδὲ οἱ ὑπὸ κατηγορίαν ὄντες, πρὶν ἂν ἀθῷοι τῶν ἐγκλημάτων φανῶσι, κατὰ τὸν ἕκτον κανόνα τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει.

ΑΡΙΣΤ. *Πιστὸς ἐλεγχθεὶς ἐπὶ μοιχείᾳ ἢ πορνείᾳ ἢ ἄλλοις ἐγκλήμασιν ἀκλήρος*

Ὁ κατηγορηθεὶς πιστὸς ἐπὶ μοιχείᾳ πορνείᾳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀπηγορευμένῃ πράξει, καὶ ἐλεγχθείς, εἰς κλῆρον οὐ παραδέχεται. Εἰ δὲ ἄπιστος ὢν τις, καὶ ἁμαρτήσας τι τῶν ἀπηριθμημένων, εἶτα βαπτισθῇ καὶ κατὰ τὸ βάπτισμα διατηρήσει τὸν βίον αὐτοῦ ἀνεπίληπτον, ἀκωλύτως καὶ εἰς κλῆρον προσάγεται.

ΚΑΝΩΝ ΞΒ'.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου ἢ Ἕλληνος ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσεται, εἰ μὲν τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω· εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω· μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω (89).

ΒΑΛΣ. Εἰ καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος συγγνώμην δέδω-

Guill. Beveregii notæ.

libri pro vere canonicis in Ecclesia legendi sunt.

(88) *Εἰς κλῆρον μὴ προσαγέσθω.* Hunc ab Ecclesia primitiva stricte observatum fuisse disciplinam, ut, qui graviori aliquo crimine convictus est, in clerum non admittatur, ex Origene discimus, dicente, quod præpositi Ecclesiæ eos, qui libidine aliove simili malo victi sunt, si sinceram egerint pœnitentiam, tanquam redivivos recipiunt, verum εἰς οὐδεμίαν ἀρχὴν καὶ προστασίαν τῆς λεγομένης Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταλέγονται τοὺς φθάσαντας, μετὰ τὸ προσληλυθέναι τῷ λόγῳ ἁπταικίναι, Orig. *Contra Cels.*, l. III, p. 147, edit. Hœschel. 1605. Item ex Cypriano, cujus verba observatu sunt dignissima. *Cumque alia multa sunt*, inquit, *et gravia delicta, quibus Basilides et Martialis implicati tenentur, frustra tales episcopatum sibi usurpare conantur, cum manifestum sit ejusmodi homines, nec Ecclesiæ Christi posse præesse, nec Deo sacrificia offerre debere. Maxime cum jam pridem nobiscum et cum omnibus omnino episcopis in toto mundo constitutis, etiam Cornelius collega noster, sacerdos pacificus et justus, et martyrio quoque dignatus Domini honoratus, decreverit, ejusmodi hominis pœnitentiam quidem agendam posse admitti, ad ordinationis autem cleri atque sacerdotali honore prohiberi.* Cyprian. *Epist.* ad clerum et plebem Hispana lib. I, epist. p. 16, l. 9, edit. Manut. E quibus certe verbis apparet, vel hunc ipsum canonem, vel ei simillimum in synodo sub Cornelio episcopo Romano celebrata constitutum esse, sicut confirmatum: quod mihi propterea magis arridet, quod antea observatum fuisse ex antea laudatis Origenis verbis abunde constat.

(89) *Ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.* In Joannis Antiocheni

τὸν διὰ φόβον ἢ βίαν καταδέμενον ποιῆσαι τόδε τι, ἀλλ' ὁ τῆς Ἐκκλησίας νόμος ὁμολογητὰς τῆς πίστεως θέλει πάντας εἶναι τοὺς ὀρθοδόξους. Ὁ γοῦν διὰ φόβον κολάσεως ἀρνησάμενος κληρικὸς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον καθαιρεθήσεται, ἀλλὰ καὶ ὡς σεσηπὸς μέλος ἐκ τοῦ καλοῦ τῆς Ἐκκλησίας σώματος ἐκκοπήσεται. Εἰ δὲ ἀρνήσεται κληρικὸς εἶναι, καθαιρεθήσεται· πλὴν καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους ὁ μετανοήσας καθαρῶς δεχθήσεται ὡς λαϊκός. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τούτου ὅτι οἱ σφραγῖδα ἐπικουρίδος λαβόντες, κἀντεῦθεν εἰς τὸ τάγμα τῶν ἀναγνωστῶν καταστάντες, ἐὰν ῥίψωσι τὰ ἱερὰ ἄμφια, καὶ κατὰ λαϊκοὺς ἀναστραφῶσιν, οὐ δύνανται ὡς ἀναγνῶσται ἐνεργεῖν τὸ ὁτιοῦν· ἐὰν πάλιν μετασχηματισθῶσι κατὰ κληρικούς, ἢ καὶ μοναχοὶ γένωνται, ἀλλὰ λαϊκῶν ἀνύσουσι διαγωγήν. Εἰ γὰρ ὁ κατὰ φόβον ἀρνησάμενος τὴν κλήρωσιν αὐτοῦ καθαιρεῖται, καὶ ὡς λαϊκὸς μόνον δέχεται μετὰ ἐπίγνωσιν, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἑκουσὶ τὴν τοιαύτην ἄρνησιν πεποιηκὼς καὶ παίξας τὸ ἅγιον σχῆμα οὐκ ἀξιωθήσεται τῆς προτέρας κληρώσεως.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς διὰ φόβον κολάσεως ἀρνησαμένους τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ἀποβλήτους ὁ κανὼν οὗτος πάντη τῆς Ἐκκλησίας ποιεῖται· τοὺς δὲ τὸ τοῦ κληρικοῦ ὄνομα ἀπαρνησαμένους καθαιρεῖσθαι κελεύει, μετανοοῦντας δέ, ὡς λαϊκοὺς δέχεσθαι. Ἡ δὲ ἐν Ἀγκύρᾳ σύνοδος τοὺς μετὰ ἀληθείας (ἀλλ' οὐ μετὰ ἐπιτηδεύσεως καὶ κατασκευῆς ὑποκριθέντας φοβηθῆναι τὰς βασάνους) καὶ θύσαντας πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους τῆς τιμῆς μὲν μετέχειν καὶ τῆς καθέδρας ὁρίζει, ἐνεργεῖν δέ τι ἱερατικὸν, οὐ παραχωρεῖ.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἀρνησίχριστος καὶ ἀπόβλητος· ὁ δὲ τὸν κλῆρον ἀθετήσας, ἐπιστρέφων, κατὰ λαϊκὸν προσίτω.*

Ὁ διὰ φόβον ἀνθρώπινον τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος, ἀπόβλητος. Ὁ δὲ μὴ τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ ἀρνησάμενος, κληρικὸς ὢν, καθαιρεῖται· μετανοῶν δὲ, ὡς λαϊκὸς παραδέχεται.

A metu aliquid facere adactus est: jus tamen ecclesiasticum vult omnes orthodoxos esse fidei confessores. Ergo clericus qui propter metum pœnæ negaverit nomen Christi, non solum deponetur, sed etiam tanquam membrum putridum, ex pulchro Ecclesiæ corpore abscindetur: sin autem se esse clericum negaverit, deponetur: sed et qui in utrisque egit pure pœnitentiam, ut laicus admittetur. Nota ex hoc, quod qui tonsuræ characterem acceperunt, et deinde in lectorum ordine constituti sunt, si sacras vestes projecerint, et instar laicorum conversati fuerint, non possunt quidquam tanquam lectores agere; si rursus ad clerici habitum redierint, vel etiam monachi facti fuerint: sed ut laici vitam agent. Si enim qui propter metum B clericatum suum negavit, deponitur, et tanquam laicus solum post pœnitentiam admittitur: multo magis qui talem sui sponte abnegationem admisit, et sanctum amictum illusit, dignus priori clericatu non censebitur.

41 ZONAR. Qui metu supplicii negaverunt Christi nomen, ab Ecclesia canon præsens omnino rejicit. At eos, qui clerici nomen abnegaverunt, deponi præcipit; facti vero pœnitentes, ut laicos recipi. In Ancyra vero synodus, eos, qui vere timuerunt (non autem qui consulto cogitatoque se metuisse tormenta simularunt) sacrificantes etiam presbyteros, atque diaconos, honoris quidem et cathedræ participes esse definit: sed agere quidquam sacri non C permittit.

ARIST. *Qui negat Christum, et excommunicatus est: qui autem clerum contempserit, rediens pro laico recipiendus est.*

Qui propter humanum timorem Christum negaverit, excommunicatus est. Qui autem non Christum sed nomen clerici negaverit, si sit clericus deponitur, resipiscens autem ut laicus recipitur.

Guill Beveregii notæ.

collectione legitur, λαϊκὸς δεχθήσεται, tit. 39. Pœna autem hac phrasi clericis delinquentibus intentata, nihil minus est, nec aliud quam depositio, sive a fungendis clericorum muneribus prohibitio, et in pristinum laicorum ordinem reductio. Hoc ex canone apost. 15, patet, quo clericus in alia parochia præter sui episcopi sententiam manens, sacra in posterum celebrare prohibetur: hoc tamen adjecto, ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνεῖτω, hoc est non amplius inter clericos recensitus, sed inter laicos, cum iis communicet. Sic Josephus Ægyptius dicta præsentis canonis verba explicat, *una cum fidelibus recipiatur*, viz. ad communionem. Eodem sensu Cyprianus dixit, *ut communicent laici, et satis habeant, quod admittantur ad pacem, qui hostes pacis exstiterint, nec debere eos reverentes ea apud nos ordinationis et honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint.* Cyprian. epist. 1, lib. II, ad Steph. et alibi, *Sic tamen admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi locum sacerdotis usurpet.* lib. epist. 2, ad Antonian. lib. IV, *Epist.* p. 86, l. 44. Ubi *ut laicum communicare, et sacerdotis locum usurpare*, sibi invicem opponi videmus. Sic et concilium Toletanum primum, de subdiacono loquens, ait, *Abstentus*, inquit, *biennio, postea inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet*, concil. Tolet. I, can. 4. Et Aimonius refert Carlomannum Caroli Calvi filium, Senonensisque Ecclesiæ diaconum, perduellionis in patrem convictum, *secundum sacras regulas ab omni gradu ecclesiastico, laica sibi communione servata, depositum esse.* Aimon. *De gest. Franc.* l. v, cap. 23. E quibus omnibus veterum testimoniis luce meridiana clarius est, hanc phrasim. ὡς λαϊκὸν δεχθῆναι, sive *ut laicum communicare*, depositionem perpetuo indigitare, sine excommunicatione inflictam: ac proinde qui huic pœnæ subjicitur, ut *tanquam laicus recipiatur*, deponitur quidem, sed communionis nihilo secius particeps erit, æque ac fidelis laicus. V. S. Basil. epist. ad Amphiloch. can. 3. Et hinc est, quod hanc pœnam clericis solis inflictam legimus, non item laicis; nec ob alia unquam crimina, quam quibus depositio aliis canonibus inuritur, et talis quidem depositio quam excommunicatio non concomitatur.

CANON LXIII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex sacerdotali catalogo, comederit carnes in sanguine animæ suæ, vel quid a feris captum, vel morticinum, deponatur: hoc enim lex prohibuit: si autem sit laicus, segregetur.

BALS. Illud, *Ne comedatis carnes in sanguine animæ suæ* [92], in libro Genesis constitutum est. Hæc autem sunt suffocata. Sed nec a fera captum, vel morticinum licet comedere. Qui autem præter hæc facit, si est quidem clericus, deponatur: si vero sit laicus, segregetur. Quæ autem a venatoriis avibus vel canibus vel pantheris capiuntur, et suffocantur, quomodo ab aliquibus comeduntur, nescio. Nota ergo canonem, propter Latinos, qui suffocata indiscriminatim comedunt.

ZONAR. Hoc etiam prohibitum fuit in libro Geneseos. Nam cum Deus hominibus omnia, velut olera, comedere post diluvium permisisset, addidit, Verum carnes in sanguine animæ non comedite: qualia sunt, quæ a nonnullis comeduntur, suffocata. Nam sanguis est animalibus animæ vice. Sed neque fas est, a fera captum, vel morticinum comedere.

ARIST. *Sacerdos qui suffocatum, aut a fera captum, aut morticinum gustaverit, deponitur. Laicus autem excommunicatur.*

CANON LXIV.

Si quis clericus aut laicus in Synagogam Judæorum vel hæreticorum introierit ad orandum, et deponatur, et segregetur.

[92] Gen. IX, 4.

ΚΑΝΩΝ ΞΓ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ κρέα ἐν αἵματι (90) ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω· τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Τὸ, *Οὐ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ*, ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως νενομοθέτηται. Ταῦτα δέ εἰσι τὰ πνικτά. Ἀλλ' οὐδὲ θηριάλωτον ἢ θνησιμαῖον ἐσθίειν ἔξεστιν. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, εἰ μέν ἐστι κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Τὰ δὲ ὑπὸ ὀρνίθων θηρευτῶν ἢ κυνῶν ἢ παρδάλεων θηρευόμενα καὶ πνιγόμενα πῶς παρά τινων ἐσθίονται, ἀγνοῶ. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα διὰ τοὺς Λατίνους τὰ πνικτὰ ἀδιαφόρως ἐσθίοντας.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Γενέσεως ἀπηγόρευται. Ὁ γὰρ Θεὸς, τοῖς ἀνθρώποις μετὰ τὸν κατακλυσμὸν πάντα ἐσθίειν ὡς λάχανα ἐπιτρέψας, ἐπήγαγε· «Πλὴν κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε», οἷά εἰσι τὰ παρά τινων ἐσθιόμενα πνικτά. Τελεῖ γὰρ ζώοις ἀντὶ ψυχῆς τὸ αἷμά ἐστιν. Ἀλλ' οὐδὲ θηριάλωτον ἢ θνησιμαῖον ἐσθίειν ἔξεστιν.

ΑΡΙΣΤ. *Γενόμενος θύτης πνικτοῦ, ἢ θηριαλώτου, ἢ θνησιμαίου, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς ἀφορίζεται.*

ΚΑΝΩΝ ΞΔ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσεύξασθαι, καὶ καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω (91).

Guill. Beveregii notæ.

(90) *Φάγῃ κρέα ἐν αἵματι.* Ut veteri lege Judæis, sic et ab ipsis apostolis, Judæorum infirmitati tunc temporis consulentibus, Act. XV, gentilibus conversis præcipitur, ut ab immolatis, suffocatis, et sanguine abstinerent: quod apostolorum decretum hoc canone renovatum videtur, adjecta insuper certa transgressoribus pœna, clericis quidem depositione; excommunicatione laicis. Et Ecclesiam quidem primitivam, tam Occidentalem, quam Orientalem, hoc inviolatum diu observasse, e veterum testimoniis luculenter patet. Tertullianus, *Erubescat*, inquit, *error vester Christianis, qui ne animalium quidem sanguinem in epulis esculentis habemus, qui propterea quoque suffocatis et morticinis abstinemus, ne quo modo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto.* Tertul. Apol. c. 9. Origenes, Τὰ δὲ πνικτὰ, τοῦ αἵματος μὴ ἐκκριθέντος (ὅπερ φασὶν εἶναι τροφὴν δαιμόνων τρεφομένων ταῖς ἀπ' αὐτοῦ ἀναθυμιάσεσιν), ἀπαγορεύει ὁ λόγος, ἵνα μὴ τραφῶμεν τροφῇ δαιμόνων, τάχα τινῶν τοιούτων πνευμάτων συντραφησομένων ἡμῖν, ἐὰν μεταλαμβάνωμεν τῶν πνικτῶν. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων περὶ τῶν πνικτῶν σαφὲς εἶναι δύναται τὸ περὶ τῆς ἀποχῆς τοῦ αἵματος. Orig. *Cont. Cels.* l. VIII, circa medium. Minutius Felix, *Nobis homicidium nec videre fas est, nec audire, tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus.* Minut. Fel. Octav. p. 55 e tom. VIII Biblioth. Patr. Lat. Clemens Alexandrinus, Οὐδὲ γὰρ δίγειν αἷμα τοῖς ἀνθρώποις θέμις, οἷς τὸ σῶμα οὐδὲν ἀλλ' ἢ σάρξ ἐστιν αἵματι γεωρκουμένη. Clem. Alex. pedag. l. III, c. 5, prope finem. Sic Biblias Martyr, Antonio vero imperante, inter cruciatus dicebat, Πῶς ἂν παιδία φάγοιεν οἱ τοιοῦτοι, οἷς μηδὲ ἀλόγων ζώων αἷμα φαγεῖν ἐξόν; Euseb. *Hist. Eccles.* l. V, c. 1, p. 159. A. edit. Vales. Ut alia vero taceam veterum testimonia, Ecclesiæ Orientalis (non ipsis exceptis Æthiopibus, ut testatur Jos. Scaliger, *De emend. temp.* l. VII), ut est horum canonum tenacissima, quod hic constituitur perpetuo observavit, et etiamnum observat: usque adeo ut in publico eorum Euchologio p. 670, oratio exstet, ἐπὶ τῶν μιαραφαγησάντων, ab iis viz. repetenda qui vetitos cibos comederunt. Hinc Balsamon in sua hujus canonis interpretatione, vbi Latinis vertit, quod suffocata indiscriminatim edant. Et quidem non adeo diu est, quod Ecclesia Occidentalis cibis hic prohibitis vesci ubique permisit. Nam Gregorius tertius, qui sedem Romanam anno circiter 731 occupabat, inter canones pœnitentiales constituit, *ut qui morticina comederit inscius 30 dies pœniteat, sciens 40.* Greg. 3, cap. pœnit. c. 30. Quinctiam Beda presbyter, et Rabanus in Pœnitentiario, et quotquot de eodem argumento plusquam 400 abhinc annis scripserunt, centum pœnitentiæ tempus hujus canonis transgressoribus decernunt. D. Augustinum, aliosque ejusdem ætatis Christianos, in contraria fuisse opinione, ex his ipsius verbis palam est. *Et ubi Ecclesia pertium talis effecta est, ut in ea nullus Israelita carnalis appareat, quis jam hoc Christianus observet, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, cum quarum sanguis effusus est? Aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a cæteris irridentur,* Aug. *Contra Faust. Manich.* l. XXXII, c. 13.

(91) Καὶ καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω. Prius

ΒΑΛΣ. Ἐν μὲν τῷ μὲ' ἀποστολικῷ κανόνι ἡρμηνεύθη παρ' ἡμῖν ὅπως νοεῖται τὸ συνεύξασθαι μετὰ αἱρετικῶν· ἐνταῦθα δὲ διορίζεται ὁ κανὼν τὸν ἐπὶ συναγωγῇ Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν προσευξάμενον, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι· οὕτω γὰρ διαιρετέον τὰ τῆς κολάσεως, ὅτι μηδὲ πίφυκε καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφορίζεσθαι εἰπεῖν τὸν τοιαῦτα ποιοῦντα κληρικὸν, οὐχ ἁμάρτης τοῦ δέοντος. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, διοριζόμενον πόρρω ἀπέχειν τῶν Ἰουδαίων πάντας τοὺς Χριστιανόμους, ἱερωμένους δηλαδὴ καὶ λαϊκοὺς, καὶ μηδὲ μέχρι ἰατρείας ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας τούτοις συγκοινωνεῖν· ἢ μὴν, τοὺς μὲν καθαιρεῖσθαι, τοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. A

ΖΩΝΑΡ. Μέγα ἁμάρτημά ὁ κανὼν ἡγεῖται, τὸ Χριστιανὸν εἰς Ἰουδαίων συναγωγὴν ἢ αἱρετικῶν χάριν προσευχῆς, εἰσιέναι. Τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; Ἢ, Τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον; Ἡ γὰρ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ οὐδ' αὐτοῖς ἐκείνοις εἰς θυσίαν ἀρκοῦσά ἐστιν. Ἀπηγόρευται γὰρ αὐτοῖς ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ (92) θυσίαν προσάγειν. Εἰ δ' ἐκεῖνοι εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν εἰσιόντες παρανομοῦσι, πολλῷ πλέον Χριστιανὸς τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἀναιρέταις συνευχόμενος, χριβείῃ παρανομῶν. Ἡ δὲ τῶν αἱρετικῶν σύναξις, ἐναντία τοῖς ὀρθοδόξοις πρεσβεύουσιν, κἀκείνη οὐ τιμητέα ὁρθοδόξοις, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀποβλητέα. Τινὲς μὲν οὖν ὡς μεγάλα ἁμαρτάνοντας τοὺς εἰσιόντας εἰς τὰς τοιαύτας συναγωγὰς δι' εὐχὴν, διπλῇ φασι τιμωρίᾳ τὸν κανόνα τοῦτον ὑπάγειν, καθαιρέσει (δηλαδὴ) καὶ ἀφορισμῷ· ἄλλοι δὲ μερίζειν λέγουσι τὸν κανόνα τὰς τιμωρίας πρὸς κληρικούς τε καὶ λαϊκούς· καὶ τὴν μὲν καθαίρεσιν κατὰ τῶν ἱερωμένων ψηφίζεσθαι, κατὰ δέ γε τῶν λαϊκῶν τὸν ἀφορισμόν. Καὶ ὁ χρυσοῦς δὲ τὴν γλῶτταν Ἰωάννης ἐν τοῖς κατὰ Ἰουδαίων λόγοις πάνυ καθάπτεται τῶν Ἀντιοχέων, B C

BALS. In 45 canone apostolico a nobis interpretatum est, quomodo intelligitur illud: Una cum hæreticis orare. Hic autem canon constituit, ut qui in Judæorum vel hæreticorum synagoga oraverit, si sit quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur. Ita enim pœnam dividit, quod nec possit deponi laicus. Si autem deponi et segregari dixeris clericum qui hæc facit, minime aberraveris. Lege et 11 can. syn. in Trullo, qui decernit ut omnes Christiani nomen sortiti, et sacrati et laici, a Judæis longe sint remoti: et nec usque ad medicinam, vel ullam aliam causam, cum eis communicent: vel hi quidem deponantur, illi vero segregentur.

ZONAR. Magnum peccatum canon existimat, Christianum in Judæorum synagogam vel hæreticorum, orationis gratia, ingredi. Nam, *quæ consonantia Christo cum Belial?* aut, *quæ pars fideli cum infideli*[11]? secundum magnum illum apostolum, siquidem Judæorum synagoga ne ipsis quidem sufficit ad sacrificium. Illis enim vetitum est extra Jerusalem hostiam offerre. Quod si legem transgrediantur illi, cum suas intrant synagogas, quanto magis Christianus orans cum Christi interfectoribus, legis transgressor est judicandus! Hæreticorum vero coitio, qui deprædicant orthodoxis contraria, non est ab orthodoxis honoranda, imo multo magis illa est abhorrenda. Propterea, nonnulli dicunt hunc canonem duplici subjicere pœnæ, tanquam graviter peccantes, eos, qui tales introgrediuntur synagogas ad orationem, depositioni (videlicet) et excommunicationi. Sed alii canonem dicunt partiri pœnas in clericos et in laicos, et depositionem quidem contra sacratos decerni, contra laicos excommunicationem. Et ille quidem lingua præditus aurea Joannes in sermonibus contra Judæos valde

[11] II Cor. vi, 15.

Guill. Beveregii notæ.

καὶ tam in impressis antehac Balsamonis codicibus, quam in Joan. Antiocheni collectione canonum tit. 57 desideratur; nec immerito. Juxta hunc enim lectionem καὶ καθαιρεῖσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, utraque pœna tam clerico quam laico inentata videtur; at laico depositio infligi nequit, ut recte observat Balsamon; qui proinde pœnam partitur. καθαιρεῖσθω ad clericos, et ἀφοριζέσθω ad laicos referens. Zonaras suam non proferi sententiam, sed tantum aliorum, quorum, ut ait, nonnulli canonis transgressores duplici pœnæ subjiciunt, depositioni (cui tamen laici subesse nequeunt) et excommunicationi. Alii pœnas inter clericos et laicos partiuntur; et sic quidem non Balsamon solus postea, sed et Aristenus ante Zonaram canonem hunc interpretatus est: quibus astipulatur et Josephus Ægyptius, canonem hunc sic explicans: *Quicunque e sacerdotibus aut laicis ingreditur ecclesiam Judæorum, aut ecclesiam hæreticorum, ad orandum in ea vel deprecandum, si sit sacerdos, gradu suo deponatur, sin laicus, sancta Ecclesia expellatur.* Cæterum Balsamon præterea notat, quod qui clericum ex canonis præscripto prius deponi dixerit, et postea segregari, non aberrabit; et sic quidem Harmenopulus in titulo, quo docet, quænam sacerdoti facienda sunt, et quæ non facienda, hunc canonem, ac si de clericis solis intelligendus esset, his verbis citat, ὁ συνευχόμενος Ἰουδαίοις ἢ αἱρετικοῖς καθαιρεῖσθω τε καὶ ἀφοριζέσθω. Harmenop. epist. can. sect. 2, tit. 3, ubi utramque pœnam clericis, de quibus solis hic loquitur, intentatam videmus. D

(92) *Ἔξω τῆς Ἱερουσαλήμ.* Justinus Martyr ad Tryphonem, καὶ ὅτι ἡ τῶν δύο τράγων, τῶν νηστείᾳ κελευσθέντων προσφέρεσθαι, προσφορὰ οὐδαμοῦ ὁμοίως συγκεχώρηται γίνεσθαι, εἰ μὴ ἐν Ἱεροσολύμοις, Justin. *Dial. cum Tryph.* p. 201, l. xviii, edit. Sylburg. et ipse Trypho, Γνωρίζομεν γὰρ ἔτι, ὡς ἔφης, οὔτε πρόβατόν τοῦ Πάσχα ἀλλαχόσε θύειν δύνατον, οὔτε τοὺς τῇ νηστείᾳ κελευσθέντας προσφέρεσθαι χιμάρους, οὔτε τὰς ἄλλας ἁπλῶς ἁπάσας προσφοράς. Id. p. 205, l. xvi. Hinc cum Julianus Judæos cohortabatur, ut Mosem audirent, et pristinum Dei colendi ritum iis in memoriam revocabat, ab ipsis responsum est, κατερριμμένου τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ, μὴ θεμιτὸν εἶναι μηδὲ πάτριον εἶναι ἐκπεπτωκόσι τῆς μητροπόλεως· ἐτέρωθι τοῦτο ποιεῖν. Sozom. *Hist. Eccles.* l. v, c. 21. At D. Chrysostomus eos respondisse refert: Ὅτι τῆς πόλεως ἔξω θύειν οὐκ ἔνι, ἀλλὰ παρανομοῦσι πάντων ἀπιτελοῦντες ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας. Chrysost. κατὰ Ἰουδαίων λόγ. β', tom. VI, p. 533, l. viii, edit. Sav.

increpat Antiochenos, quod festa celebrarent una cum Judæis. Undecimus autem in Trullo synodi canon vetat omnibus, quæ sunt apud Judæos, azymis vesci et cum ipsis cohabitare : vel in morbis ipsos accersere, ab eisdemque medelas capere : vel una cum ipsis lavare. Canonem vero non observantes, consecratos quidem ministros a gradu dejicit, laicos autem a communione rejicit.

ARIST. *Qui cum Judæis orat, excommunicatur.*

Qui ingreditur synagogam Judæorum, aut hæreticorum, et cum iis orat, si clericus quidem est, deponitur, ut ea quæ Judæorum sunt sapiens, si laicus autem excommunicatur. Episcopus vero, aut presbyter, aut diaconus qui in domo tantum cum hæreticis orat, excommunicatur, juxta canonem 45.

A ὡς συνεορταζόντων τοῖς Ἰουδαίοις. Ὁ δὲ ἐνδέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανὼν πᾶσιν ἀπαγορεύει τὸ ἐσθίειν τὰ παρὰ Ἰουδαίοις ἄζυμα, καὶ τὸ συνοικεῖν αὐτοῖς, ἢ ἐν νόσοις αὐτοὺς προσκαλεῖσθαι, καὶ ἰατρείας παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ἢ συλλούεσθαι αὐτοῖς. Καὶ τοὺς μὴ φυλάσσοντας τὸν κανόνα ἱερωμένους μὲν καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζει.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ Ἰουδαΐσι συνευχόμενος ἀφορίζεται.*

Ὁ εἰσελθὼν εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν, καὶ πρόσευξάμενος μετ' αὐτῶν, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρεῖται, ὡς φρονῶν τὰ τῶν Ἰουδαίων· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται. Ὁ δὲ ἐν οἴκῳ συνευξάμενος μόνον αἱρετικοῖς, ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἀφορίζεται κατὰ τὸν με' κανόνα.

B

CANON LXV.

Si quis clericus in jurgio quempiam pulsaverit, et uno ictu interemerit, ob impotentis animi sui effrenationem, deponatur : laicus vero si fuerit, segregetur.

ΚΑΝΩΝ ΞΕ'.

Εἴ τις κληρικὸς (93), ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνῃ, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

BALS. Sacri mysterii ministri jussi sunt iram comprimere, sicut ex 27 canone apostolico declaratur. Illic autem decernit canon, ut deponatur clericus qui ab ira victus fuerit, et tempore concertationis aliquem percussum occiderit. Perinde autem ac si dubium esset quispiam, non debere eum deponi, si ab una pulsatione mortuus sit qui vulnus acceperit, quod forte non fuerit cædes voluntaria, inferri canon enim etiam deponi oportere qui uno ictu interfecerit. Diversi autem sancti Basilii canones clericum, qui quomodocunque interfecerit, deponunt. Lege etiam lib. LX, tit. 39, cap. 1, decretum 3 et cap. 5, decretum 2, et cap. 26, 9 tit. præsentis operis. Illic enim sitæ sunt dictæ leges. Similiter lege et sancti Basilii can. 8, 11, 33, 54, 55, 56, 57, et ea magis considera quæ ad animam pertinent. Animæ enim vulnera magis ecclesiastica quam civili curatione indigent.

ΒΑΛΣ. Οἱ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας διακονηταὶ, τὸν θυμοῦ κρατεῖν ἐκελεύσθησαν, καθὼς δηλοῦται καὶ ἀπὸ τοῦ κζ' ἀποστολικοῦ κανόνος. Ἐνταῦθα δὲ διορίζεται ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι τὸν ὑπὸ θυμοῦ νικηθέντα κληρικὸν, καὶ διὰ πληγῆς φονεύσαντά τινα ἐν καιρῷ φιλονεικίας. Ὡς τινος δὲ εἰπόντος μὴ ὀφείλειν τοῦτον καθαιρεῖσθαι, ἐὰν ἀπὸ κρούσματος ἓν ἐτελεύτησεν ὁ δεξάμενος τὴν πληγὴν, διὰ τὸ μὴ ἐκούσιον εἶναι τὰχα τὸν φόνον, ἐπάγει ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι καὶ τὸν διὰ μιᾶς πληγῆς φονεύσαντα. Διάφοροι δὲ κανόνες τοῦ ἁγίου Βασιλείου τὸν ὁπωσδήποτε φονεύσαντα κληρικὸν καθαιροῦσιν. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλίου ξ', τίτλου λθ', κεφ. α', θέμα γ', καὶ κεφ. ε', θέμα β', καὶ κεφ. κς', τοῦ θ', τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐκεῖ γὰρ κατεστρώθησαν οἱ ῥηθέντες νόμοι. Ὡσαύτως ἀνάγνωθι καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνας η', ια', μγ', νδ', νε', νς', νζ', καὶ πρόσσχες τούτοις μᾶλλον ὅσον τὰ εἰς ψυχήν. Τὰ γὰρ ψυχικὰ τραύματα πλέον δέονται θεραπείας ἐκκλησιαστικῆς ἢ πολιτικῆς.

C

ZONAR. Cum Dominus omnibus imperet, ut etiam obvertant sinistram veberanti maxillam dextram [97], et non obsistant : clericus, qui quempiam percusserit in pugna, si percussus interierit, etiamsi uno ictu, tanquam temerarius, ordine movetur. Laicus autem hoc faciens, excommunicatur. Pugnam vero contentionem, sed nihil amplius putes oportet.

ZΩΝΑΡ. Τοῦ Κυρίου τῷ τύπτοντι τὴν δεξιὰν σιαγόνα στρέφειν καὶ τὴν ἀριστερὰν κελεύοντος κἀν, καὶ μὴ ἀνταμύνεσθαι ὁ ἐν μάχῃ πλήξας τινὰ κληρικὸς, ἐὰν ὁ πληγεὶς ἀποθάνῃ, κἂν ἐκ μιᾶς πληγῆς, ὡς προπετὴς καθαιρεῖται. Λαϊκὸς δὲ τοῦτο ποιήσας, ἀφορίζεται. Μάχην δὲ φιλονεικίαν οἰητέον, ἀλλ' οὐδὲν πλέον.

D

ARIST. *Clericus homicida deponitur, laicus excommunicatur.*

ΑΡΙΣΤ. *Φονεὺς κληρικὸς καθαιρεῖται· λαϊκὸς ἀφορίζεται.*

[97] Luc. VI, 29.

Guill. Beveregii notæ.

(93) *Εἴ τις κληρικός.* In Joan. Antiocheni Collectione canonum tit. 40, hic ita legitur, *Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ ἀπὸ κρούσματος ἀποθάνῃ, καθαιρείσθω*, ubi, ut videmus, nec laici homicidæ excommunicandi mentio occurrit. At Balsamonem et Zonaram utrumque legisse ex ipsorum scholiis elucescit, et iam Harmenopuli quam Aristeni Epitome de laico, paraphrasis Arabica de utroque meminit.

ΚΑΝΩΝ ΞϚ'.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων (94) *ἢ τὸ Σάββατον* (95) *(πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου* (96), *καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω* (97),

ΒΑΛΣ. Τὸ Σάββατον οὐ νηστεύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν Ἰουδαΐζοντες· τὴν Κυριακὴν πανηγυρίζομεν

A

43 CANON LXVI.

Si quis clericus deprehendatur die Dominico jejunans aut Sabbato, præter unum solum, deponatur. Si vero laicus, segregetur.

BALS. Sabbato non jejunamus, ne Judæos imitari videamur : diem Dominicum celebramus pro-

Guill. Beveregii notæ.

(94) *Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων.* Joan. Antiochenus legit τὴν ἁγίαν Κυριακήν. Coll. can. tit. 32. Veteres autem a jejuniis die Dominico peragendis religiose admodum abstinuisse, Tertullianus testatur, dicens : *Die Dominico jejunium nefas ducimus.* Tertull. *De corona milit.*, c. 4, Et Epiphanius : Τὰς δὲ κυριακὰς ἁπάσας· προφερὰς ἠγεῖται ἡ ἁγία αὕτη καθολικὴ Ἐκκλησία. καὶ συνάξεις ἀφ' ἑωθεν ἐπιτελεῖ, οὐ νηστεύει· ἀνακόλουθον γάρ ἐστιν ἐν κυριακῇ νηστεύειν. Epiph. Expos. fidei. v. et Hieron. *Adver. Lucifer.*

(95) Ἢ τὸ Σάββατον. Ilisce simillima habes in Epistola ad Philippenses B. Ignatio ascripta, Εἴ τις Κυριακὴν ἢ Σάββατον νηστεύει (πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ Πάσχα), οὗτος χριστοκτόνος ἐστίν. Ignat. epist. p. 186, edit. Usser. Et hæc inter Constitutiones apostolicas recensetur, τὸ Σάββατον μέντοι καὶ τὴν Κυριακὴν ἑορτάζετε. Constit. apost. l. VII, c. 24. Tertullianus, *Quanquam vos etiam Sabbatum, si quando continuatis, nunquam nisi in Pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam*, Tertull. *De jejun. adv. Psych.* c. 14, et mox : *Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet Sabbatis et Dominicis, offerimus Deo, abstinentes ab iis quæ non rejicimus, sed differimus*, ibid. c. 15, ubi Sabbata, ut videmus, non minus quam Dominici, a jejuniis excipiuntur. Hoc propter Marcionistarum aliorumque tunc temporis exortas hæreses institutum videtur, utpote qui Sabbato jejunium propterea sanxerant, ne Deo a Judæis culto, qui eo die requievit, honorem exhibere, vel ritibus illius uti viderentur ; ut observat Epiphan. hær. 42, par. III, p. 304. B. tom. I, edit. Petav. Hinc Ecclesia Orientalis a jejuniis Sabbato, nisi magno, celebrandis perpetuo abhorruit. Post extinctam autem prædictorum hæresim, Sabbatum etiam jejuniis, ab Occidentalibus præsertim Ecclesiis, dedicatum est. Socrates enim suis temporibus observabat, quod ἐν Ῥώμῃ πᾶν σάββατον νηστεύουσι, Hist. eccl. l. v, cap. 21. Et concilio Eliberitano anno Domini 305 habito, *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum superpositionem celebremus*, concil. Eliber. can. 26, et concil. Agath. c. 12. D. autem Augustinus optime monet de hujusmodi rebus nihil vel Scripturæ auctoritate vel universalis Ecclesiæ traditione determinatum esse, ac proinde nec disciplinam ullam esse in his meliorem gravi prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque forte devenerit. Aug. epist. 118 ad Jan. cap. 2, p. 536, tom. II oper. Cumque idem Augustinus D. Ambrosium Mediolanensem de hac re consuluisset, tanto viro dignum hoc responsum accipiebat, cui, faxit Deus, omnes ubique terrarum Christiani, ut par est, auscultarent : *Cum Romam venio, jejuno Sabbato, cum hic sum, non jejuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi*, ibid. p. 537, et epist. 86 ad Casulanum p. 393. B.

(96) *Πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου.* Unum hic a reliquis excipiebat Sabbatum Balsamon et Aristenus τὸ μέγα σάββατον appellant, et sic Josephus Ægyptius *magnum Sabbatum*. Sic a Judæis olim denominatum est Sabbatum, quod paschalem celebri-

tatem proxime antecedit ; ut observat, et rationem ejus reddit Joan. Buxtorfius *Synag. Jud.* c. 12. Et in libro שלחן ערוך inscripto dicitur שבת מלפני הפסח קרוים אותו שבת הגדול *Sabbatum ante Pascha vocant magnum Sabbatum*. Hinc eidem Sabbato Christiani quoque eamdem appellationem attribuerunt, ut tam ii, qui Pascha juxta Patrum Nicenorum decretum Dominico die semper agerent, diem immediate præcedentem *Sabbatum magnum* nuncupaverunt ; quam qui cum Judæis Pascha celebrarent, in quamcunque hebdomadis feriam inciderit, Sabbatum proxime præcedens, etiamsi diebus aliquot nonnunquam interjectis, *magni* titulo cohonestarint. Sic in Smyrnensis Ecclesiæ de Polycarpi martyrio epistola, ille comprehensus et in civitatem ductus dicitur ὄντος σαββάτου μεγάλου. Euseb. Hist. eccles. l. IV, c. 15, p. 131, A. edit. Vales. Hic enim τὸ μέγα σάββατον istud fuisse Sabbatum, quod paschalem isto anno festivitatem proxime antecedebat, doctissimus Jac. Usserius non sine summa ratione asseruit, de anno Maced. cap. 3. At Henricus Valesius in annot. ad prædictum Eusebii locum, alium aliquem diem per *magnum Sabbatum* ibi indigitari contendit ; quisnam autem iste esset dies ipse nondum determinavit, sed potius obscurum sibi esse atque incompertum, quodnam fuerit magnum illud Sabbatum, cujus a Smyrnensibus facta est mentio, tum in Epistola ad Philomelienses de martyrio Polycarpi, tum in Actis Pionii, confessus est. Verum etiamsi non necessarium, nobis tamen plus quam verisimile videtur, Smyrnenses, qui Pascha cum Judæis celebrabant, eumdem etiam titulum præcedenti Sabbato cum iis attribuisse. Quin etiam ii, qui Pascha aliter ac Judæi, viz. ex Patrum Nicænorum decreto celebrarunt, Sabbatum immediate præcedens *magnum* denominasse, ex hoc ipso canone in scholiis in eumdem perspicue satis colligatur. Istud enim Sabbatum, quo canon jejunare permittit, Balsamon, ut supra dictum est, et Aristenus τὸ μέγα σάββατον appellant ; at hoc idem esse Sabbatum, quod paschalem celebritatem immediate præcedit, Balsamon ipse docet his verbis, κατὰ δὲ μόνον τὸ μέγα σάββατον, καθ' ὃ τὸ κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἀπέκουν ἔκειτο. Nec ille solus, sed ipsæ etiam Constitutiones apostolicæ, quarum appendices habiti sunt hi canones, idem confirmant, dicentes, ἐν δὲ μόνον σάββατον ἡμῖν φυλακτέον, ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς, ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν, Constit. apost. l. VII c. 24, et alibi, Αὐτὸ δὲ νηστεῦσαι τὸ σάββατον, οὐχ ὅτι δεῖ τὸ σάββατον νηστεύειν, κατάπαυσιν δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνο μόνον χρὴ νηστεύειν, τοῦ δημιουργοῦ ἐν αὐτῷ ἔτι ὑπὸ γῆν ὄντος. ibid. l. V c. 14. Concludimus igitur, per Sabbatum, istud, quod a reliquis hoc canone eximitur, et quod τὸ μέγα σάββατον a scholiastis nuncupatur, indigitari illud Sabbatum, quod paschalem festivitatem proxime antecedit, jejuniis idcirco consecratum, quod Servator noster eo labente in sepulcro sub terra manebat.

(97) *Εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.* Hæc verba in Joan. Antiocheni collectione tit. 32 omittuntur ; leguntur autem in omnibus aliis, quos videre contigit, tam mss. quam impressis canonum codicibus,

pter Domini et Servatoris nostri Jesu Christi, quæ est in universo mundo, lætitiam et resurrectionem : et quoniam illud quidem mundi opificii est commemoratio, hæc vero resurrectionis, vel potius reformationis. Uno autem magno Sabbato, quo Domini corpus exanime in sepulcro jacebat, jejunare jussi sumus : juxta vocem Domini dicentem, *quando ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc jejunabunt*. Qui ergo præter hæc facit, si est quidem clericus, deponatur : sin autem laicus, segregetur. Excipe autem mihi divinos Patres, qui propter exercitationem nonnunquam jejunant etiam his diebus : hi enim non condemnabuntur. Quære etiam sanctorum apostolorum can. 51 et 53.

ZONAR. Bona quidem res est jejunium. Bona vero bene fiant. Si quis autem sanctiones apostolicas, aut sanctorum Patrum transgrediens jejunet, audiet, quod bonum sit non bonum, eo quod non bene fiat. Cum statuat igitur canon in Sabbato vel Dominica non esse jejunandum, clericus quidem jejunans depositionis pœnæ obnoxius est, et laicus, excommunicationis. Nisi per dies certos jejunet aliquis, per decem (verbi gratia) vel octo exercitii causa (sicut ante jam fuit dictum) illisque determinatis jejunii diebus incidant et Sabbata, et Dominici dies. Quod et multi sanctorum Patrum fecisse comperiuntur, ad quadragesimum usque diem jejunantes.

ARIST. *Qui Dominica aut Sabbato jejunat, excepto uno, ejicitur.*

Deponitur qui præter magnum Sabbatum, aliud Sabbatum aut Dominicam jejunat. Si autem laicus est talis, excommunicatur.

CANON LXVII.

Si quis virginem non desponsam vi allata habet, segregetur : ei autem aliam accipere non liceat : sed illam retinere quam elegit etiamsi pauper sit.

BALS. Hic præsens canon segregari dicit, eum, qui non desponsam alicui alteri virginem violaverit, et cogi cum ea habitare, quamvis pauper sit, et genere illius indigna, neque ab illa sejungi, atque alteram sumere. Atque hæc quidem hoc canone sancita sunt : nam qui desponsæ vim attulit, ut adultor punitur : quære et 93 can. 6 syn. De eo autem, quod qui vim attulit, eam quam violavit, habeat, etiamsi sit pauper, et alii non jungatur, quærendum est. Quare enim concederetur ei qui vi peccavit, et deinceps habere violatam et alteram non accipere,

A διὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παγκόσμιον χαρὰν καὶ ἀνάστασιν· καὶ ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας (98) ἐστὶν ὑπόμνησις, ἡ δὲ ἀναστάσεως, μᾶλλον δὲ ἀναπλάσεως. Κατὰ δὲ μόνην τὸ μέγα Σάββατον, καθ' ὃ τὸ Κυριακὸν σῶμα ἐν τῷ τάφῳ ἄπνουν ἔκειτο, νηστεύειν κατὰ τὴν (93) τοῦ Κυρίου φωνὴν τὴν λέγουσαν, *Ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν*, προσετάχθημεν. Ὁ γοῦν παρὰ ταῦτα ποιῶν, εἰ μέν ἐστι κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω. Ὑπέξελέ μοι τοὺς θείους Πατέρας τοὺς δι' ἄσκησιν ἔστιν ὅτε νηστεύοντας καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας· οὗτοι γὰρ οὐ κατακριθήσονται. Ζήτει καὶ τῶν ἁγίων (1) ἀποστόλων κανόνα να' καὶ νγ'.

B ΖΩΝΑΡ. Καλὸν μὲν ἡ νηστεία. Τὰ δὲ καλὰ καλῶς γινέσθω· εἰ δέ τις θεσμοὺς ἀποστολικοὺς ἢ Πατέρων ἁγίων παραιβαίνων νηστεύει, ἀκούσεται ὅτι οὐ καλὸν τὸ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνηται. Τοί κανόνος τοίνυν ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ μὴ νηστεύειν θεσπίζοντος, ὁ μὲν κληρικὸς, νηστεύων, ὑπὸ καθαίρεσιν γίνεται, ὑπὸ ἀφορισμὸν δὲ ὁ λαϊκός· εἰ μή που δι' ὡρισμένων (2) ἡμερῶν νηστεύοντός τινος, διὰ δέκα τυχὸν ἢ ὀκτὼ, δι' ἄσκησιν (ὡς ἤδη προείρηται) συνεισάγονται ταῖς ὡρισμέναις ἡμέραις καὶ Σάββατα καὶ Κυριακαί. Ὅ καὶ πολλοὶ τῶν ἁγίων Πατέρων πεπωκότες εὑρίσκονται, καὶ μέχρι τεσσαρακοντάδος ἡμερῶν νηστεύοντες.

ΑΡΙΣΤ. *Κυριακὴν ἢ Σάββατον ὁ νηστεύων, πλὴν ἑνὸς, ἀποκήρυκτος.*

C Καθαιρεῖται ὁ ἐκτὸς τοῦ μεγάλου Σάββατον ἕτερον ἢ Κυριακὴν νηστεύων· εἰ δὲ λαϊκός ἐστιν ὁ τοιοῦτος, ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΞΖ'.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχοι, ἀφοριζέσθω· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ἠρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν φησιν ἀφορίζεσθαι τὸν βιασάμενον παρθένον μὴ μνηστευθεῖσαν ἑτέρῳ τινὶ, καὶ ἀναγκάζεσθαι ταύτῃ συνοικεῖν, κἂν πενιχρὰ ἐστι, κἂν ἀναξία τῷ γένει αὐτοῦ, καὶ μὴ ταύτης ἀποδίδοσθαι, καὶ λαμβάνειν ἑτέραν. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα ἐθέσπισεν· ὁ γὰρ μεμνηστευμένην D βιασάμενος ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται. Καὶ ζήτει τὸν ΙϚ' κανόνα τῆς ς' συνόδου. Περὶ δὲ τοῦ ἔχειν τὸν τὴν βίαν ποιήσαντα τὴν βιασθεῖσαν, κἂν πενιχρὰ ἐστι, καὶ μὴ συνάπτεσθαι ἑτέρᾳ, ζητητέον. Ἵνα γὰρ ἐξεχωρήθη ὁ τὴν βίαν πλημμελήσας καὶ ἐφεῖ;

Guill. Beveregii notæ.

ut et ab Harmenopulo in epitome, et a Josepho in Arabica paraphrasi; Balsamonem autem, Zonaram et Aristenum eadem legisse e scholiis ipsorum patet.

(98) *Καὶ ὅτι τὸ μὲν δημιουργίας.* Hæc usque ad ἀναπλάσεως inclusive, ex ms. Bodleiano restituimus. In Græcis enim editis desiderantur; sed Gentianus Hervetus legit, et Latine vertit.

(99) *Νηστεύειν κατὰ τήν.* In impressis antehac libris hæc et sequentia sic leguntur, νηστεύειν προσετάχθημεν, περὶ γὰρ τούτου φησὶ Κύριος, ὅταν ἀπαρθῇ ὑπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν τοῦν, etc.

(1) *Ζήτει καὶ τῶν* usque ad finem hujus interpretationis e ms. Bodleiano nunc primum edimus.

(2) *Εἰ μή που δι' ὡρισμένων.* Eamdem exceptionem admittit et scholiastes Harmenopuli, his verbis, εἰ μήπου τινὸς δι' ἄσκησιν ὀκτὼ τυχὸν ἡμέρας; ἢ δέκα νηστεύοντος συνεισαχθῇ ταύταις ἐξ ἀνάγκης καὶ Σάββατον καὶ Κυριακή. Harmen. epist. can. sect. 3, tit. 3.

ἔχειν τὴν βιασθεῖσαν, καὶ μὴ λαμβάνειν ἑτέραν, καὶ ταῦτα τοῦ νόμου λέγοντος ἐν βιβλίῳ ξ', τίτλ. λζ', κεφ. πα'. Ὁ βιασάμενος κόρην καὶ φθείρας αὐτὴν, ῥινοκοπείσθω, διδοὺς αὐτῇ καὶ τὸ τρίτον τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Ἔοικε τοίνυν ὡς ἀκολούθως τῷ τρίτῳ κεφ. τοῦ λζ', τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου, τῷ διοριζομένῳ ἀναγκάζεσθαι τὸν μετὰ σώφρονος γυναικὸς παλλακευόμενον καὶ εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνειν αὐτὴν, καὶ τὸν παρόντα κανόνα νοεῖσθαι καὶ διὰ τὴν βίαν μὲν ἀφορίζεσθαι τὸν ταύτην πλημμελήσαντα, διὰ δὲ τὴν σωτηρίαν τῆς παρθένου ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν νομικῶς ταύτῃ συνάπτεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ τοῦ παρόντος συντάγματος τίτλον θ', κεφ. λ' καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Καὶ βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ξ', τίτλον νη', κεφ. γ' λέγον· Μὴ γαμείσθω ἡ ἁρπαγεῖσα τῷ ἁρπάζοντι αὐτὴν· ἀλλὰ καὶ εἰ συναινέσουσι τῷ συνοικεσίῳ οἱ γονεῖς αὐτῆς, περιορίζονται. Καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι. Ἄλλως γὰρ κολάζεται ὁ ἁρπάσας κόρην, καὶ ἄλλως ὁ κατὰ βίαν φθείρας παρθένον. Καὶ ἡ μὲν ἁρπαγὴ διὰ τὴν ἀναίδειαν τοῦ ἁρπάσαντος οὐ συγγινώσκεται· ἡ δὲ κατὰ βίαν γενομένη φθορὰ, ἐὰν ὑπὸ τῆς βιασθείσης καταδέχηται, συγγινώσκεται. Ὁ μέντοι παρθένῳ συναφθεὶς κατὰ γνώμην ἐκείνης ἑτεροίως τιμωρεῖται. Φησὶ γὰρ ὁ νόμος ἐν βιβλίῳ ξ', τίτλῳ λζ', κεφ. π'· Ὁ παρθένῳ κόρῃ μιγνύμενος ἐκείνης μὲν προαιρέσει, ἀγνοούντων δὲ τῶν γονέων, τῆς πράξεως διαγινωσκομένης, εἰ μὲν θέλει αὐτὴν λαβεῖν εἰς γυναῖκα, καὶ συναινοῦσι καὶ οἱ γονεῖς, γινέσθω τὸ συνάλλαγμα· εἰ δὲ ἓν μέρος τῶν γονέων, τουτέστιν ἑκατέρου προσώπου, οὐ θελήσει, εἰ μὲν εὔπορός ἐστιν ὁ φθορεὺς, τῇ φθαρείσῃ διδότω χρυσίου λίτραν μίαν· εἰ δὲ ἐνδεέστερος εἴη, τὸ ἥμισυ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Εἰ δὲ παντελῶς εἴη ἀνεύπορος, τυπτόμενος καὶ κουρευόμενος, ἐξοριζέσθω.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ παρθένον φθείρας βίᾳ, εἰ μὲν μεμνηστευμένην τινὶ, ὡς μοιχὸς τιμωρεῖται· εἰ δὲ ἀμνήστευτον, παρὰ μὲν τοῦ κανόνος ἔχειν αὐτὴν, καὶ μὴ ἀποπέμπειν ὁρίζεται, κἂν πενιχρὰ εἴη, καὶ ἀναξία ἴσως ἐκείνου. Παρὰ δὲ τοῦ πολιτικοῦ νόμου ἄλλως τιμωρεῖται.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ βιασάμενος κόρην ἀφοριζόμενος κατεχέτω, καὶ ἄπορον αὐτὴν ὑπάρχουσαν.*

Ὁ βιασάμενος παρθένον ἀμνήστευτον, καὶ συμφθαρεὶς αὐτῇ, ἀφοριζέσθω, μὴ ἐξέστω δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαβεῖν, ἀλλ' ἐκείνην κατέχειν ἣν ἠρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ. Ἡ δὲ ὀγδόη διάταξις ἡ ἐν τῷ οη' κεφαλαίῳ τοῦ λζ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν κειμένη προστάττει τὸν τοιοῦτον ῥινοκοπεῖσθαι, καὶ τὸ τρίτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ διδόναι τῇ παρ' αὐτοῦ βιασθείσῃ καὶ φθαρείσῃ κόρῃ.

ΚΑΝΩΝ ΞΗ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται (3) παρά τινος,

A idque cum lex dicat in libro LX, tit. 37, cap. 81. Qui puellæ vim affert, et eam corrumpit, ei nares abscindantur, et det ei etiam tertiam partem suarum facultatum. Videtur ergo hic quoque canon intelligi convenienter 3 capiti 37 tit. 60 libri, decernenti, eum qui cum continente muliere rem habet, eam in matrimonii societatem accipere : et propter vim quidem, segregari eum qui in istam peccavit, propter virginis autem salutem cogi ipsum ei legitime copulari. Lege et præsentis operis tit. 9, cap. 30, et quæ in eo sunt, et librum Basilic. LX, tit. 58, cap. 3 dicentem : Ne nubat rapta ei qui eam rapuit : sed si tali matrimonii copulæ consenserint ejus parentes, 44 exterminantur. Et ne contraria existimaveris. Aliter enim punitur qui puellam rapuit, aliter qui vi virgini vitium attulit. Et raptus quidem propter ejus qui rapuit impudentiam, non condonatur. Per vim autem stupratio, si ab ea cui vis allata est, suscipiatur, remittitur. Sed qui illius voluntate cum virgine congressus est, alio modo punitur. Ait enim lex in libro LX, tit. 37, cap. 80 : Qui cum virgine puella coiit, illius quidem voluntate, parentibus autem ignorantibus, re cognita, si eam quidem in uxorem habere voluerit, et parentes consentiant, fiat contractus. Si autem una pars parentum, id est utriusvis personæ, non velit, si dives quidem est qui vitium attulit, violatæ puellæ det unam auri libram. Sin autem sit egentior, suarum facultatum dimidium : sed si in extrema sit B paupertate, verberatus et tonsus exterminetur.

ZONAR. Qui virginem vi corrupit, si quidem jam alicui desponsam, veluti mœchus punitur : sin non desponsam, canon definit hunc habere illam debere, nec eam rejicere posse, tametsi paupercula foret, illoque fortassis indigna. Civili autem lege aliter punitur.

ARIST. *Qui puellæ vim attulerit, excommunicatus, habeat et eam licet pauperem.*

Qui virgini non desponsæ vim attulerit, eamque violaverit, excommunicetur, ne liceat autem ei aliam accipere, sed eam habere quam elegit, quamvis paupercula sit. Octava autem constitutio in 78 capite, 37 tit. LX lib. Basilicorum posita, statuit tali nasum esse amputandum, et tertiam partem substantiæ ejus dandam puellæ ab ipso violatæ et corruptæ. C D

CANON LXVIII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus secundam ordinationem ab aliquo susceperit, deponatur,

Guill. Beveregii notæ.

(3) *Δευτέραν χειροτονίαν δέξεται.* Cyprianus, *Nam baptismum repeti ecclesiasticæ prohibent regulæ, et semel sanctificatis nulla dejnceps manus iterum consecrans præsumit accedere. Nemo sacros ordines semel datos iterum renovat.* Cyprian. *De abl ut. ped.*, p 250, l. XXVII, edit. Manut. *Sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet, sic et semel consecratus iterum consecrari non potest.* Greg. apud Gratian. distinct. 68, cap. 1. Hæc autem ita intelligenda sunt, ut is denuo ad eumdem ordinem consecrari non debeat, qui ab aliquo consecratus est, quem jus consecrandi habuisse certum est; qui

et ipse, et qui ordinavit, nisi utique constiterit quod ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati, vel ordinati sunt, ut fideles vel clerici sint, fieri non potest.

A

BALS. Is qui bis quovis modo ordinatus unum et eumdem gradum sacerdotalem suscepit, deponitur, nec ipse tantum, sed et qui sciens ipsum ordinavit. Videntur enim aut priorem ordinationem damnare, aut post defectionem a priore, fieri posteriorem, quod perfici nequit. Qui enim semel datæ sibi ordinationis gratiæ renuntiavit, non amplius potest aliquod sacerdotale munus obire. Quoniam autem ordinatio et baptisma hæreticorum neque clericos, neque fideles facit, decretum est sine periculo ordinari et baptizari eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, aut baptizati, quod quæ facta sint ab eis perinde habeantur, ac si facta non essent.

B

ZONAR. Quempiam bis ordinari varie quis intelligere poterit. Aut enim tanquam despiciens eum, qui prius ordinavit, ordinationem secundam quærit: aut etiam tanquam se putans majorem Spiritus gratiam susceperum, magisque sanctificatum iri per eum, qui secundo ordinaverit, ut fidem in eum habens: vel quia fortassis a sacerdotio defecerit, iterum velut de integro ordinatur: vel etiam propter alias forsitan causas. Quocunque autem modo hoc fecerit, et qui bis fuit ordinatus, et quisquis ordinavit eum, depositionis pœnæ subditur, nisi forte prior ordinatio facta fuisset ab hæreticis. Nec enim baptisma hæreticorum potest quempiam facere Christianum: nec ordinatio eorum efficere clericum potest. Ab hæreticis igitur ordinatos rursus ordinari, sine periculo est.

C

45 ARIST. *Qui bis ordinatur, simul cum ordinatore deponitur, nisi manus prior fuerit hæretica.*

Episcopus aut presbyter qui secundam ordinationem susceperit, ut visus primam detestari, simul cum ordinatore deponitur; nisi prima facta fuit ab hæretico.

CANON LXIX.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cantor, sanctam Paschæ Quadragesimam non jejunat, vel quartum diem, vel Parasceven, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: si sit autem laicus, segregetur.

D

καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας· εἰ μή γε ἄρα συσταίη ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν. Τοὺς γὰρ παρὰ τῶν τοιούτων βαπτισθέντας (4) ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ΒΑΛΣ. Ὁ καθ' οἱονδήτινα τρόπον δὶς χειροτονηθεὶς ἐπὶ τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ ἱερατικῷ ἀξιώματι καθαιρεῖται, καὶ οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν εἰδήσει τοῦτον χειροτονήσας. Ἐοίκασι γὰρ ἢ τῆς προτέρας χειροτονίας καταγινώσκειν, ἢ κατὰ ἀπόστασιν τῆς προτέρας γίνεσθαι τὴν δευτέραν, ὅπερ τελεσθῆναι ἀδύνατον. Ὁ γὰρ ἅπαξ παραιτησάμενος τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ χειροτονίας χάριν οὐκέτι δύναται ἱερατικόν τι ἐνεργῆσαι. Ὅτι δὲ ἡ χειροτονία καὶ τὸ βάπτισμα τῶν αἱρετικῶν, οὔτε κληρικοὺς οὔτε πιστοὺς ποιεῖ, ὡρίσθη ἀκινδύνως χειροτονεῖσθαι καὶ βαπτίζεσθαι τοὺς παρὰ τῶν αἱρετικῶν χειροτονηθέντας ἢ βαπτισθέντας, ὡς τῶν γινομένων παρὰ τούτων ἀντὶ μηδὲ γενομένων λογιζομένων.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ δίς τινα χειροτονηθῆναι διαφόρως ἄν τις νοήσῃ. Ἢ γὰρ ὡς τοῦ πρότερον αὐτὸν χειροτονήσαντος καταγινώσκων, δευτέραν χειροτονίαν ἐπιζητεῖ. Ἢ ὡς παρὰ τοῦ δεύτερον αὐτὸν χειροτονήσαντος πλείονά τινα χάριν τοῦ Πνεύματος δέξεσθαι οἰόμενος, καὶ ἁγιασθήσεσθαι, ὡς πίστιν εἰς ἐκεῖνον ἔχων· ἢ ἀποστὰς τῆς ἱερωσύνης τυχὸν, αὖθις ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς χειροτονεῖται· ἢ καὶ δι' ἑτέρας; ἴσως αἰτίας. Ὅς ἂν δὲ τοῦτο ποιήσῃ, καὶ ὁ δὶς χειροτονηθεὶς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτὸν καθαιρέσει ὑπέκειται εἰ μή που ἡ προτέρα χειροτονία παρὰ αἱρετικῶν ἐγένετο. Οὔτε γὰρ βάπτισμα αἱρετικὸν δύναταί τινα ποιῆσαι Χριστιανὸν, οὔτε χειροτονία τούτων κληρικὸν ἐργάσαιτο ἄν. Τοὺς οὖν παρὰ τῶν αἱρετικῶν χειροτονηθέντας αὖθις χειροτονεῖσθαι ἀκίνδυνον.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ δισχειροτόνητος μετὰ τοῦ χειροτονοῦντος καθαιρεῖται, εἰ μὴ αἱρετικὴ χεὶρ ἡ προτέρα.*

Ὁ δευτέραν χειροτονίαν δεξάμενος ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ὡς δοκῶν τὴν πρώτην βδελύσσεσθαι, μετὰ τοῦ χειροτονοῦντος καθαιρεῖται, εἰ μὴ παρ' αἱρετικοῦ ἡ προτέρα γέγονε.

ΚΑΝΩΝ ΞΘ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα οὐ νηστεύει, ἢ Τετράδα, ἢ Παρασκευὴν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

Guill. Beveregii notæ.

autem ab illo consecratur, quem non constat jus consecrandi habuisse, iterum consecrandus est, juxta Gloss. ad Gratian. distinct. 68, cap. 2.

(4) *Βαπτισθέντας.* Hæc vox in Joan. Antiocheni collect. tit. 25 omittitur. At Balsamonem legisse, ipsius scholia palam faciunt. Legit et Josephus Ægyptius in paraphrasi Arabica, utpote qui hunc canonem sic vertit: *Qui ordinationem bis accivit, gradu suo dejiciatur, nisi manifestum fuerit, quod, qui eum primo constituit sacerdotem, hæreticus erat. Qui enim sacerdotium aut baptismum accipit ab hæreticis, nec sacerdos est, nec fidelis. Nam hæreticorum nobis sacerdotium non reputatur.* Quin etiam sequentia verba, οὔτε πιστοὺς, hanc vocem βαπτισθέντας necessario requirunt, ad quam solam referri possunt.

ΒΑΛΣ. Ὑπέξελε τὴν Τετράδα (5) καὶ τὴν Παρασκευὴν τὰς πρὸ τῆς Ἀπόκρεω, ἐν αἷς νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τοὺς Νινευίτας, καὶ τὰς τῆς Τυροφάγου διὰ τοὺς Τετραδίτας, καὶ τὰς τῆς Διακινησίμου· πᾶσα γὰρ ἡ ἑβδομὰς αὕτη ὡς ἡ μεγάλη Κυριακὴ λογίζεται. Ἡ τεσσαρακονθήμερος νηστεία τοῦ Πάσχα πρῶτα μὲν παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου, νηστεύσαντος ἐπὶ τοσαυταρίθμοις ἡμέραις, εἶτα καὶ διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Φησὶ γὰρ, εἴ τις πιστὸς οὐ νηστεύει κατὰ τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα καὶ κατὰ πᾶσαν Τετράδα καὶ Παρασκευὴν (καὶ ἐν ταύταις γὰρ παρωμοίως τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῇ ξηροφαγεῖν ὡρίσθημεν, ἄνευ ὧν εἰρήκαμεν τὰς πρὸ τῆς Ἀπόκρεω, ἐν αἷς νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι, καὶ τὰς τῆς Τυροφάγου καὶ τῆς Διακινησίμου), εἰ μέν ἐστι κληρικὸς, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Ὑπέξελέ μοι τοὺς νοσοῦντας· οὗτοι γὰρ καταλύσαντες διὰ ἰχθύων, συγγνωσθήσονται. Διὰ κρέατος γὰρ οὐ καταλύσει τις καθ' οἱανδήτινα Τετράδα καὶ Παρα-

BALS. Excipe feriam quartam et sextam quæ sunt ante apocreon sive carnisprivium, quibus jejunant Armenii propter Ninevitas; item feriam quartam et sextam tyrophagi propter Tetraditas, ut et Diacinesimi; tota enim illa hebdomas tanquam magna Dominica reputatur. Quadragesimale Paschæ jejunium, primum quidem a Domino traditum est, qui tot diebus jejunavit. Deinde per præsentem canonem a sanctis apostolis. Dicit enim, si quis fidelis non jejunat in sancta Quadragesima Paschæ, et in omni quarto die, et Parasceve (nam et in iis similiter ac in Quadragesima aridis vesci jussi sumus, exceptis iis de quibus locuti sumus, nempe feria quarta et sexta ante carnisprivium, quibus jejunant Armenii, item tyrophagi et Diacinesimi) si est quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur. Excipe mihi eos qui ægrotant. Hi enim si per pisces jejunium non solvant, ei venia datur. Per carnem autem non solvet quis quemcunque quartum diem, et Parasceven (ex-

Guill. Beveregii notæ.

(5) *Ὑπέξελε τὴν τετράδα.* Hæc usque ad Κυριακὴ λογίζεται inclusive ex ms. Bodleiano restituimus: ut et ea, quæ nonnullis interjectis sequuntur, viz. ἄνευ ὧν εἰρήκαμεν, usque ad καὶ τῆς διακινησίμου. Porro hic tres quotannis excipiuntur septimanæ, quibus feriæ quartæ et sextæ jejunia prætermittere licet, vel potius, quibus jejunare Græcis non licet. Dictæ tres septimanæ sunt, primo quæ Apocreon præcedit, deinde quæ τυροφάγος, et tertio quæ διακινήσιμος appellatur. Primo autem, Græcorum κυριακὴ ἀπόκρεως nostræ Dominicæ Sexagesimæ respondet. Septimana, quæ dictam Dominicam antecedit, ἑβδομὰς τῆς ἀπόκρεω nuncupatur. Hebdomadis igitur, quæ hanc præcedit, et προσφωνήσιμος dicitur, feria quarta et sexta non jejunandum esse, Balsamon hic tradit, idque propterea, quod Armenii tunc temporis propter Ninevitas jejunant. Alii autem tradunt, Armenios dictam hebdomadem προσφωνήσιμον, sive προφωνήσιμον (ut nonnunquam scribitur), jejuniis deputasse propter Artziburium: (unde et ipsa hebdomadas Ἀρτζιβούριος etiam appellatur) nimirum Sergius Armeniorum hæreseos auctor canem habuit Ἀρτζιβούριον vocatum, quem a feris devoratum Armenii cum Sergio lugebant, διὰ τοῦτο καὶ νηστείαν τῷ πένθει προσέθηκαν, ut in typico Sabæ traditur: ubi etiam aliæ hujus jejunii causæ commemorantur, inter quas et hæc a Balsamone tradita, nimirum propter Ninevitas, recensetur. At idem Balsamon in responsis ad Marcum Alexandrinum, Armenios hebdomadem πρὸ τῆς ἀπόκρεως propter Ninevitas, et δωδεκαήμερον propter Artziburium, jejunasse scribit, ὅτι καὶ τὸ δωδεκαήμερον νηστεύουσιν οἱ Ἀρμένιοι διὰ τὸν Ἀρτζιβούριον, Bals. ad interrog. 52. Ut ut est, cum Armenii hæretici ludicrum hoc et ridiculum hebdomadæ πρὸ τῆς ἀπόκρεως instituissent jejunium Græcis orthodoxis visum est, nec quarta nec sexta ejusdem septimanæ feria jejunare, ne cum Armeniis consentire viderentur. De his jejuniis a Græcis prætermissis, sic Nicolaus patriarcha ad Anastasium abbatem scribit;

Τὴν ἑβδομάδα οὖν λαλῶ πρὸ τῆς ἀποκρεω,
Ἣν καὶ ἐπονομάζομεν τὴν τοῦ Ἀρτζιβουρίου,
Οἱ πλεῖστοι ἔθος ἔλαβον ἀδεῶς καταλύειν.
Τετράδα καὶ παρασκευὴν, οἱ κοσμικοὶ τὸ κρέας·
Ὡσαύτως καὶ οἱ μοναχοὶ τυροῦ μεταλαμβάνειν.
Καλῶς νοοῦντες, ἀληθῶς καὶ πράττοντες ὁμοίως.
Εἰ μὲν φυλῆς κατάγονται ἐκ τῆς τῶν Ἀρμενίων,
Καὶ εἶχον καὶ τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρτζιβουρίου.
Καλῶς ποιοῦσι λύοντες ἅπασαν ὑποψίαν·
Εἰ δὲ πιστοὶ ὀρθόδοξοί εἰσι καὶ ἐκ προγόνων
Εἰς μάτην προφασίζονται λύοντες τὴν νηστείαν.

Proxima hebdomas, cujus *quarta* sextaque feriæ jejuniis hic eximuntur, est ἡ τῆς τυροφάγου. At Dominica τῆς τυροφάγου eadem est ac nostra Quinquagesima, ac proinde septimana præcedens, quæ ab ea ἑβδομὰς τῆς τυροφάγου denominatur, hic intelligenda est. Hujus enim hebdomadis quarta et sexta feria non jejunant. Nicephorus quidem patriarcha, qui et ὁμολογητὴς dicitur, monachis solis, non item aliis istis diebus jejunare præcepit: et ipsis quoque monachis post Missam præsanctificatam, caseum et ova comedere permisit, ὅτι δεῖ, inquit, νηστεύειν τοὺς μοναχοὺς τῇ Τετράδι τῆς τυροφάγου, καὶ τῇ Παρασκευῇ, καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν καὶ ὠά. Ἀνατρέπει δὲ ὁ κανὼν οὗτος τοῦ Ἰακώβου τὸ δόγμα καὶ τὴν τῶν τετραδιτῶν αἵρεσιν. Exstat hic Nicephori canon in Juris Græco-Romani I. III. ubi pro καὶ ὠά legitur, ὅπως ἂν εὑρεθῶσιν. Sed Anastasius Cæsariensis canonem hunc citans καὶ ὠὰ legit: quæ etiam verior haud dubie est lectio. Joannes Leunclavius loco citato τῆς τυροφάγου *Septuagesimæ* male vertit, pro *Quinquagesimæ*. Nam Dominica Septuagesimæ Græcis κυριακὴ τοῦ ἀσώτου vocatur. Ultima hebdomas, cujus hic fit mentio, est διακινήσιμος vel ut nonnunquam scribitur, διακαινήσιμος et διακαινίσιμος. Sic vocatur tota illa septimana, quæ festum Paschatis sequitur. Hujus autem quartam sextamque ferias jejuniis exceptas esse, typicum quoque docet, ἐξαιροῦνται δὲ τῶν νηστίμων αἵ τε τετράδες καὶ παρασκευαὶ, αἵ τε δηλαδὴ τῆς διακαινησίμου. At quare hac quoque septimana non sit jejunandum? Respondet Balsamon hoc loco, propterea quod tota hæc septimana ὡς μεγάλη Κυριακὴ, hoc est, *tanquam magna dies Paschalis*, reputatur. Consentit typicum, Ἡ μὲν διακαινησίμου πᾶσα, ὡς μία ἡμέρα λογίζεται, ἡ ὡς αὕτη ἡ μεγάλη Κυριακή. Et ipse rursus Balsamon in responsis ad Marcum Alexandrinum, κατὰ δὲ τὴν ἑβδομάδα τῆς διακινησίμου ἀκινδύνως κρεωφαγήσομεν κατὰ τὴν αὐτῆς τετράδα καὶ παρασκευήν· ὡς μία γὰρ λογίζεται κυριώνυμος τὸ ἑπταήμερον τοῦτο διάστημα. Bals. ad Marc. interrog. 53.

ceptis iis de quibus verba ante fecimus) etiamsi extremum spiritum agat. Similiter excipe mihi et ex Quadragesima, Sabbata, et dies Dominicos. Nam et in his etiam jejunium solvimus, ut vult apostolicus canon 66. Nota et ex hoc præsenti canone proprie unum esse jejunium quadragesimale Paschæ. Si enim essent et alia, eorum canon quoque meminisset. Sed et si in aliis jejunii diebus, scilicet sanctorum apostolorum, Dormitionis sanctissimæ Deiparæ, et Natalis Christi, jejunaverimus, pudore non afficiemur. Lege et quæ a nobis scripta sunt in tertiam interrogationem responsionum synodalium factarum in diebus patriarchæ domini Nicolai.

A σκευήν, ἄνευ ὧν εἰρήκαμεν ἔμπροσθεν, κἂν τὰ λοίσθια πνέῃ. Ὡσαύτως ὑπέξελέ μοι καὶ ἀπὸ τῆς Τεσσαρακονθημέρου τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακάς. Καταλύομεν γὰρ ὁμοίως καὶ εἰς ταύτας κατὰ τὸν ξ' ἀποστολικὸν κανόνα. Σημείωσαι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι κυρίως μία ἐστὶν νηστεία ἡ Τεσσαρακονθήμερος ἡ τοῦ Πάσχα· εἰ γὰρ ἦσαν καὶ ἄλλαι, ἐμνήσθη ἂν καὶ τούτων ὁ κανών, πλὴν καὶ κατὰ τὰς ἄλλας νηστίμους, ἤγουν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῆς Κοιμήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκου, καὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, νηστεύοντες, οὐκ αἰσχυνόμεθα. Ἀνάγνωσον καὶ τὰ (6) παρ' ἡμῶν γραφέντα εἰς τὴν γ' ἐρώτησιν τῶν γενομένων συνοδικῶν ἀποκρίσεων ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ πατριάρχου κυροῦ Νικολάου.

ZONAR. Omni modo canon requirit, ut fideles agant in jejunio sanctam Paschæ Quadragesimam, et uniuscujusque cæterarum hebdomadarum diem quartum, atque Parasceven : nisi quis ob imbecillitatem corporis jejunare non possit. Nam jejunium fuit introductum, ad humiliationem carnis. Quod si caro morbo, vel aliqua alia infirmitate laboret, illa ex jejunio humiliatio non est necessaria. Hunc autem canonem non observantes, consecratos quidem deponi canon jubet, laicos autem excommunicari. Notandum igitur quod eodem in ordine canon ponit, sanctam Paschæ Quadragesimam, et quartam feriam, et Parasceven.

B ΖΩΝΑΡ. Ἐκ παντὸς τρόπου ὁ κανὼν ἀπαιτεῖ τοὺς πιστοὺς τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα, καὶ Τετράδα καὶ Παρασκευὴν ἑκάστης τῶν ἄλλων ἑβδομάδων ἐν νηστείᾳ διάγειν, εἰ μή τις διὰ σωματικὴν ἀσθένειαν νηστεύειν οὐ δύναται· ἡ γὰρ νηστεία διὰ ταπείνωσιν ἐπινενόηται τῆς σαρκός. Εἰ δ' ἐκ νόσου ἢ ἀσθενείας ἄλλης τινὸς καταπονοῖτο ἡ σὰρξ, ἡ ἐκ τῆς νηστείας ταπείνωσις ἐκείνη οὐκ ἀναγκαία. Τοὺς δὲ μὴ τὸν κανόνα τοῦτον φυλάττοντας ἱερωμένους μὲν καθαιρεῖσθαι προστάττει ὁ κανών, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. Σημειωτέον οὖν ὅτι ἐν ἴσῃ τάξει τίθησιν ὁ κανὼν τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα, καὶ Τετράδα καὶ Παρασκευήν.

ARIST. *Clericum non jejunantem Quadragesimam, vel quartum diem, vel Parasceven depones, laicum autem excommunicabis, nisi per infirmitatem impeditur.* Perspicuus.

C ΑΡΙΣΤ. *Τὸν μὴ νηστεύοντα τὴν Τεσσαρακοστὴν ἢ Τετράδα καὶ Παρασκευὴν κληρικὸν καθαιρήσεις, τὸν δὲ λαϊκὸν ἀφορίσεις, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν ἐμποδίζεται.* Σαφής.

46 CANON LXX.

ΚΑΝΩΝ Ο'

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, jejunat cum Judæis, vel cum ipsis festos dies agit, vel ab ipsis festi xenia accipit (ut verbi gratia azyma, aut quid tale) deponatur. Si vero sit laicus, segregetur.

Εἴ τις ἐπίσκοπος (7), *ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ ἑορτάζει μετὰ αὐτῶν ἢ δέχεται, παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια* (8) (*οἷον, ἄζυμα ἤ τι τοιοῦτον*), *καθαιρείσθω. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.*

BALS. Cum præcepissent per alios canones apostoli, qui fieri debeat in eos qui cum hæreticis precantur aut cum excommunicatis, jam decernunt, aut qui cum Judæis jejunant, aut azyma festivitatum ipsorum recipiunt, aut aliud ejusmodi aliquod munus, si quidem clerici sint, deponi, sin laici, excommunicari : ne dixeris autem eos judaizare, tanquam idem cum Judæis sentiant : omnino enim non depositioni vel segregationi solum subji-

D ΒΑΛΣ. Ὡροθετήσαντες οἱ ἀπόστολοι διὰ ἑτέρων κανόνων τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς συνευχομένους μετὰ αἱρετικῶν ἢ ἀφωρισμένων, ἄρτι παρακελεύονται τοὺς μετὰ Ἰουδαίων νηστεύοντας ἢ δεχομένους τὰ τῶν ἑορτῶν αὐτῶν ἄζυμα, ἢ ἕτερον ξένιον, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. Μὴ εἴπῃς δὲ τούτους Ἰουδαΐζειν, ὡς καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὁμόφρονας ὄντας· πάντως γὰρ οὐ καθαιρέσει μόνῃ ἢ ἀφορισμῷ καθυποβληθήσονται, ἀλλὰ

Guill. Beveregii notæ.

(6) *Ἀνάγνωσον καὶ τά.* Hæc usque ad finem interpretationis ex ms. Bodleiano nunc primum edimus. Exstant autem, quæ hic Balsamone commemorantur, ad calcem scholiorum ipsius in Nomocanonem Photii in editione Gentiani Herveti.

(7) *Εἴ τις ἐπίσκοπος.* Joannes Antiochenus hunc canonem sic legit, Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς νηστεύει μετὰ Ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζει μετ' αὐτῶν, ἢ δέχεται αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷα ἄζυμα ἢ τοιοῦτον, καθαιρείσθω· εἰ λαϊκὸς, ἀφορίζέσθω. Joan. Antioch. collect. can. tit. 37.

(8) *Τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια.* Cum solemne Purim celebrarent Judæi, sibi invicem partes de convivio mittere solebant (*Esth.* IX, 19.) Et sic in aliis quoque festivitatibus, Christianos olim inter Judæos versantes, hujusmodi ab iis portiones accipere non puduit. De hoc Ecclesiæ primitivæ præsules certiores facti, hoc canone id interdicunt : et pœnas ab accipientibus exigunt, idque ne Christiani cum Judæis jejunia vel festa peragere viderentur.

καὶ παντελεῖ ἀκοινωνησίᾳ, καθὼς καὶ ὁ κθ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου παρακελεύεται. Ἀλλ' εἰπὲ τούτους ὀρθοδόξους μὲν εἶναι, καταφρονητὰς δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παραδόσεων, καὶ ἀδιαφόρως ζῶντας· κἀντεῦθεν μετριωτέρως αὐτοὺς ὡς σκανδαλοποιοὺς κολάζεσθαι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, τἀναντία τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις αἱρετικοῖς φρονοῦντες καὶ πράττοντες, καταλύομεν ἀνενδοιάστως, ὅταν ἐκεῖνοι νηστεύωσι, τυχὸν διὰ τὴν κατὰ τῆς Νινευῒ ἀπειλὴν, ἢ καὶ δι' ἑτέρας αἰτίας δοκούσας αὐτοῖς· ἀπὸ μέντοι τοῦ καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφορίζεσθαι τοὺς λαμβάνοντας ἐξ Ἰουδαίων τὰ τῆς ἑορτῆς αὐτῶν ξένια, τὰ ἄζυμα δηλαδὴ, καὶ τὰ λοιπὰ, λέγουσιν οἱ πολλοὶ ἀλίσκεσθαι τοὺς ποιουμένους διὰ ἀζύμων τὴν μυστικὴν θυσίαν. Εἰ γὰρ τὸ ἁπλῶς, φησὶ, φαγεῖν ἄζυμα Ἰουδαϊκῆς καθαίρεσιν ἐπάγει καὶ ἀφορισμὸν, τὸ μεταλαμβάνειν αὐτῶν, ὡς Κυριακοῦ σώματος, καὶ παρομοίως ἐκείνοις διὰ τούτων τὸ Πάσχα ποιεῖν, ποίαν οὐχ ἕξει κατάγνωσιν καὶ κόλασιν; Σημείωσαι οὖν τοιοῦτον κανόνα, καὶ ζήτει τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ξ'.

A cientur, sed etiam absolutæ et omni ex parte perfectæ excommunicationi, uti etiam jubet 29 canon Laodic. syn. Sed dic hos quidem recte sentire et orthodoxos esse, sed ecclesiasticarum traditionum contemptores, et indiscriminatim vivenies : et ideo ipsos mitius, ut qui offendiculum generent, puniri. Propterea namque et nos qui Judæis aliisque hæreticis contraria et sentimus et agimus, solvimus citra dubitationem, quando illi jejunant, forte propter minas Ninives, vel alias quæ eis videntur causas. Ac ex hoc quidem quod deponuntur vel segregantur ii qui a Judæis festorum ipsorum xenia accipiunt, azyma et cætera, dicunt multi eos argui qui per azyma mysticum sacrificium faciunt. Si enim simpliciter azymum comesse Judaici festi, depositionem et segregationem inducit, eorum tanquam Dominici corporis esse participes, et similiter ac illi Pascha facere, quam non habebit condemnationem et animadversionem? Nota ergo hunc canonem, et quære Carthaginen. synodi canonem 60.

B

ZΩΝΑΡ. Εἰ ὁ ἀκοινωνήτῳ συνευξάμενος ἢ καθηγημένῳ, διὰ τοὺς ἤδη γεγραμμένους κανόνας ὑπόεπιτίμιον ἐστὶν, ὁ μετὰ Ἰουδαίων ἑορτάζων, ἢ συννηστεύων αὐτοῖς, ἢ μερίδας τινὰς ἑορτῆς αὐτῶν ἐξ ἐκείνων δεχόμενος (ἀνθρώπων οὐκ ἀφωρισμένων, οὐδὲ ἀκοινωνήτων, ἀλλὰ Χριστοκτόνων, καὶ πόρρω τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, ἢ μᾶλλον καταράτων) πῶς οὐκ ἂν εἴη ἄξιος, ἱερωμένος ὢν, καθαιρέσεως, ἢ λαϊκὸς ὢν, ἀφορισμοῦ; Κἂν γὰρ μὴ τὰ ἐκείνων φρονῇ, ἀλλά γε τοῖς σκανδάλου δίδωσιν ἀφορμὴν καὶ ὑπόνοιαν καθ' ἑαυτοῦ ὡς τὰς Ἰουδαϊκὰς τιμῶν τελετάς. Ἅμα δὲ καὶ μιαίνεσθαι πιστεύεται τῇ ἐκείνων συναναστροφῇ· πρὸς οὓς ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου καὶ πρὸ τῆς Χριστοκτονίας εὑρίσκεται εἰρηκώς· *Νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου.* Καὶ ὁ κθ' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανὼν Χριστιανὸν ἐν Σαββάτῳ μὴ σχολάζειν ὁρίζει. Οἱ δὲ Ἰουδαΐσται ἀνάθεμα ἔστωσαν, φησί. Καὶ ὁ ξ' κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κωλύει τὸ συνεορτάζειν καὶ συμποσιάζειν Ἕλλησι.

C

ZONAR. Si qui simul orat cum excommunicato, vel deposito, per jam scriptos canones, pœnæ reus est, cum Judæis agens festum vel cum ipsis jejunans, vel aliquas eorumdem festi partes ab illis accipiens (hominibus non separatis et excommunicatis, sed Christi occisoribus et procul exclusis a fidelium cœtu vel potius maledictis), quomodo non etiam dignus fuerit, sacratus quidem, depositione, vel laicus, excommunicatione? Nam tametsi non sentiat, quod illi : multis tamen occasionem scandali præbet, in seque ipsum suspicionem, quasi Judaicos habeat in honore ritus, simul et illorum conversatione contaminari creditur : ad quos Deus per prophetam, prius etiam quam Christum trucidassent, invenitur dixisse, Jejunium, et ferias, et festivitates vestras odit anima mea[28]. Vicesimus autem nonus in Laodicea synodi canon definit Christianos in Sabbatis ab operibus suis non debere vacare. Judaistæ vero sint anathema, dicit. Et sexagesimus in Carthagine synodi canon prohibet agere festa, convivarique cum gentilibus.

ΚΑΝΩΝ ΟΑ'.

Εἴ τις Χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκοι εἰς ἱερὸν ἑλλήνων, ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

D

CANON LXXI.

Si quis Christianus oleum deferat in templum gentium, vel in synagogam Judæorum, in eorum festis, vel lucernam accendit, segregetur.

ΒΑΛΣ. Διαφόρως εἰρηται ὅτι οὐδεμία κοινωνία πιστῷ μετὰ ἀπίστου· ὅθεν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἀφορίζεσθαί φησι τὸν Χριστιανὸν τὸν μετὰ οἰουδήτινος ἀπίστου συνεορτάζοντα, ἢ ἔλαιον ἢ λύχνον ἀνάπτοντα εἰς ψευδοτελετὴν αὐτοῦ, διὰ τὸ λογίζεσθαι τοῦτον τοῖς ἀπίστοις ὁμόφρονα. Καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ παρόντος ἐλαφρότερον ὁ τοιοῦτος κολάζεται, ἐξ ἑτέρων δὲ μεγάλως τιμωρεῖται.

BALS. Alio modo dictum est nullam esse societatem fideli cum infideli[29], unde et præsens canon segregari dicit Christianum qui cum infideli quovis festa celebret, vel oleum aut lucernam ad ejus falsa sacrificia accendat, eo quod iste cum infidelibus consentire censeatur. Atque ex hoc quidem canone levius castigatur talis, ex aliis autem graviter punitur.

ZΩΝΑΡ. Ὡς γὰρ τιμῶν τὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ ἐθνικῶν, τὴν τοῦ ἐλαίου προσαγωγὴν, καὶ τὴν λυχναψίαν· εἰ δὲ τιμᾷ τὰ ἐκείνων ὄργια, καὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις φρονεῖν λογισθήσεται.

47 ZONAR. Nam velut honorans ea, quæ Judæorum sunt, aut gentilium, oleum offert, et lampadem accendit. Quod si defert illorum festis honorem, jam eadem, quæ et illi, sentire censebitur.

[28] Amos v, 28. [29] II Cor. vi, 15.

ARIST. CAN. LXX. *Laicum Judaizantem aut gentilia sapientem excommunicabis.*

CAN. LXXI. *Clericum autem depones.*

Qui quæ Judæorum sunt sapit, aut cum iis jejunat vel festum agit, si clericus quidem sit, deponitur, si laicus autem, excommunicatur.

CANON LXII.

Si quis clericus vel laicus a sancta Ecclesia ceram vel oleum auferat, segregetur.

BALS. Segregari dicit canon fidelem omnem, qui ab ecclesia ceram vel oleum abstulerit. Auferre autem, ne de furto intelligas (qui enim ceram aut oleum ecclesiasticum hoc consilio furatur, ut sacrilegus punitur), sed hic puniri dicas eum qui quovis modo auferat, et quod Deo dicatum est, commune faciat, sive imperii dominium in tempo habeat, sive ejus sit minister.

ARIST. *Excommunicatur qui ceram aut oleum ecclesiæ aufert, illudque cum quintuplo persolvet.*

Latitudo canonum non vult quintuplicatum reddi ablatum, sed illum ipsum quod aufertur et illius sesquiquintum.

CANON LXXIII.

Vas aureum, vel argenteum, vel velum sanctificatum nemo amplius in suum usum convertat: hoc fit enim præter jus et contra leges. Si quis autem deprehensus fuerit, multetur segregatione.

ΑΡΙΣΤ. ΚΑΝ. Ο'. *Λαϊκὸν ἀφορίσεις* (9) *Ἰουδαΐζοντα ἢ τὰ τῶν ἐθνῶν φρονοῦντα.*

ΚΑΝ. ΟΑ'. *Τὸν δὲ κληρικὸν καθαιρήσεις.*

Ὁ τὰ Ἰουδαίων φρονῶν, καὶ μετ' αὐτῶν συννηστεύων, ἢ ἑορτάζων, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεῖται, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΟΒ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω (10)

ΒΑΛΣ. Ἀφορίζεσθαί φησιν ὁ κανὼν πάντα πιστὸν ἀφελόμενον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας κηρὸν ἢ ἔλαιον. Τὸ ἀφελέσθαι δὲ μὴ νοήσῃς ἐπὶ κλοπῆς· ὁ γὰρ διαθέσει τοιαύτῃ κηρὸν ἢ ἔλαιον ἐκκλησιαστικὸν ἀφελόμενος ὡς ἱερόσυλος κολασθήσεται· ἀλλ' εἰπὲ κολάζεσθαι ἐνταῦθα τὸ ἁπλῶς ἀφελέσθαι, καὶ κοινῶσαί τινα τὸ προσενεχθὲν τῷ Θεῷ, κἂν κυριαρχικὸν δίκαιον ἔχῃ ἐπὶ τῷ ναῷ κἂν διακονητὴς αὐτοῦ ἐστι.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀφορίζεται ὁ κηρὸν ἢ ἔλαιον τῆς ἐκκλησίας συλῶν· μετὰ τοῦ πενταπλοῦ τοῦτο κατατιθέναι.*

Τὸ πλάτος τῶν κανόνων οὐ πενταπλοῦν βούλεται (11) ἀποδίδοσθαι τὸ ἀποσυλώμενον, ἀλλ' αὐτό τε ἀποσυληθὲν καὶ τὸ τούτου ἐπίπεμπτον.

ΚΑΝΩΝ ΟΓ'.

Σκεῦος χρυσοῦν (12) *ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετερίζέσθω· παράνομον γάρ· εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.*

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Λαϊκὸν ἀφορίσεις.* In Aristeni epitome a Justello edita nihil de iis, qui gentilia sapiunt, exprimitur, nec quidquam aliud loco canonis 70 et 71 occurrit quam, Λαϊκὸν ἀφορίσεις τὸν Ἰουδαΐζοντα· τὸν δὲ κληρικὸν καθαιρήσεις.

(10) *Ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω.* Post ista verba in Joan. Antiocheni collectione tit. 46. hæc adduntur, καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν. Quæ etiam in Græcis Balsamonis codicibus antehac editis leguntur. Legit et Aristenus, ut tam ex epitome, quam interpretatione ipsius patet; uti et Josephus Ægyptius in paraphrasi Arabica qui hunc canonem sic interpretatur: *Quicunque sacerdos aut laicus oleum vel ceram ex Ecclesia furtim acceperit, expellatur Ecclesia; vel loco ejus rei, quam accepit, quintuplum restituat, et puniatur insuper, prout præfecto ipsius visum fuerit, et eum recipiat: sin contradixerit, eadem pœna multetur, et prorsus excommunicetur.* At in codice Bodleiano quem nunc edimus, hæc verba non habentur; uti nec in Harmenopuli canonum epitome sect. 3, tit. 2 omittuntur et in Latina Gentiani Herveti translatione: et quod præcipuum est, nec Balsamon in hujus, ut nec Zonaras in proximi canonis (quo hunc etiam tractat) interpretatione, horum verborum meminit; et idcirco nec eos in suis codicibus ista legisse non immerito suspicemur.

(11) *Οὐ πενταπλοῦν βούλεται.* Ad finem integri præsentis canonis, ut ante observatum est, in nonnullis codicibus additur, καὶ τὸ ἐπίπεμπτον προστιθέτω μεθ' οὗ ἔλαβεν. Qui epitomen canonis fecit, ἐπίπεμπτον per πενταπλοῦν interpretatus est, ut et Josephus Ægyptius per *quintuplum*, sic enim et חמש LXX πενταπλασίως, Arabice vertitur, Gen. XLIII, 34, quomodo et Avicenna ait, *loco ejus* (viz. opii) *triplum seminis hyoscyami usurpatur.* Avicen. p. 133. Verum recte hic notat Aristenus, ἐπίπεμπτον non tantumdem esse ac πενταπλοῦν, nec canonem velle πενταπλοῦν ἀποδίδοσθαι, sed αὐτὸ τὸ ἀποσυληθὲν, *illud ipsum quod aufertur*, et insuper τούτου ἐπίπεμπτον. Quid autem per ἐπίπεμπτον intelligendum sit, ex Macrobii definitione τοῦ ἐπιτρίτου (nam eadem est utriusque ratio) optime dignoscamus, *et est ἐπίτριτος inquit, cum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem; ut sunt quatuor ad tria; nam in quatuor sunt tria, et tertia pars trium, id est unum; et is numerus vocatur ἐπίτριτος, deque eo nascitur symphonia, quæ appellatur διὰ τεσσάρων.* Macrob. in *Somn. Scipion.* l. II, c. 1. Eadem itaque ratione ἐπίπεμπτον hoc in loco *sesquiquintum*, hoc est, semel rei ablatæ pretium et quintam insuper ipsius partem continet; adeo ut canon latissimo sensu τὸ πενταπλοῦν non exigat, quemadmodum Aristenus recte monet.

(12) *Σκεῦος χρυσοῦν.* Basilica, ὁ δὲ πεκουλάτους κινεῖ τι κατὰ τοῦ ὑφελομένου ἐκ τῶν ἱερῶν ἢ μνημείων ἢ δημοσίων χρημάτων ἢ στρέψαντος εἰς ἰδίας χρείας. Basil. l. 60, tit. 45, cap. 2, τῷ δὲ πεκουλάτους ὑπόκειται καὶ ὁ ἱερὰ ἢ ἐκ μνημείων χρήματα λαμβάνων, ἢ τὸ ἐωρηθὲν τῷ Θεῷ, ibid. cap. 5. Joannes Antiochenus ex prima constitutione tit. 29, IX libri codicis, *Εἴ τε ἀγνοῶν τις ἱερὰ πράγματα, εἴ τε εἰδὼς καὶ περιφρονῶν ὑποκλέψει αὐτὰ, ὡς ἱερόσυλος τιμωρεῖσθω.* Joan. Antioch. Nomocan. tit. 46, Egbertus archiepiscopus Eboracensis: *Si quis episcoporum, vel presbyterorum, vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, et male rapta cum confusione restituet, et excommunicationis annuæ sententiam subibit.* Egbert. in excerpt. can. 71, vide et Alexii Comneni Novellam περὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἄλλοτε ποτὲ ταῦτα κοινωθῆναι, in Juris Græco-Rom. l. II, p. 124.

ΒΑΛΣ. Τὰ αὐτὰ τῷ ογ' κανόνι καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται χάριν τοῦ μὴ κοινοῦσθαι τὰ τῷ Θεῷ προσαγόμενα καὶ ναοῖς ἀφιερούμενα· οἱαδήτινα σκεύη καὶ ἐπιπλα. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς ὀθόνης πᾶν ὕφασμα δηλοῦται. Ὁ Ἄχαρ δὲ ἐκεῖνος ἰδιωσάμενος γλῶτταν χρυσῆν ἀπὸ τῶν ἐπαγγελθέντων τῷ Θεῷ χρυσῶν λαφύρων, καὶ μήπω ἀφιερωθέντων, ἐλιθοβολήθη παγγενῆ. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ι' κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων α' καὶ β' συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ τῷ Θεῷ ἀφορισθέντα κοινοῦσθαι οὐ χρή. Ἡγίασται γάρ, κἂν σκεῦος ᾖ οἱονδήτι, κἂν ὕφασμα· διὰ γὰρ τῆς ὀθόνης ἐδήλωσεν ἅπαν ὕφασμα, κἂν ἔλαιον εἴη, κἂν κηρός. Ἡ γὰρ πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν προσαγωγὴ τούτων ἁγιάζει αὐτά. Οὐ χρὴ οὖν οὔτε κηρὸν, οὔτε ἔλαιον ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας, οὔτε τι σκεῦος, ἀλλ' οὐδὲ ὕφασμα ἀνατεθὲν τῷ Θεῷ, καὶ εἰς οἰκείαν χρῆσίν τινα λαμβάνειν αὐτά. Ἀφορισμῷ γὰρ τοῦτο ὑπόκειται. Ὁ δὲ Ἄχαρ οὐδὲ προσαχθέντα, καὶ ἁγιασθέντα ὑφεῖλετο τῷ Θεῷ, ἀλλὰ μόνον ἐπαγγελθέντα· καὶ ὅμως ἔδωκε δίκην παγγενῆ λιθοβοληθείς.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἱερὰ σκεύη εἰς χρῆσιν σφετεριζόμενος, ἀφορίζεται.*

Ὁ εἰς χρῆσιν οἰκείαν τὰ ἱερὰ οἰκειούμενος, σκεῦος ἢ ὀθόνην, ἁγιασθέντα, ὡς παρανομῶν ἀφορισθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ΟΔ'.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων· κἂν μὲν ἀπαντήσῃ, καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθείῃ, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. Ἐὰν δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλεῖσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. Ἐὰν δὲ καὶ οὕτω μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ τρίτον δύο πάλιν ἐπισκόπων ἀποστελλομένων πρὸς αὐτόν. Ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποχαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ, τίνες δύνανται κατηγορεῖν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, καὶ τίνες καταμαρτυροῦσιν αὐτῶν, ἀνάγνωθι τοῦ παρόντος συντάγματος τίτλον θ' κεφαλαίου α', καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ κεφάλαιον β', καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν θεσπίζει τὸν κατηγορηθέντα ἐπίσκοπον χάριν ἐγκληματικῆς αἰτιάσεως μεταλαλεῖσθαι κατὰ νόμους ὑπὸ ἐπισκόπων· ἅπαντα γὰρ τοῦτον καταδικάζεσθαι ἄδικον ἔδοξε· καὶ παρουσιάζοντα μὲν, καὶ ἐξ ἀναντιρρήτων ἐλέγχων ἢ ἀπὸ οἰκείας ὁμολογίας καταδικαζόμενον, κανονικῶς ἐπιτιμᾶσθαι· μὴ παραγενόμενον δὲ, καλεῖσθαι καὶ αὖθις παρὰ ἐπισκόπων δύο· ἀλλὰ μὴν καὶ ἐκ τρίτου, ὡς ἂν, εἰ μηδὲ οὕτως παραγένηται, ἀποφήνηται κατ' αὐτοῦ ἡ σύνοδος καὶ μονομερῶς τὰ δοκοῦντα αὐτῇ· Ὅπως, φησὶ, μὴ κερδήσῃ ὁ καταφρονητὴς ἐκ τῆς ἀναιδοῦς ὑπερθέσεως. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, ἐζητήθη πολλάκις εἴπερ

A BALS. Eadem quæ can. 72. præsens etiam canon decernit, quæcunque Deo fuerunt dedicata, et templis consecrata, non heri communia et profana; qualia sunt vasa et supellex. Vel enim nomine, quidquid est textile, significatur. Achar autem ille, cum linguam auream ex aureis spoliis Deo quidem votis ac promissis, sed nondum consecratis, sibi ut propriam attribuisset, generatim ab omnibus, lapidibus obrutus est. Lege et can. 1 et 2 synodi quæ fuit in templo SS. Apostolorum.

ZONAR. Ea quæ Deo separata sunt, usu communi pollui non oportet. Sunt enim sanctificata, seu vas aliquod tale sit, seu pannus. (Nam per velum significat omne textum) sive sit oleum, sive cera. In Dei nempe templo facta hujuscemodi rerum oblatio B sanctificat eas. Auferri non oportet igitur ab ecclesia, nec ceram, nec oleum, nec vas aliquod sed neque pannum, qui Deo sit oblatus, et ista sumere in aliquem privatum usum. Propter hoc enim subjiciuntur excommunicationi. Certe Achar nec oblata Deo, nec sanctificata subtraxit, sed solum promissa. Nihilominus pœnas dedit ab universo populo lapidibus obrutus.

ARIST. *Qui sacra vasa in usum proprium transfert, excommunicatur.*

Qui in proprium usum sacra vertit, vas aut linteum, sanctificata; ut legem transgrediens, excommunicabitur.

48 CANON LXXIV.

C *Episcopum a viris fide dignis ob aliquid accusatum, ipsum ab episcopis vocari necesse est: et si se quidem stiterit, et confessus, vel convictus sit statuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, secundo etiam vocetur, missis ad ipsum episcopis duobus. Si autem etiam sic non obedierit, vocetur et tertio, duobus ad eam rursus missis episcopis. Si autem vel sic aspernans et contumax se non stiterit, synodus ea quæ videntur adversus eum pronuntiet, ne lucrifacere videatur dum judicium subterfugit.*

BALS. Quinam possint episcopos et clericos accusare, et quinam adversus eos testimonium D ferant, lege præsentis operis tit. 9, cap. 1, et quæ in eo sunt: et cap. 2, et quæ sunt in ipso. Præsens autem canon statuit, accusatum episcopum, ut ei crimen intendatur, legitime ab episcopis vocari: eum enim absentem condemnari, iniquum visum est: et præsentem quidem, et vel ex non refellendis probationibus, vel ex propria confessione, in judicio convictum, canonice multari. Si autem non accesserit, a duobus rursus episcopis vocari. Atqui et tertio quoque, ut si ne sic quidem se stiterit, synodus adversus eum pronuntiet, etiamsi pars una tantum adsit, ea quæ sibi videbuntur: Ne contemptor, inquit, seu contumax, ex impudenti dilatione lucretur. Hæc cum decernat canon, sæpe quæsitum est an per præsentem canonem

synodo permissum sit, inobedientem ac contumacem episcopum depositioni subjicere. Dixerunt autem aliqui, a misericordia nimis alienum esse, ut ob inobedientiam sive contumaciam deponatur episcopus : sed aliter debere illum puniri. Si enim ea esset, inquiunt, apostolorum sententia, ut deponeretur episcopus, depositionis in hoc canone meminissent. Alii autem dixerunt, quod ex proxime edita a Deo coronati et sancti imperatoris nostri veneranda Novella, quicunque is sit adversus quem actio intenditur, si in judicium vocetur, et post tres denuntiationes per tres scriptas citationes accersitus, et non veniens, condemnatur vel una tantum parte præsente. Si ergo etiam episcopus cum datione libelli ac scriptis legitimis accusatus fuerit, et in jus vocatus, primum quidem per denuntiationes, deinde etiam per tria scriptis mandata edicta, et se judicio non obtulerit, damnabitur vel una tantum parte præsente. Hic ergo vocari, legitime intelligitur, scilicet per 30 dierum edicta, et non ut nonnulli dixerunt per paucorum dierum scriptis mandatas denuntiationes. Hoc autem alio modo dictum est in tribunali imperiali, et magis in causa episcopi Besænæ, et judicatum est, per tria legitima edicta debere vocari episcopum, adversus quem actio intenditur, et ita propter contumaciam condemnari. Condemnari quidem episcopum contumacem juxta illustris imperatoris domini Manuelis Comneni Novellam, extra omnem est controversiam. Sic enim ut dictum est, judicatum fuit apud regium et divinum tribunal. A duobus autem antistitibus et non aliter vocationem ejus fieri, ut nonnulli dixerunt, non est secundum legem nec e sententia præsentis canonis. Cum hic enim scriptus fuit nec judicibus et notariis patriarchalibus per se fidem haberi in usu fuit, et ideo determinatum fuit, antistitum vocationes a duobus fieri episcopis. Hodie autem cum judicibus et notariis patriarchalibus per se habeatur fides, necessario et quæ ab eis fiunt edicta, reprobari non possunt. Recte itaque condemnabitur qui per ea evocatus fuerit et in judicio non stiterit, quandoquidem edicta non sunt ex eo labefactata quia ab antistitibus non fiunt.

ZONAR. Et in sexagesimo primo canone dictum fuit a nobis, quod episcopum non quivis accusare potest, sed inculpati, et orthodoxi homines : quod et significat 49 hic canon, dum dicit, *ab hominibus fide dignis*. A talibus igitur si accusetur episcopus, in absentem non oportet sententiam ferre, sed eum citare : cumque venerit, ea, quæ dicuntur in ipsum, audire. Postquam audierit autem vel objecta sibi crimina fatebitur, vel inficians convincetur, vel non fatebitur, vel inficiabitur, et non convincetur. Si igitur fatebitur, vel convincetur, ipse sibi pœnam imponet. Si autem inficiabitur, et non convincetur, tunc ab eo exigetur juramentum, et sic absolvetur. Si autem nec juramentum præstiterit, tunc ab eo exigetur pœna. Si autem nec pœnam solverit

νούμενος ἐλεγχθήσεται, καὶ οὕτως ἡ ψῆφος ἐξενεχθήσεται· εἰ δὲ κληθεὶς ἅπαξ οὐ παραγένηται, καὶ δευτέραν ὁ κανὼν πρὸς αὐτὸν ὁρίζει γίνεσθαι διαλαλιὰν διὰ δύο ἐπισκόπων· καὶ ταύτης δὲ καταφρονοῦντα, καὶ τρίτον κελεύει καλεῖσθαι πρὸς τὴν ἐξέτασιν ὁμοίως παρὰ ἐπισκόπων δύο. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτως παραγένοιτο, ἀπόφασιν γίνεσθαι κατ' αὐτοῦ παρὰ τῆς συνόδου, καὶ ἐκ μοίρας μιᾶς· ἵνα μὴ ἐξ ἀναιδείας φυγοδικῶν ὠφελοῖτο, ὑπερτιθεμένης τὴν ζητήσεώς τε καὶ ἀποφάσεως.

A tur, atque sic sententia proferetur: Quod si semel vocatus non adfuerit, etiam canon definit a duobus episcopis secundam fieri conventionem: quam si contemnat, a duobus similiter episcopis tertio vocari præcipit ad examen. Et si nec sic quidem adfuerit a synodo ferri sententiam jubet in ipsum, ex una etiam parte, ne per impudentiam fugiens judicium consequatur commodum, protelata inquisitione atque sententia.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ κατηγορούμενος ἐπίσκοπος, καὶ καλούμενος, καὶ οὐκ ἀκούων, καὶ δὶς καλεῖσθω, καὶ τρίς· εἰ δ' ἐπιμένοι, τὸ δόξαν ἡ σύνοδος ἀποφαινέτω.*

ARIST. *Episcopus accusatus, et vocatus, si non parens, vocetur et ter. Si perseveret autem, quod sibi visum fuerit synodus pronuntiet.*

Τὸν κατηγορούμενον ἐπί τινι πταίσματι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνδρῶν ἐπίσκοπον, καὶ καλούμενον εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ μὴ ὑπακούοντα, οὐκ ἀπεντεῦθεν ὀφείλει καταδικάζειν ἡ σύνοδος· ἀλλὰ καὶ δὶς καὶ τρὶς μετακαλεῖσθαι, στελλομένων εἰς αὐτὸν ἐφ' ἑκάστῃ προσκλήσει δύο ἐπισκόπων. Εἰ δὲ ἐπιμένει καταφρονῶν, καὶ μὴ ἀπαντῶν εἰς τὸ δικαστήριον, δοκιμάσει τὰ τῆς αἰτιάσεως καὶ κατὰ μίαν μοῖραν ἡ σύνοδος, καὶ τὰ δοκοῦντα αὐτῇ κατ' αὐτὸν ψηφίσεται.

B Episcopum de aliquo crimine accusatum a viris fide dignis, et ad tribunal vocatum, et non parentem non ideo debet synodus condemnare; sed debet bis terque vocari, missis ad eum singula vocatione, duobus episcopis. Si perseverat autem contemnens, et non se sistens tribunali, examinabit ea quorum accusatur, et jam ex una tantum parte synodus, et quæ sibi visa sunt in eum decernet.

ΚΑΝΩΝ ΟΕ'.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον (14). *Ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.*

CANON LXXV.

In testimonium adversus episcopum hæreticus ne admittatur, sed nec unus solus fidelis. In ore enim duorum vel trium stabit omne verbum.

ΒΑΛΣ. Καὶ, ὡς ἄνωθεν εἶπον, εἰ θέλεις μαθεῖν πόσοι καὶ τίνες καταμαρτυροῦσιν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν, ἀνάγνωθι τίτλον θ' τοῦ παρόντος συντάγματος κεφ. β'. Ἐκ τοῦ παρόντος δὲ κανόνος μανθάνεις μήτε αἱρετικὸν μήτε ἕνα πιστὸν παραδέχεσθαι καταμαρτυροῦντα ἐπισκόπου. *Ἐπὶ γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων*, φησὶ, *πᾶν ῥῆμα σταθήσεται.* Πλὴν τοῦτο μὴ ἀδιαστίκτως νοήσεις. Ἀλλ' εἰπὲ κατὰ νομικὴν ἀκρίβειαν ὡς, εἰ μὲν χρηματική ἐστιν αἰτίασις καὶ μέχρι λίτρας μιᾶς, δύο μάρτυρες πιστοὶ ἔντιμοι κατὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐνωμότως μαρτυροῦντες ἀρκέσουσιν· εἰ δὲ μέχρι πεντήκοντα λιτρῶν, τρεῖς· εἰ δὲ τούτων ἐπέκεινα, πέντε. Εἰ δ' οὐκ ἔστι χρηματικὴ αἰτίασις, ἀλλ' ἐγκληματική, διὰ πέντε μαρτύρων πιστῶν καὶ ἐντίμων ὀμνυόντων ἡ κατὰ τοῦ ἐπισκόπου αἰτίασις ἀποδείκνυται· καὶ ἀνάγνωθι περὶ τούτων τὸν α' τίτλον τοῦ κα' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, πολλὰ τοιαῦτα διδάσκοντα.

C BALS. Jam ut ante dixi, si scire velis quot et quinam adversus episcopos vel clericos testimonium dicant, lege titulum 9 præsentis operis cap. 2. Ex hoc autem canone discis neque hæreticum, neque unum fidelem ad testimonium dicendum adversus episcopum admitti. *In duobus enim aut tribus testibus*, inquit, *stabit omne verbum* [30]. Hoc autem sine distinctione ne intelligas. Sed dicas secundum juris rigorem quod si est causa pecuniaria, et usque ad libram unam, duo testes, fide digni, bonæ existimationis adversus episcopum jurati testificantes sufficiant. Sin autem usque ad quinquaginta libras, tres, si autem ultra hæc, quinque. Si autem non est pecuniaria causa, sed criminalis, per quinque fide dignos testes et jurantes, qui sunt et ipsi bonæ famæ, adversus episcopum D accusatio probatur. Et de hoc lege 1, tit. lib. XXI Basil. constit. qui hæc hujusmodi multa docet.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον εἰς κατηγορίαν αἱρετικὸς οὐκ ἔστι δεκτὸς, ἀλλ' οὐδὲ εἰς μαρτυρίαν. Εἰς δὲ κατα-

ZONAR. Hæreticus, non solum ad accusationem, sed nec ad testimonium venit admittendus. Nec

[30] Matth. XVIII 16.

Guill. Beveregii notæ.

(14) *Ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. Accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente Domino, Non suscipies vocem mendacii; et Apostolus inquit, adversus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris vel cæteris fidelibus sunt præcavenda, quanto magis de episcopis?* Sixtus pap. 2. apud Gratian. decret. part. II, caus. 2, quæst. 7, c. 19 > Ἑνὸς δὲ μαρτυρία οὐκ ἐστὶ δεκτὴ ἐν οἱαδήποτε δίκῃ, κἂν συγκλητικὸς εἴη. Basil. lib. XXI, tit. 1, c. 32. Εἷς μόνος μάρτυς οὐ πιστεύεται κἂν ἀξιώματικὸς εἴη. Gloss. ibid.

unus in alium dicens testimonium, quamvis etiam sit fidelis, admittitur. Magnus enim Paulus ad Timotheum scribens sic dicit : Adversus presbyterum ne recipias accusationem, nisi sub duobus, aut tribus testibus [81]. Arbitror vero nunc in accusationibus, per quas consecratis ministris casus proprii gradus infertur, non sufficere duos testes, et si fideles, et irreprehensibiles sint.

A μαρτυρῶν, κἂν πιστὸς εἴη, οὐ προσδεχθήσεται· καὶ Τιμοθέῳ γὰρ ὁ μέγας Παῦλος γράφων οὕτω φησί· Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Οἶμαι δὲ νῦν ἐπὶ κατηγορίαις, ἐξ ὧν ἔκπτωσις τοῦ οἰκείου βαθμοῦ τοῖς ἱερωμένοις ἐπάγεται, μὴ τοὺς δύο ἀρκεῖν μάρτυρας, κἂν πιστοὶ ὦσι καὶ ἀνεπίληπτοι.

ARIST. *Hæreticus non accusat episcopum, nec unus fidelis.*

ΑΡΙΣΤ. *Αἱρετικὸς οὐ κατηγορεῖ ἐπισκόπου, οὐδὲ πιστὸς εἷς.*

Qui synopsin præsentis canonis fecit, non bene eum intellexit. Illud enim quod hæreticus non potest accusare episcopum, nec in eum testimoninm dicere verum est; hoc autem quod unus fidelis non potest in episcopum accusationem ferre, falsum : testimonium enim unius contra quempiam non admittitur : accusatio autem fit et per unum et per plures.

Ὁ τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα οὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησε. Τὸ μὲν γὰρ μὴ κατηγορεῖν αἱρετικὸν ἐπισκόπου, ἢ μαρτυρεῖν κατ' αὐτοῦ, ἀληθές ἐστι· τὸ δὲ μὴ δύνασθαι πιστὸν ἕνα συνιστᾷν κατ' ἐπισκόπου κατηγορίαν ψευδές· μαρτυρία γὰρ ἑνὸς κατά τινος οὐ προσδέχεται· κατηγορία δὲ καὶ παρ' ἑνὸς καὶ παρὰ πλειόνων γίνεται.

50 CANON LXXVI.

Quod non oportet episcopum fratri, vel filio, vel alii cognato gratificantem, ad episcopatus dignitatem quem vult eligere. Episcopatus enim hæredes facere justum non est, ea quæ Dei sunt, humano affectu largientem; non enim licet Ecclesiam Dei in hæredes conferre. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, ipse autem segregatione multetur.

ΚΑΝΩΝ ΟϚ'.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον (15) *τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῷ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαριζόμενον, εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς χειροτονεῖν ὃν βούλεται* (16). *Κληρονόμους γὰρ τῆς ἐπισκοπῆς ποιεῖσθαι οὐ δίκαιον, τὰ τοῦ Θεοῦ χαριζόμενον πάθει ἀνθρωπίνῳ· οὐ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους* (17) *ὀφείλει τιθέναι. Εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος μὲν ἔστω ἡ χειροτονία· αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ὁρισμῷ.*

BALS. Præsens quidem canon statuit non licere episcopo cognatum loco suo in episcopatu constituere, nec Spiritus gratiam ut humanam aliquam hæreditatem transmittere. Infirmat autem et irritam decernit hujusmodi electionem, et etiam episcopum segregat. Tu autem dic, quod etiam si non ad suum cognatum episcopus episcopatum transmiserit; sed ad alienum, idem erit. Episcopos enim a synodis fieri decretum est. Et ideo etiam vita functus ille urbis Philippi metropolitanus maximus, suæ metropoli sub hac conditione renuntians, si ejus œconomum urbis Philippi metropolitanum pro se ipso sancta synodus constitueret, non est examinus, sed audiit quod si res, quas post electionem ex ecclesiæ reditibus acquirit, non potest dare, vel

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν κανὼν διορίζεται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν ἐπίσκοπον ἀντὶ ἑαυτοῦ προσγενῆ οἰκεῖον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκαθιστᾷν, μηδὲ παραπέμπειν τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ὡς τινα κλῆρον ἀνθρώπινον. Ἀκυροῖ δὲ καὶ τὴν οὕτως γενομένην χειροτονίαν. καὶ ἀφορίζει τὸν ἐπίσκοπον. Σὺ δὲ εἰπὲ ὅτι, κἂν μὴ εἰς προσγενῆ αὐτοῦ παραπέμψῃ ὁ ἐπίσκοπος τὴν ἐπισκοπὴν, ἀλλὰ πρὸς ἀλλότριον, τὸ αὐτὸ γενήσεται. Τοὺς γὰρ ἐπισκόπους ὑπὸ τῶν συνόδων γίνεσθαι διατέταχται. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ ἀποδεδιωκὼς μητροπολίτης Φιλιππουπόλεως ὁ μέγιστος, παραιτούμενος τὴν κατ' αὐτοῦ μητρόπολιν ὑπὸ αἵρεσιν ταύτην, ἐὰν τὸν οἰκονόμον αὐτοῦ ἡ ἁγία σύνοδος καταστήσῃ μητροπολίτην Φιλιππουπόλεως ἀντ' αὐτοῦ, οὐκ εἰσηκούσθη, ἀλλ' ἤκουσεν ὡς,

[81] 1 Tim. v, 19.

Guill. Beveregii notæ.

(15) *Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον.* Paulinus episcopus Antiochiæ, e vita jam decessurus, Evagrium sui loco ordinabat. Hinc Theodoretus observat, παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν provectum fuisse Evagrium, et multos simul canones violatos, οὔτε γὰρ ἀνθ' ἑαυτοῦ τῷ τελευτῶντι χειροτονεῖν ἐπιτρέπουσι. Theodoret. Hist. eccles. lib. v, cap. 23, quibus verbis ad hunc canonem respexisse videtur, quo cautum est, ne quis alium sui loco ordinaret. Etiamsi enim ipse canon cognatorum solummodo mentionem faciat, et Evagrium Paulini cognatum fuisse non constet; canon tamen violatus est, eo quod Paulinus decessurus alium sui loco constituerit : de alienis enim æque ac cognatis illum intelligendum esse, recte observat Balsamon.

(16) *Χειροτονεῖν ὃν βούλεται.* Joannes Antiochenus legit χειροτονεῖν ὃν ἂν αὐτὸς βούληται. Coll. can. tit. 6, ms. Bodl. ὃν βούλεται χειροτονεῖν. At hæc verbis εἰς τὸ ἀξίωμα τῆς ἐπισκοπῆς ὃν βούλεται χειροτονεῖν, in Holoandri exemplari desiderantur.

(17) *Ὑπὸ κληρονόμους.* Joan. Antiochenus collect. can. tit. 6, et impressi codices legunt ὑπὸ κληρονομίαν. Aristenus ὑπὸ κληρονόμον. At omnia hæc πάθει ἀνθρωπίνῳ· οὐ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. Gentianus Hervetus non legit, vel saltem Latine non vertit : legenda vero esse, ex scholiis non minus, quam ex Joan. Antiocheni collectione patet.

εἰ τὰ πράγματα ἅτινα ἐπικτῆται ὁ ἐπίσκοπος μετὰ A
τὴν χειροτονίαν ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας εἰσόδων, οὐ δύναται δωρεῖσθαι ἢ παραπέμπειν πρὸς οὓς βούλεται, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐπισκοπήν. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα λβ' καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα κγ' λέγοντα μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ, κἂν τελευτᾷ, ἕτερον καθιστᾷν διάδοχον ἑαυτοῦ.

ad quos vult transmittere, multo magis episcopatum. Lege Carth. syn., can. 32 et Antioch. syn., can. 23, dicentes non licere episcopo, etiamsi moriatur, alium successorem suum episcopum constituere.

ΖΩΝΑΡ. Τὴν ἀρχιερατικὴν ἐξουσίαν τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος δῶρον νομίζεσθαι χρή. Πῶς οὖν τις τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ὡς κλῆρον μετὰ διδάσει πρὸς ἕτερον, αὐτῷ χαριζόμενος; Διὰ τοῦτο οὐ συγχεχώρηται τοῖς ἐπισκόποις ἀνθ' ἑαυτῶν ἑτέρους, οὓς βούλονται, εἰς τὰς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίας; ἐγκαθιστᾷν. Οἵτινες γὰρ ἃ ἐκτήσαντο πράγματα ἐν τῷ τῆς ἐπισκοπῆς καιρῷ οὐκ ἔχουσιν δόσιαν καταλιμπάνειν οἷς βούλονται (εἰ μὴ τὰ ἐκ διαδοχῆς συγγενῶν περιελθόντα αὐτοῖς, ὡς ὁ τριακοστὸς δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου φησί), πῶς αὐτὴν τὴν ἐπισκοπὴν εἰς ἑτέρους μεταδιδάσουσιν, ὥσπερ κληρονόμους αὐτοὺς τῆς ποιμαντικῆς ἐξουσίας, καὶ τῆς οἰκονομίας τῶν πτωχικῶν πραγμάτων καταλιμπάνοντες, καὶ διὰ πάθος ἀνθρώπινον (φιλίαν δηλαδὴ ἢ σχέσιν συγγενικὴν) τὰ τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντα, οἷς βούλονται χαριζόμενοι; Εἰ οὖν παρά τινος τοιοῦτόν τι γένηται, καὶ τὸ γινόμενον ἄκυρον εἶναι φησὶν ὁ κανών, καὶ τὸν τοῦτο ποιήσαντα ἀφορίζεσθαι. Τοὺς γὰρ ἐπισκόπους ὑπὸ τῶν συνόδων γίνεσθαι διατέταχται· καὶ ὁ εἰκοστὸς τρίτος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου λέγει μὴ ἐξεῖναι ἐπισκόπῳ, κἂν τελευτᾷ, ἕτερον καθιστᾷν διάδοχον ἑαυτοῦ. Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπηγόρευται. Τῷ γὰρ Μωϋσεῖ ὡς αἰτίαμα ἐπενεκαλεῖτο, ὅτι τὸν Ἀαρὼν καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας εἰς ἱερωσύνην προήνεγκε. Καὶ εἰ μὴ διὰ σημείων ὁ Θεὸς αὐτοῖς τὴν ἱερωσύνην ἐβεβαίωσε, τάχ' ἂν καὶ ἐξωθοῦντο αὐτῆς.

ZONAR. Pontificiam potentiam, sancti Spiritus gratiæ donum convenit existimari. Gratiam Spiritus igitur, velut hæreditatem, quomodo quis in alterum transferet, ipsi gratificans? Propterea, non est episcopis permissum, loco sui, quos volunt, alios in ecclesias sibi subjectas inducere. Nam qui libertatem non habent relinquendi, quibus volunt, res, quas episcopatus sui tempore possederunt (nisi, B quæ cognatorum successione ipsis obvenerunt, ut tricesimus secundus in Carthagine synodi canon dicit) quomodo ipsum episcopatum transferent in alios, eos ut pastoralis potestatis hæredes, et distributionis earum rerum, quæ sunt pauperum relinquentes, et humana incitati affectione (videlicet, amore, vel respectu solo propinquorum) Deo dedicata, iis, quibus volunt, gratis donantes? Igitur si tale quid ab aliquo fiat, et irritum esse, quod fit, et qui fecerit, excommunicari, canon mandat. Episcopos enim statutum est a synodo creari. Synodi quoque in Antiochia vicesimus tertius canon dicit, episcopo non licere, tametsi vita defungatur, alterum instituere successorem suum. Hoc et his, qui sunt ex Israel, vetatur. Nam Moysi tanquam C crimen objiciebatur, quod Aaron et ejus filios ad sacerdotium promovisset. Ac nisi Deus per signa confirmasset ipsis sacerdotium, forte fuissent ab illo depulsi.

ΑΡΙΣΤ. *Ἐπίσκοπος ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπον ἀποδιῶν οὐ καθίστησι.*

ARIST. *Episcopus vita discedens in suo loco episcopum non constituit.*

Τὸν μέλλοντα εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι, παρὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων καθίστασθαι κέκανόνισται. Τὸ δὲ τὸν ἐπίσκοπον τελευτῶντα ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾷν κληρονομίας εἰσάγει δίκαιον· τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμον οὐδεὶς ὀφείλει τιθέναι.

Eum qui in episcopatum deligendus est, ab omnibus provinciæ episcopis constitui decretum est. Morientem autem episcopum alium suo loco constituere, jus hæreditatis introducit: Ecclesiam autem Dei nemo debet in hæredem conferre.

D

ΚΑΝΩΝ ΟΖ'.

CANON LXXVII.

Εἴ τις ἀνάπηρος ᾖ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δὲ ἐστὶν ἐπισκοπῆς, γινέσθω· οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

Si quis vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, episcopatu autem dignus sit, fiat: non enim corporis damnum eum polluit, sed animæ inquinatio.

ΚΑΝΩΝ ΟΗ'.

51 CANON LXXVIII.

Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλὸς μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς μεμιασμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

Qui autem est surdus et cæcus, ne sit episcopus; non ut pollutus, sed ne ecclesiastica impediantur.

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ παλαιοῦ νόμου οὐδεὶς λελωβημένος κατά τι μέρος τοῦ σώματος εἰς ἱερωσύνην προεβιβάζετο· μᾶλλον μὲν οὖν, ἐὰν μετὰ ἱερωσύνην ἔσχεν ἐκ πάθους λώβην τινὰ, ἐπαύετο τοῦ ἱερουργεῖν· οἱ δὲ θεῖοι ἀπόστολοι τοὺς μὲν ἐμποδιζομένους τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐνεργεῖν μὴ προσίεσθαι

BALS. Antiqua quidem lege nullus ulla corporis parte mutilatus ad sacerdotium promovebatur: imo potius si post sacerdotium ex morbo vel casu aliquo læsus se mutilatus esset, a sacrificio cessabat. Divini autem apostoli, eos quidem, qui quo minus quæ sunt sacerdotii exsequantur, impediti sunt.

non admitti statuerunt : eos autem qui possunt, etiam si uno oculo careant, et claudi sint, qui eligantur, dignos haberi jussere. Animam enim puram et integram volunt omnes habere, non autem corpus. Numquid autem si post sacerdotium fiat aliquis surdus vel cæcus, vel aliquo alio corporis vitio affectus, et non potest sacerdotalia exsequi, sacerdotio movebitur juxta veterem legem? Solutio. Nequaquam : est enim a commiseratione disjunctum, et a recto apostolico judicio alienum, ut qui misericordia potius dignus sit, propter id quod ei accidit, indignus judicetur. Ac multi quidem antistites, et sacerdotes, et diaconi excæcati, et alioqui in summam imbecillitatem adducti, et qui nec sacerdotale quidpiam agere poterant, ad eorum usque vitæ finem non moti sunt. Etiam et lex dicit in lib. VIII, tit. 1, cap. 1, them. 4. Excæcatus etiam judex esse potest, et senatu non movebitur, novum autem magistratum non suscipit : sed quem ante morbum habebat, habere perseverat.

A διωρίσαντο τοὺς δὲ δυναμένους ἐνεργεῖν, κἂν ἑτερόφθαλμοι ὦσι, κἂν χωλοὶ, τῆς χειροτονίας ἀξιοῦσθαι ἐκέλευσαν. Τὴν γὰρ ψυχὴν θέλουσιν ἔχειν πάντας καθαρὰν καὶ ἀλώβητον, οὐ μὴν τὸ σῶμα. Ἆρα δὲ εἰ μετὰ τὴν ἱερωσύνην (18) γένηταί τις κωφὸς ἢ τυφλὸς, ἢ ἄλλως ἐμπαθὴς τὸ σῶμα, καὶ οὐ δύναται ἱερατικὰ ἐνεργεῖν, μετακινηθήσεται ἐκ τῆς ἱερωσύνης κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον; Λύσις. Οὐδαμῶς· ἔστι γὰρ ἀσυμπαθὲς καὶ τῆς ἀποστολικῆς εὐθυδικίας ἀλλότριον τὸν ἄξιον μᾶλλον ἐλέους διὰ τὸ πάθος καταχρίνεσθαι ὡς ἀνάξιον. Καὶ πολλοὶ δὲ ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς καὶ διάκονοι, τυφλωθέντες, καὶ ἄλλως ἐσχάτως ἀρρωστήσαντες, καὶ μὴ δυνάμενοι ἐνεργεῖν ἀρχιερατικόν τι μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῶν, οὐ μετεκινήθησαν. Καὶ ὁ νόμος δέ φησιν ἐν βιβλίῳ η', τίτλῳ α', κεφ. α', θέματι δ'· Ὁ τυφλὸς καὶ δικάζειν δύναται, καὶ οὐκ ἀποκινεῖται τῆς συγκλήτου. Ἀρχὴν δὲ νέαν οὐκ ἐγχειρίζεται· ἣν μέντοι πρὸ τοῦ πάθους εἶχε, μένει ἔχων.

B

ZONAR. Lex quidem per Mosen data Israelitis exigebat consecratos ipsorum ministros, integros esse corpore, notamque nullam habentes : ac nemo parte corporis aliqua deformatus, aut mutilatus admittebatur ad sacerdotium. Sed etiam post sacerdotium si cui sacerdotum membri vel particulæ cujuspiam mutilatio contigisset, sacerdotio multabatur. At iis, qui consecrandi sunt apud nos, mutilatio corporis impedimento non annumeratur. Animam nempe requiritur habere puram, sine vitio et sorde. Quod si quis uno forte est oculo, vel strabos habet oculos, aut claudus est, aut aliam quam naturæ imperfectionem habet, ad episcopale munus obeundum sibi non obstantem, dignus vero judicatur episcopatu, non prohibetur ordinari. Si vero quis ambobus fuerit orbatus oculis, vel auribus obsurduerit, aut aliam quam mutilationem patitur, per quam sit prohibitus episcopale munus implere, ad episcopatum non promovebitur. Qui enim nihil videt, quive nihil audit, aut dextram

ΖΩΝΑΡ. Ἡ μὲν διὰ Μωσέως δοθεῖσα τοῖς Ἰσραηλίταις διαταγὴ, ὁλοκλήρους τὸ σῶμα, καὶ μή τινα μῶμον ἔχοντας, τοὺς παρ' ἐκείνοις ἱερωμένους εἶναι ἀπῄτει· καὶ οὐδεὶς λελωβημένος κατά τι μέρος τοῦ σώματος εἰς ἱερωσύνην προείτο. Ἀλλὰ κἂν μετὰ τὴν ἱερωσύνην πήρωσις μέλους ἢ μορίου τινὸς τῶν ἱερωμένων συνέβη τινὶ, τῆς ἱερωσύνης μετεκινεῖτο. Τοῖς δὲ παρ' ἡμῖν ἱεράσθαι μέλλουσι κολόβωσις σώματος εἰς κώλυμα οὐ λελόγισται· τὴν ψυχὴν γὰρ ἔχειν ἀπαιτεῖται καθαρὰν, καὶ ἀλώβητον, καὶ ῥύπου ἀπηλλαγμένην. Εἰ δ' ἑτερόφθαλμός εἴη τυχὸν, ἢ χωλός ἐστιν, ἢ ἕτερόν τι πήρωμα ἔχει, μὴ προεστάμενον αὐτῷ πρὸς τὴν ἀρχιερατικὴν ἐνέργειαν, ἄξιος· μέντοι κρίνεται πρὸς ἐπισκοπὴν, χειροτονηθῆναι οὐ κωλυθήσεται. Εἰ δέ τινι καὶ ἄμφω πεπήρωται τὰ ὄμματα, ἢ τὰ ὦτα κεκώφωται, ἢ ἄλλο τι πήρωμα ἔχει, δι' οὗ τὰς ἀρχιερατικὰς ἐνεργείας πληροῦν κεκώλυται, εἰς ἐπισκοπὴν οὐ προβιβασθήσεται. Ὁ γὰρ μὴ βλέπων, ἢ μὴ ἀκούων, ἢ τὴν δεξιὰν χεῖρα ἴσως ἔχων ἀργὴν, πῶς ἂν ἱερουργήσῃ,

C

Guill. Beveregii notæ.

(18) Ἆρα δὲ εἰ μετὰ τὴν ἱερωσύνην. Similem huic quæstionem Marcus Alexandrinus Theodoro Balsamoni proposuit, his verbis conceptam, Ἀλωβημένος ἢ ἑτερόφθαλμος ἀξιωθείη βαθμοῦ ἀρχιερατικοῦ· ἢ ὁ μετὰ τὴν ἱερωσύνην καταπαθὴς γεγονὼς ἔσεται καὶ μετὰ τὸ πάθος ἱερουργῶν ἢ οὔ; id est, *Mancus aut monoculus habebiturne gradu sacerdotali dignus? Aut qui post sacerdotium mutilatus est, permittenturne post vitium sacra facere, annon?* Ad hanc solvendam quæstionem Balsamon præsentes duos canones citat, et mox hæc subjungit; (quæ, ad plèniorem hujus quæstionis solutionem et canonum horum interpretationem conducentia, digna sunt tam Græce quam Latine apponi) Ὅσαι τοίνυν ἐκ πάθους ἀῤῥωστημάτων τινῶν ἱερατικῶν βαθμῶν ἐνεργεῖν κεκώλυνται δίκαια, χειροτονίας οὐκ ἀξιωθήσονται· εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν οὕτω παθόντες κακῶς, οὐκ ἐμποδίζονται διὰ τὴν νόσον ἱερουργεῖν, καὶ οὕτως ἀῤῥώστως ἔχοντες ἀκωλύτως ἱερουργήσουσι· τοῖς γὰρ θεοκήρυξιν ἔδοξε διὰ λώβην σώματος τῆς ἱερουργίας τινὰ μὴ κωλύεσθαι. Εἰ δὲ τῆς ἱερατείας τὸ σπούδασμα ἐμποδίζει τῆς νόσου τὸ ὅλημα, τῆς ἐνεργείας παυθήσεται ὁ νοσῶν, τοῦ δὲ ἀξιώματος οὐκ ἀλλοτριωθήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον οἰκτιρηθήσεται, καὶ ἀπολαύσει μὲν τῆς προτέρας τιμῆς, ἕξει δὲ καὶ τὰ πρὸς ζωάρκειαν, καὶ τὰ λοιπὰ, κατὰ τὴν προτέραν συνήθειαν. *Quicumque igitur morborum aliquorum vitio prohibiti fuerint sacerdotalium graduum jura exsequi, ordinatione digni non habebuntur. Qui autem post ordinationem sic male affecti, sacra facere morbo non impediuntur, et sic etiam imbecilla constituti valetudine, libere celebrabunt. Nam Dei præconibus placuit neminem a sacrorum celebratione propter corporis mutilationem prohiberi. Quod si morbi debitum officio sacerdotis sit impedimento, ille* [illegible] *exercere desinet ægrotus, a dignitate autem non* [illegible] *habebitur : quin potius miserandum erit, et priore eodem honore fruetur, quin et quæ ad vitam sustentandam sufficiunt, habebit, et reliqua, juxta priorem consuetudinem.* Balsam. ad Marci Alexand. interrog. 23.

D

ἢ μεταχειρίσηται τὰ ἅγια, καὶ μεταδώσῃ ἑτέροις τούτων; ἢ ἄλλο τι ἀρχιερατικὸν ἐνεογήσῃ λειτούργημα;

ΑΡΙΣΤ. ΚΑΝ. ΟΖ'. *Γίνεται χωλὸς καὶ ἑτερόφθαλμος, ἄξιος ὑπάρχων, ἐπίσκοπος.*

Ἡ γὰρ τοῦ σώματος λώβη, τὸν βίον ἔχοντα ἀνεπίληπτον, εἰς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα προβιβασθῆναι οὐκ ἐμποδίζει, εἰ μή που κωφὸς ἢ τυφλός ἐστιν ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι· ὁ τοιοῦτος γὰρ, οὐχ ὡς μεμιασμένος κωλύεται, ἀλλ' ὡς μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δυνάμενος ἀπροσκόπτως ἐνεργεῖν.

ΚΑΝ. ΟΗ'. *Ὁ μέντοι τυφλὸς καὶ κωφὸς οὐ γενήσεται.*

ΚΑΝΩΝ ΟΘ'

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. Καθαρθεὶς δὲ, προσδεχέσθω· καὶ ἐὰν ᾖ ἄξιος, γινέσθω.

ΒΑΛΣ. Ὁ δαιμονιζόμενος ἐστέρηται λογισμοῦ καὶ διαθέσεως, κἀντεῦθεν ὑπὸ τοῦ κανόνος κεκώλυται ἢ τῷ κλήρῳ συγκαταλέγεσθαι, ἢ τοῖς πιστοῖς συνεύχεσθαι, ἵνα μὴ φαῦλά τινα καὶ ἄσεμνα διαπραττόμενος, καὶ δαιμονιώδεις ἐκβοήσεις ποιούμενος, τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν συνταράττῃ, καὶ τὴν δοξολογίαν τοῦ ναοῦ ἀχρειοῖ. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάνηψιν, εἰ εὑρεθῇ ἄξιος, γενήσεται καὶ κληρικός· ὁ μέντοι γ' κανὼν τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Τιμοθέου φησίν· Ἐὰν πιστὸς δαιμονίζηται, ὀφείλει μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων· καὶ οὐκ ἐναντιοῦνται τῷ παρόντι κανόνι. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἐξελήφθη χάριν τοῦ ἐκ διαλείμματος μαινομένου, καὶ εἰδότος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς νήψεως τῶν θείων ἁγιασμάτων τὸ μυστήριον· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τοῦ διηνεκῶς μαινομένου· εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐκ διαλείμματος μαινομένου εἴπῃς τὸν κανόνα τοῦτον διαλέγεσθαι, καὶ οὕτως οὐκ ἔσται σοί τι ἐμποδὼν· οὐδὲ γὰρ παραχωρηθήσεται ὁ ἐκ διαλείμματος μαινόμενος κληρωθῆναι· ἵνα μὴ περιυβρίζηται ἡ ἱερωσύνη κατὰ τὸν καιρὸν τῆς μανίας αὐτοῦ, καὶ βλασφημῆται τὸ θεῖον.

ΖΩΝΑΡ. Ἀκάθαρτος ὥσπερ ὁ δαιμονιζόμενος κρίνεται· καὶ ἅμα ὑπόνοια δίδοται, ὡς, εἰ μὴ ἄξιον ἑαυτοῦ κατοικητήριον τὸν ἄνθρωπον ὁ δαίμων εὗρε διὰ βίου φαυλότητα, οὐκ ἂν εἰσέδυ αὐτόν. Πῶς οὖν ὁ τοιοῦτος εἰς χειροτονίαν τινὰ προαχθήσεται; Εἰ γὰρ μύρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστεύεται, κατὰ τὸν μέγαν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, πῶς τῷ τοῦ δαίμονος δοχείῳ ἡ χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος πιστευθήσεται; Ἀλλὰ μηδὲ συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς τὸν τοιοῦτον, ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται. Ὁ δὲ τρίτος τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Τιμοθέου κανὼν, ἀπόκρισις ὢν πρὸς τὸν ἐρωτήσαντα· Ἐὰν πιστὸς δαιμονίζηται, εἰ ὀφείλει μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων; φησίν· Ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πως βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω. Ἔοικεν οὖν ἐναντιοῦσθαι τῷ παρόντι κανόνι. Οὐκ οἶμαι δέ. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀποστολικὸς κανὼν περὶ τοῦ

A manum fortassis habet, qua nihil agere possit, quomodo sacra peragere, sanctave manibus tractare queat, et aliis ea tradere, vel aliquod aliud episcopale ministerium exercere?

ARIST. CAN. LXXVII. *Claudus, et altero oculo captus, si dignus sit, fit episcopus.*

Læsio enim corporis eum qui inculpatam agit vitam in episcopatus dignitatem promoveri non impedit, nisi forte surdus aut cæcus sit, qui ordinationem est susceptarus. Talis enim non tanquam pollutus prohibetur, sed quia ecclesiastica non potest sine offendiculo peragere.

CAN. LXXVIII. *Cæcus autem et surdus non fiet.*

CANON LXXIX.

B *Si quis dæmonem habeat, ne fiat clericus, sed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur, et si sit dignus, fiat.*

BALS. Qui a dæmone correptus est, ratione ac mente privatus est, atque idcirco vel in clerum cooptari, vel cum fidelibus precari, hoc canone prohibetur, ne forte si quid mali aut inhonesti egerit, ac dæmoniacas voces emiserit, populum Dei conturbet, atque officium 52 divinum impediat. Postquam autem ad se redierit, si dignus fuerit inventus, etiam clericus fiet. Tertius quidem certe canon patriarchæ Alexandrini Timothei dicit, Si sit fidelis dæmone percitus, debet esse sanctorum C mysteriorum particeps: et præsenti canoni non adversatur. Ille enim de eo loquitur, qui per dilucida intervalla furore corripitur, et scit eo tempore quo resipuit, divinorum sacramentorum mysterium: præsens autem canon de eo loquitur, qui est perpetuo furiosus. Si autem etiam de eo qui per dilucida furit intervalla, canonem loqui dixeris, nec sic quidem ullum tibi erit impedimentum. Neque enim concedetur ei qui per dilucida intervalla furore corripitur, in clerum cooptari, ne sacerdotium furoris tempore contumelia afficiatur, probrisque et blasphemiis numen appetatur.

ZONAR. Quisquis est immundus, tanquam vexatus a dæmone judicatur: simul etiam suspicio præbetur, quod nisi dignum se habitaculum, hunc D hominem dæmon invenisset, ob vitæ nequitiam, nunquam fuisset ingressus in eum. Talis igitur quonam modo ad ordinationem quamlibet provehetur? Nam si vasi putri non creditur unguentum (secundum magnum in theologia Gregorium) quomodo receptaculo dæmonis gratia Spiritus sancti credetur? Sed et fidelibus nec simul orare quidem cum tali, præsens canon præcipit. Atqui, tertius Alexandrini patriarchæ Timothei canon, responsionem continens ad eum qui interrogaverat: Si fidelis a dæmonio correptus fuerit, an debeat sanctorum mysteriorum particeps esse? dicit: Nisi enuntiet mysterium, et nisi quo alio modo blasphemet, particeps esto. Igitur, præsenti canoni

contrariari videtur. At ego non puto. Sed apostolicus quidem canon de prorsus insano loqui judicabitur, et qui furoris non habet intervallum. Nam quomodo talis assumetur ad officium? Timothei vero responsio, de eo, qui per intervalla afficitur. Hic enim, dum non affligitur, sanctis sacramentis dignus judicabitur. Agitatione vero dæmoniaca liberatus, si dignus fuerit judicatus, in clerum deligetur.

ARIST. *Dæmoniacus non fit clericus, nec cum aliis orat: post purgationem autem, si dignus sit, fit.*

Non fit clericus qui dæmonem habet, donec dæmone liberatur: sed nec cum fidelibus orat. Morbo autem liberatus et ad preces admittitur, et ad clerum, si dignus est, promovetur.

A διόλου μαινομένου λέγειν κριθήσεται, καὶ μὴ διάλειμμα ἔχοντος. Πῶς οὖν ὁ τοιοῦτος παραληφθήσεται εἰς εὐχήν; ἡ δὲ τοῦ Τιμοθέου ἀπόκρισις περὶ τοῦ ἐκ διαλειμμάτων πάσχοντος. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, ὅτε μὴ πάσχει, τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσεται. Ἀπαλλαγεὶς δὲ τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας, εἰ ἄξιος κριθείη, κληρωθήσεται.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ δαιμονῶν οὐ κληροῦται οὐδὲ συνεύχεται· μετὰ δὲ τὸν καθαρμὸν, εἰ ἄξιός ἐστι, γίνεται.*

Οὐ γίνεται κληρικὸς ὁ δαιμονῶν, μέχρις ἂν ἀπαλλαγῇ τοῦ δαίμονος· ἀλλ' οὐδὲ συνεύχεται τοῖς πιστοῖς. Ἀπαλλαγεὶς δὲ τοῦ πάθους, καὶ εἰς εὐχὴν B προσδέχεται, καὶ εἰς κλῆρον, εἰ ἄξιός ἐστι, προβιβάζεται.

CANON LXXX.

Eum qui ex vita gentili accesserit et baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est æquum protinus episcopum fieri. Iniquum est enim, ut qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi forte hoc divina gratia fiat.

BALS. Scire debes ex can. 10 Sardic. syn. et

ΚΑΝΩΝ Π'.

Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου (19) *προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παρ' αὐτὰ προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. Ἄδικον γὰρ τὸν μηδέπω πεῖραν ἐνδειξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν, τοῦτο γένηται.*

ΒΑΛΣ. Μαθεῖν ὀφείλεις ἀπὸ τοῦ ι' κανόνος τῆς;

Guill. Beveregii notæ.

(19) *Τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου.* Joan. Antiochenus legit τὸν ἐξ ἐθνῶν collect. can. tit. 36. At synodus Nicæna prima canonem hunc citans ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου legit. Enimvero secundus istius synodi canon incipit, Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων εγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου, ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, etc., e quibus etiam verbis clarissime elucescit κανόνα ἐκκλησιαστικὸν ante hanc synodum exstitisse, eos, qui a vita gentili ad Christianam fidem nuper conversi sunt, episcopos protinus fieri prohibentem: qui alius haud dubie non fuit, quam præsens apostolicus, quem sæpe neglectum et violatum, synodus Nicæna dicto canone reparat, et sua tandem auctoritate confirmat. Josephus Ægyptius in Arabica canon. collectione hæc verba τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου vertit, *Quicunque vir fuit ethnicus vel idololatra*: non me fugit *hanifia* posse nonnunquam significare, *Muslimum*, sive *Muhammedicæ religionis sectatorem*. Sic enim *haniph* sæpe significat ab *Abu hanifa*, qui auctor fuit unius e quatuor muslimismi sectis, circa religionis istius ramos versatis, quas Abulpharagius sic enumerat, *Secta maleci Ebn Anasi, secta Muhammedis Ebn Edris Asshafiensis, secta Ahmedis Ebn Hanbeli, et secta Haniſæ Alnooman Ebn Thabet*. Abulph. Dynast. 9. At Abu haniſæ præ cæteris exstructum est oratorium, vocatum *Oratorium antistitis Abu haniſæ*, cujus meminerunt Abulpharagius dynast. 9, p. 366 et Elmacinus Hist. Saracen. l. iii, pag. 287. De eodem Abu hanifa vide plura in doctissimi nostri Edvardi Pocockii notis in specimen historiæ Arabum, pag. 297, et Henrici Hottingeri Hist. Orient. l. ii, c. 7. Ab hoc *Abu hanifa* non sua tantum ipsius secta, sed totus muslimismus vocatur *Alhanifiah* et muslimus *Hanifi*. Et hæc quidem ordinaria est hujus vocabuli significatio; quæ huic tamen loco quadrare non videatur, siquidem canones hi longe ante Muslimiticæ religionis exortum conscripti sunt. Quapropter aliunde petatur vera ipsius significatio: e lingua nimirum Syriaca, cujus vocabula in hac præcipue canonum collectione sæpissime Arabica fiunt, ut alibi ostensuri sumus. At vox Syriaca *hanpho* ut et *hanphoio*, est *gentilis ethnicus*. Unde vocabulum hoc Arabicum formatum videtur; quod propterea *ethnicus* transtuli. Sed non diffiteor alterum etiam sensum admitti posse, modo dicamus Christianos orientales, qui inter Muslimos sive Muhammedanos versantur, hunc canonem de iis (ut par est) æque ac de ethnicis interpretatos esse, ut Muhammedanus etiam pariter ac ethnicus ad Christianam conversus fidem, illico non fiat episcopus. Quod autem nec laicus quispiam Christianus protinus evadat episcopus, nisi inferioribus prius susceptis gradibus, a concilio Sardicensi cautum est, can. 10.

(20) *Εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν.* Auxentio Ecclesiæ Mediolanensis episcopo vita defuncto, orta gravissima inter cives controversia de futuro episcopo eligendo; usque adeo ut tumultuari cœperint. Sed commode accidit, ut vir pietate ac doctrina insignis, nomine Ambrosius, urbi tunc temporis præfectus esset. Hic veritus, ne mali aliquid ex tanto tumultu nasceretur, pro loco atque officio suo (ut cum Rufino loquar) ad ecclesiam illic contendit, seditionem populi repressurus. Cum autem longa ac eleganti oratione vesanos multitudinis tumultus compescuisset, omnes in unam protinus sententiam conspirantes, ipsum Ambrosium sibi episcopum ordinari uno ore flagitabant. Hic autem adhuc catechumenus erat, ac proinde nondum baptizatus. Valentinianus vero imperator, de populi consensu certior factus, Ambrosium etiamsi reluctantem, baptizari simul, ac episcopum protinus ordinari jubet, vel, ut ait Theodoretus: Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς προσέταξε παραυτίκα καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν ἀξιέπαινον ἄνδρα. Hist. eccles. l. iv, cap. 6, *mox que Dei gratiam consecutus, et initiatus sacris, et sacerdos effectus est*; ut scribit Rufinus Hist. eccl. l. ii, cap. 11. Hac tumultuaria Ambrosii ordinatione, qua e catechumeno ad episcopum illico provectus est, serio perpensa, dicat aliquis eamdem minime canonicam fuisse, nec a præsenti canone apostolico admissam; utpote quo eum, qui a gentili vita nuper accessit, et baptizatus est, episcopum protinus fieri prohibetur. Sed absit ut tanti Patris ordinatio-

ἐν Σαρδικῇ συνόδου καὶ τοῦ ις', κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συνόδου τῆς λεγομένης α' καὶ β', ὅτι οὐδὲ πιστὸς λαϊκὸς ἀπαντεῦθεν εἰς ἐπισκοπικὴν ἀξίωμα προβιβάζεται, εἰ μὴ τοὺς νενομισμένους καιροὺς διὰ τῶν ἑτέρων πληρώσει βαθμῶν. Εἰ δὲ πιστὸς λαϊκὸς οὐ γίνεται ἄλλως πως ἐπίσκοπος, πολλῷ μᾶλλον οὐ προχειρισθήσεται εἰς ἐπισκοπὴν νεοφώτιστος ἢ σκηνικὸς, εἰ μὴ τοὺς νενομισμένους διέλθῃ βαθμοὺς διὰ τοῦ ἀρκοῦντος καιροῦ· οὐδὲ διδάσκειν ἐχωρηθήσεται, μήπω διδαχθεὶς τὸ μυστήριον. Χρὴ οὖν διὰ τοῦ ἀρκοῦντος καιροῦ δοκιμάζεσθαι τοῦτον, καὶ ἄξιον ἴσως εὑρισκόμενον προχειρίζεσθαι. Ζήτει καὶ τὸν β' κανόνα τῆς α' συνόδου, διοριζόμενον καθαιρεῖσθαι τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα. Καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος οὐ τὸν νέον ἀπαγορεύει, ἀλλὰ τὸν ἐκ νέου φυτευθέντα. Τὸ μέντοι « εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται » νόησον ῥηθῆναι περὶ ἀποκαλύψεως. Τῷ γὰρ ἀποστόλῳ Ἀνανίᾳ ἀπεκαλύφθη περὶ τοῦ μεγάλου Παύλου Ὅτι σκεῦός μοί ἐστιν ἐκλογῆς.

A can. 17 syn. habitæ in æde Sanctorum Apostolorum, quæ prima et secunda dicitur, quod neque fidelis laicus illico ad episcopalem dignitatem provehitur, nisi præstituta tempora per alios gradus impleverit. Si autem fidelis laicus non aliter fit episcopus, multo magis nec ad episcopatum provehetur qui recens est illuminatus, aut mimus, nisi præstitutos gradus pervaserit tempore sufficienti : nec ei docere permittetur, nisi prius fuerit edoctus mysterium : oportet ergo eum sufficienti tempore probari, et si dignus forte inventus fuerit, provehi. Quære et secundum can. primæ syn. quæ eum deponi statuit qui præter hoc fecerit. Jam vero et magnus Paulus non juvenem prohibet, fieri episcopum, sed recens plantatum, quod vocat νεόφυτον. Illud autem, « nisi hoc forte divina 53 gratia fiat, » de revelatione dici intellige. Apostolo enim Ananiæ revelatum est de magno Paulo, eum esse vas electionis.

B

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἄρτι τῇ πίστει προσελθὼν, καὶ ἀξιωθεὶς τοῦ Θεοῦ βαπτίσματος, οὐκ αὐτίκα εἰς ἐπίσκοπον χειροτονηθήσεται. Δεῖ γὰρ πρῶτον δοκίμιον ἑαυτοῦ δοῦναι ὅτι τε περὶ τὴν πίστιν ἐστὶν ὑγιὴς καὶ περὶ τὴν διαγωγὴν ἀνεπίληπτος. Ταῦτα δὲ καιροῦ δέονται· οὐ γὰρ δι' ὀλίγου δυνατὸν τὰ τοιαῦτα διαγινώσκεσθαι. Τὸν δὲ μήπω πεῖραν ἑαυτοῦ δεδωκότα διδάσκαλον ἑτέρων καθίστασθαι ἄδικόν τε καὶ σφαλερόν. Καὶ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου τοῦτο ἀπαγορεύει· καὶ τὸν τοῦτο ποιοῦντα καθαιρεῖσθαι κελεύει. Καὶ Τιμοθέῳ δὲ ἐπιστέλλων ὁ μέγας Παῦλος, καὶ ὑπογράφων τῷ λόγῳ τὸν ἐπισκοπῆς προστησόμενον, καὶ τοῦτό φησι, *Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ* [11] : Verba

ZONAR. Qui nuper ad fidem accessit, et baptismo Dei dignus est judicatus, non mox in episcopum deligetur. Etenim prius oportet experimentum sui dare, quod et circa fidem sit integer, et circa vitæ suæ institutionem irreprehensus. Isthæc autem indigent tempore. Nec enim brevi momento dignosci talia possunt. Eum vero, qui nondum sui specimen ediderit, aliorum doctorem consitui, et iniquum est, et fallax. Secundus œcumenicæ primæ synodi canon hoc etiam vetat : ac jubet eum deponi, qui hoc fecerit. Magnus quoque Paulus Timotheo scribens, et oratione depingens episcopatui præponendum, hoc etiam dicit, *non neophytum, ne in superbiam elatus in judicium incidat diaboli* [11] : Verba

C

[11] I Tim. III, 6.

Guill. Beveregii notæ.

nem irregularem fuisse suspicemur. Etiamsi enim a prima canonis hujus parte condemnari videatur, ultimis tamen hisce verbis, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται, necessario non minus, quam prudenter annexis, plane admittitur. Enimvero repentina D. Ambrosii electio, et consequenter ordinatio, Deo potius quam hominibus ascribenda est ; Deo, inquam, qui dissidentem inter sese multitudinem primo tanti viri intuitu in unam sententiam revocabat. Unde et ipse quoque imperator D. Ambrosium divinitus electum agnoscebat, ut antiqui ecclesiasticæ Historiæ scriptores tradiderunt. Socrates : Ὁ δὲ βασιλεὺς, θαυμάσας τὴν τοῦ λαοῦ ὁμόνοιαν, Θεοῦ τε ἔργον εἶναι γνοὺς τὸ γενόμενον, ἐδήλου τοῖς ἐπισκόποις ὑπουργεῖν τῷ Θεῷ κελεύοντι χειροτονεῖν· Θεοῦ γὰρ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων εἶναι τὴν ψῆφον τὴν ἐπ' αὐτῷ, *Imperator consensionem populi admiratus, Deique opus esse agnoscens quod evenerat, rescripsit episcopis, ut obsequerentur Deo qui illum ordinari jusserat. Dei namque potius quam hominum suffragio illum esse designatum*, Socrat. *Hist. eccl.* l. IV, c. 30. Val. Theodoretus, Ὑπέλαβε δὲ καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, ἐκ τῆς τῶν τἀναντία φρονούντων τεκμαιρούμενος συμφωνίας. Theodor. *Hist. eccl.* l. IV, c. 6. Ruffinus, *Dei enim ait* (imperator) *esse, quod discordantem populi fidem et animos dissidentes conversio subita in unum consensum atque in unam sententiam revocaret.* Ruffinus Hist. l. II, c. 11. Sozomenus, Συνέβαλεν ἐπὶ ὁμονοίᾳ τῆς ἐν Μεδιολάνῳ ἐκκλησίας ταῦτα βραβεύειν τὸν Θεόν. Sozom. l. VI, c. 24. Et hinc est quod imperator Deo gratias agebat, quod eum ad sacerdotii munus obeundum elegerat, quem ipse rogendis provinciis præfecerat ; ut ibidem docet Sozomenus. Ex eo autem quod imperator, et ipse illum ordinari jussit, et ad episcopos rescripsit, ut illi obsequerentur, propterea quod divinitus electus fuisset, facile est conjicere, tam imperatori quam episcopis probe satis constitisse, repentinam D. Ambrosii post baptismum ordinationem nequaquam admittendam fuisse ut canonicam, nisi ab ipso Deo instituta esset. Sed simul ac hoc iis ex subitaneo populi consensu innotuit, divino non ausi refragari suffragio, eum protinus ordinarunt, idque ex hujus canonis præscripto, quo talis ordinatio sub hac cautione prohibetur, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν γένηται. Et quamvis hæc conditio in secundo concilii Nicæni canone non exprimitur, necessario tamen supponenda est. Canones enim hominibus observandi fiunt, non Deo, qui iis obligari non potest. Et idcirco ubicunque Deus suam interponit auctoritatem, ut in hac D. Ambrosii electione, universi canones silere debent, vel saltem hanc admittere exceptionem, εἰ μήπω κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γένηται.

autem illa, Nisi alicubi per divinam fieret gratiam, sic intelligenda : Si non alicubi de eo revelatum foret, quod oporteat ipsum ad episcopatum promoveri. Quemadmodum de Paulo fuit Ananiæ revelatum, ad illum per visionem dicente Domino, *Quoniam vas electionis hic mihi est, ad portandum nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel* [33].

ARIST. *Recens illuminatus non fit episcopus, neque qui nuper a malo vitæ genere recessit.*

Eum qui nuper advenit et baptizatus est, vel qui malo vivendi genere occupatus fuit, qui scenicus fortasse fuit aut apparitor, non oportet statim creare episcopum, sed primum experimentum illius accipere, et sic per omnes sacros gradus pervadere, et postea inoffense debet ad episcopatum designari.

CANON LXXXI.

Diximus non oportere episcopum vel presbyterum seipsum ad publicas administrationes demittere, sed in ecclesiasticis negotiis versari. Vel ergo ita non facere persuadeatur, vel deponatur. « *Nemo enim potest duobus dominis servire* [34], » *secundum Domini præceptum.*

BALS. Sextus canon apostolicus sacris initiatos indistincte deponi jubet, qui mundanas in se curas suscipiunt. Præsens autem canon in eos paulo clementius animadvertit. Dicit enim, vel cessent, vel deponantur. Trahe ergo canones in unam intelligentiam ad id quod est humanius, et dic etiam sextum canonem huic convenienter intelligi. Quære et 16 canonem Carth. syn. et quartum quartæ.

ZONAR. Sextus canon præsentis libri deponi jubet consecratos ministros, qui mundanas curas suscipiunt. Ilic autem canon illius est expositivus. Sic enim convenit et eum intelligere, quod nisi pareat, et abstineat a sæcularibus negotiis, tunc deponetur. Ab illis enim si abstinuerit, ut non amplius publicas aggrediatur administrationes eorum, quibus antea fuerat occupatus, venia dabitur. Ilic ideo canon meminit etiam de priori canone. Quærendus est etiam decimus sextus canon synodi in Carthagine, tertiusque quartæ synodi.

A σοι τοῦ διαβόλου. Τὸ δὲ, Εἰ μήπου κατὰ θείαν γένηται χάριν, οὕτω νοητέον · Εἰ μήπου ἀποκαλυφθείη περὶ αὐτοῦ ὡς χρὴ προβιβασθῆναι αὐτὸν εἰς ἐπισκοπήν · ὥσπερ περὶ τοῦ Παύλου τῷ Ἀνανίᾳ ἀπεκαλύφθη, εἰπόντος πρὸς αὐτὸν ἐν ὁράματι τοῦ Κυρίου · Ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν, καὶ βασιλέων, υἱῶν τε Ἰσραήλ.

ΑΡΙΣΤ. *Οὐκ ἐπισκοπεῖ νεοφώτιστος, οὐδὲ διὰ ταχέων ὁ ἐκ φαύλης διαγωγῆς προσιών.*

Τὸν νεωστὶ προσελθόντα, καὶ βαπτισθέντα, ἢ φαύλην ἔχοντα διαγωγὴν, σκηνικὸν τυχὸν ὄντα, ἢ ταξεώτην (21), οὐ δεῖ εὐθὺς προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον, ἀλλὰ πρότερον πεῖραν αὐτοῦ λαμβάνειν, καὶ οὕτω μετὰ τοὺς ἱερατικοὺς ἅπαντας βαθμοὺς ἀπροσκόπτως διελθεῖν, καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προχειρίζεσθαι.

B

ΚΑΝΩΝ ΠΑ'.

Εἴπομεν ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευχαιρεῖν (22) *ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. Ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω* (23). « *Οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν* » *κατὰ τὴν Κυριακὴν παρακέλευσιν.*

ΒΑΛΣ. Ὁ ς' ἀποστολικὸς κανὼν ἀδιαστίκτως καθαιρεῖσθαι κελεύει τοὺς ἱερωμένους κοσμικὰς φροντίδας ἀναλαμβανομένους. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν συμπαθέστερον τούτους κολάζει. Φησὶ γὰρ, Ἢ παυσάσθωσαν, ἢ καθαιρείσθωσαν. Ἔλκυσον οὖν εἰς μίαν ἔννοιαν τοὺς κανόνας πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον, καὶ εἰπὲ καὶ τὸν ς' κανόνα κατὰ τοῦτον νοεῖσθαι. Ζήτει καὶ τὸν ς' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τὸν δ' τῆς τετάρτης.

C

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἕκτος κανὼν τοῦ παρόντος συντάγματος καθαιρεῖσθαι κελεύει τοὺς κοσμικὰς φροντίδας ἀναδεχομένους ἱερωμένους. Οὗτος δὲ ὁ κανὼν σαφηνιστικὸς ἐκείνου ἐστίν. Οὕτω γὰρ χρὴ νοεῖν κἀκεῖνον, ὅτι, εἰ μὴ πείθοιτο, καὶ ἀφίσταται τῶν κοσμικῶν πραγμάτων, τότε καθαιρεθήσεται. Εἰ γὰρ ἀπέχεται τούτων, ὡς μηκέτι μετιέναι δημοσίας διοικήσεις, ἐπὶ τοῖς φθάσασι συγγνωσθήσεται. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ προτέρου κανόνος μέμνηται ὁ κανὼν οὗτος. Ζητητέον δὲ καὶ τὸν ις' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, καὶ τὸν τρίτον τῆς τετάρτης συνόδου.

D

[33] Act. IX, 15. [34] Matth. VI, 24.

Guill. Beveregii notæ.

(21) *Ἢ ταξεώτην.* Glossæ Græco-Latinæ ταξεώτης *Apparitor officialis.* Macarius, οἱ διάκονοι τοῦ ἄρχοντος, ἢ ταξεῶται. Mac. hom. 15. Hujusmodi viros episcopos protinus fieri leges quoque civiles vetant. Βουλευτὴς ἢ ταξεώτης μὴ γενέσθω ἐπίσκοπος, μὴ πρότερον ιε' ἔτη μονάσας. Ἀλλ' εἰ παρὰ ταῦτα γένηται, τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόσθω τύχῃ. Eccles. constit. l. III, tit. 1, par. 2, sed alibi, Ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξεώτης, ἐὰν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος γένηται, ἐκπίπτει, κἂν ἦν πρὸ τούτου κληρικός ibid. l. I, tit. 3, const. 53. Ἀλλὰ μηδὲ ταξεώτας κληρικοὺς γίνεσθαι, ἵνα μὴ ἐκ τούτου τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ ὕβρις προσγένηται. Basilic. l. III, tit. 1, c. 27.

(22) *Προσευχαιρεῖν.* Joan. Antiochenus προσκαρτερεῖν, collect. can. tit. 14.

(23) *Ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω.* Joan. Antiochenus εἰ δὲ μὴ βούληται, ἀποτιθέσθω, *Si autem non velit, deponatur.* Sic enim vertenda sunt hæc verba, non ut in impressis Justelli codicibus, *vel ergo ait facere persuadeatur, vel deponatur* : hæc enim versio nostræ lectioni, non isti convenit. Sed observandum est, dictæ canonum collectioni Græcæ antiquam Gentiani Herveti versionem appositam esse, quo fit, ut propter varias lectiones translatio textui sæpe non accommodetur : quod satis mirari nequeo : præcipue cum a tam eruditis viris Bibliotheca ista in lucem emissa fuerit.

ΑΡΙΣΤ. Ἐπίσκοπος ἀνεπίσκοπος ὁ δημόσια χειριζόμενος (24).

Ὁ εἰς δημοσίας διοικήσεις ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐπίσκοπος, ἢ παυσάσθω, ἢ μὴ πειθόμενος, καθαιρείσθω.

ΚΑΝΩΝ ΠΒ'.

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν συγγνώμης οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν κεκτημένων· οἴκων γὰρ ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτον ἐργάζεται. Εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος (25) ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τοῦ οἴκου ἐξαποστείλωσι, γινέσθω.

ΒΑΛΣ. Περὶ δούλων κληρουμένων ἀνάγνωθι καὶ τὸ ις' κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐνταῦθα δὲ ὁ κανὼν, μὴ θέλων σκανδαλίζεσθαι ὑφ' ἡμῶν τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν, οὐ παραχωρεῖ εἰς κλῆρον προάγεσθαι δοῦλον ἀλλότριον, κἂν φρονιμώτατός ἐστι καὶ ἄξιος, εἰ μὴ καὶ ὁ δεσπότης πρὸς τοῦτο συναινέσῃ, καὶ πρότερον ἐλευθερίας αὐτὸν ἀξιώσῃ. Ἐγράφη δὲ πρὸς παράδειγμα καὶ τὸ γεγονὸς ἐπὶ τῷ Ὀνησίμῳ. Γέγραπται γὰρ ὡς τὸν τοιοῦτον Ὀνήσιμον δοῦλον ὄντα Φιλήμονος ὁ μέγας Παῦλος ἀντέστρεψε πρὸς τὸν Φιλήμονα, κἂν χρησιμώτατος πρὸς διακονίαν ἔδοξεν αὐτῷ, εἰπὼν μὴ δίκαιον εἶναι ἄνευ γνώμης τοῦ Φιλήμονος τοῦτον διακονεῖν ἐν τῷ τῆς πίστεως κηρύγματι. Ὥστε οὐδὲ ἐλευθερία, οὐδὲ ἱερωσύνη, οὐδ' ἄλλο τι ἀποξενοῦσι τὸν ἀγνοοῦντα δεσπότην, ἐκ τῆς κυριότητος τοῦ δούλου αὐτοῦ. Καὶ τὸ νόμιμον δὲ τὸ διοριζόμενον, κατὰ ἐλευθερίαν οὐ δίδοται ἀποκατάστασις, οὐ νοεῖται περὶ τοιούτων, ἀλλὰ περὶ δούλου ἐλευθερωθέντος κατὰ γνώμην δεσπότου ἀτελοῦς.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ ἐμποιοῦντα σκάνδαλά τισι φεύγειν δεῖ τοὺς πιστούς. Αἴτιον δὲ σκανδάλου καὶ λύπης τὸ τὸν ἀλλότριον δοῦλον παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου κληροῦσθαι. Διὸ καὶ κωλύει τοῦτο ὁ κανὼν, ὡς οἴκους ὅλους ἀνατρέπον. Ἴσως γὰρ διοικητὴς ἂν εἴη τοῦ οἴκου τοῦ δεσπότου αὐτοῦ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ἢ ἐργαστηρίου δεσποτικοῦ προϊστάμενος, ἢ χρήματα ἐμπεπιστευμένος δι' ἐμπορίαν, καὶ ἡ χειροτονία αὐτοῦ διὰ ταῦτα εἰς λύπην ἔσται τῷ δεσπότῃ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ἄξιος ἱερατικοῦ βαθμοῦ κριθείη ὁ οἰκέτης, χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κοινοῦσθαι τὰ περὶ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ· καὶ εἰ κἀκεῖνος συνευδοκεῖ, χειροτονηθήσεται. Καὶ ὁ μέγας γὰρ Παῦλος Ὀνήσιμον δοῦλον ὄντα Φιλήμονος

ARIST. *Episcopus de episcopatu deponitur qui negotia publica tractat.*

Qui ad publicas administrationes se dejicit sive presbyter, sive diaconus, sive episcopus, aut cesset, aut non persuasus, deponatur.

54 CANON LXXXII.

Servos in clerum provehi sine venia dominorum non permittimus ad possessorum molestiam. Domorum enim eversionem illud efficit, si quando autem etiam dignus servus visus sit qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, et domini concesserint ac liberaverint, et ædibus emiserint, fiat.

BALS. De servis qui in clerum cooptantur, lege etiam 36 cap. primi tit., præsentis operis. Hic autem canon nolens nostris fratribus aliquid a nobis offendituli afferri, non permittit ut alienus servus in clerum promoveatur, etiamsi sit prudentissimus et dignus, nisi et dominus ei rei consenserit, et eum prius libertate dignum existimaverit. Ad exemplum autem scriptum est et quod factum est in Onesimo. Scriptum est enim quod hunc Onesimum Philemonis servum magnus Paulus ad Philemonem remisit, etiamsi ei visus esset ad ministerium utilissimus, dicens, non esse justum eum sine Philemonis voluntate in fidei prædicatione servire. Quare nec libertas, nec sacerdotium, nec aliquid aliud dominum ignorantem a servi sui dominio abalienant. Et lex quæ statuit adversus libertatem non dari restitutionem, de his non intelligitur, sed de servo liberato ex voluntate imperfecti domini.

ZONAR. Fideles decet ea fugere, quæ scandala generent aliquibus. Alienum vero servum contra domini sententiam clericum fieri, causa est scandali, atque molestiæ. Quam ob rem, prohibet hoc canon, ut rem, quæ domos totas evertit. Fortassis enim servus ille procurator sit domus domini sui, vel tabernæ dominicæ præpositus, vel cujus fidei creditæ sint pecuniæ ad negotiationem, et propterea domino suo molestiæ foret ejus ordinatio. Quod si servus gradu sacro dignus existimetur, episcopum de eo negotio cum domino communicare oportet. Et si is quoque consenserit, ordinetur. Magnus etenim Paulus Onesimum Philemonis servum, cujus mi-

Guill. Beveregii notæ.

(24) Χειριζόμενος. In Simeonis Logothetæ Epitome legitur μεταχειριζόμενος.

(25) Ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος. Pronomen ἡμέτερος non secus ac ἐμοῦ in canone 29 ab interpolatore, nescio quo, adjectum videtur, ut canones hi ab apostolis conditi fuisse crederentur. Nec Balsamon autem nec Zonaras istius mentionem faciunt, etiamsi de Onesimo loquantur. Joannes Antiochenus in sua collectione totum hunc canonem omisit, ut de vera istius lectione nihil ex eo constet; uti nec ex Harmenopuli epitome, quæ ipsius Onesimi etiam non meminit, sed totum canonem breviter sic exprimit, Οἰκέτης οὐ κληροῦται παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου. Harmen. can. epit. sect. 3, tit. 1. Sed in Arabica collectione, et omisso pronomine, et nomine corrupto legitur, *sicut Onesiphorus;* hujusmodi autem propriorum præcipue nominum e Græcis deductorum corruptionibus nihil in lingua Arabica frequentius occurrit: hinc nihilominus plane satis apparet, pronomen ἡμέτερος in codice, quo usus est Josephus Ægyptius, desideratum fuisse. Et quidem non immerito, cum nihil enim certius esse potest, quam hosce canones ab ipsis apostolis non constitutos esse, vel tota sententia οἷος καὶ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, vel saltem pronomen ἡμέτερος expungatur necesse est.

nisterium ei judicabat utile, sine domini voluntate non decrevit eum retinere, sed ipsum remisit ad Philemonem. Lex vero civilis ad servi libertatem sufficere dicit, hunc, ipsius domino sciente et non contradicente, in clerum deligi.

καὶ εὔχρηστον αὐτῷ κριθέντα εἰς διακονίαν ἄνευ γνώμης τοῦ δεσπότου κατέχειν οὐκ ἔκρινεν, ἀλλ' ἀνέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Φιλήμονα. Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος (26) ἀρκεῖν εἰς ἐλευθερίαν φησὶ τοῦ δούλου τὸ εἰδότος τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, καὶ μὴ ἀντιλέγοντος, τῷ κλήρῳ καταλεγῆναι αὐτόν.

ARIST. *Servus non fit clericus, nisi consensu domini : qui autem dignus est, libertate donatus promovetur.*

Sine voluntate domini non oportet servum in clerum recipere. Libertate autem donatus, si dignus qui in clerum recipiatur visus sit, admittitur.

ΑΡΙΣΤ. *Οἰκέτης ἀκλήρωτος πλὴν εἰ μὴ γνώμῃ δεσπότου. Ὁ δὲ ἐπάξιος, ἐλευθερωθεὶς, προβιβάζεται* (27).

Ἄνευ γνώμης δεσπότου οὐ δεῖ οἰκέτην εἰς κλῆρον προσδέχεσθαι. Ἐλευθερωθεὶς δὲ ἄξιος τοῦ κληροῦσθαι φανεὶς, παραδέχεται.

CANON LXXXIII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, exercitui vacans, et utraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum, et sacerdotalem administrationem, deponatur : « Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari; et quæ sunt Dei, Deo [25]. »

ΚΑΝΩΝ ΠΓ'.

Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, στρατείᾳ σχολάζων (28), καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. « Τὰ γὰρ Καίσαρος (29) Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »

BALS. Diversi canones apostolici prohibuerunt sacris initiatos publica negotia administrare. Præsens autem canon jubet eos deponi qui exercitui vacant vel hujusmodi militares commeatus administrant, et expeditionis militaris curam habent. Talis enim hic militia existimanda est, et non ea quæ fit armis. Illa enim omnino prohibita est. Et lege 7 can. Chalced. syn. tales anathemate ferien-

ΒΑΛΣ. Διάφοροι κανόνες ἀποστολικοὶ ἐκώλυσαν τοὺς ἱερωμένους δημοσιακὰ πράγματα διοικεῖν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαι θεσπίζει τοὺς στρατείᾳ σχολάζοντας, ἤτοι τοὺς διοικητὰς τῶν στρατιωτικῶν σιτηρεσίων, πραγμάτων καὶ στρατολογιῶν. Τοιαύτην γὰρ εἶναι τὴν στρατείαν ὑπολῃπτέον μοι, καὶ μὴ τὴν διὰ ὅπλων. Ἐκείνη γὰρ πάντη ἀπηγόρευται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ζ' κανόνα

[25] Luc. xx, 25.

Guill. Beveregii notæ.

(26) *Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος.* Basilica : Ἐὰν δοῦλος, εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τοῦ δεσπότου ἐν κλήρῳ καταλεγῇ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ καταλεγῆναι ἐλεύθερος καὶ εὐγενὴς ἔστω, Basil. l. III, tit. 1, c. 31. Δοῦλος, εἰδότος καὶ οὐκ ἀντιλέγοντος τοῦ δεσπότου εἰς κλῆρον καταλεγείς, ἐλευθεροῦται. Constit. Eccl. coll. l. III, tit. 1, par. 2. Michael Attaliata, Δοῦλος, γινώσκοντος τοῦ δεσπότου, καὶ σιωπῶντος χειροτονούμενος κληρικὸς, ἐλευθεροῦται. Attal. Synop. tit. 3.

(27) *Ἐλευθερωθεὶς προβιβάζεται.* Quod servus prius libertate donandus est, quam in clerum cooptatur, concilium quoque Aurelianense quintum decrevit, dicens, *Ut servum qui libertatem a dominis propriis non acceperit, aut etiam jam libertum, nullus episcoporum, ab ejus tantum voluntate, cujus servus est, et eum absolvisse dignoscitur, clericum audeat ordinare.* Concil. Aurel. 5, c. 6. Et Balsamon in constitutionum ecclesiasticarum Collectione ex codice ait, Δοῦλος δὲ οὔτε κατὰ γνώμην δεσπότου κληροῦται, εἰ μὴ πρῶτον ἐλευθερωθῇ. Constit. eccles. coll. l. I, tit. 3, c. 36.

(28) *Στρατείᾳ σχολάζων.* Balsamon et Zonaras per στρατείᾳ σχολάζοντας hic intelligendos contendunt, non eos qui arma gestant, sed τῶν στρατιωτικῶν πραγμάτων διοικητάς, qui quovis nimirum modo res militares administrant. Sic et Harmenopulus, qui sensum canonis sic breviter exprimit : Καὶ στρατεύων ἱερεὺς καθαιρείσθω, et ad στρατεύων in margine notat, ἀντὶ τοῦ Στρατιωτικὰ πράγματα διοικῶν. Nobis autem στρατείᾳ civilem quamlibet administrationem, magistratum, aut dignitatem, hic indigitare videtur; propterea quod per Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν proximis verbis explicatur, et τῇ ἱερατικῇ διοικήσει opponitur : unde et in epitome tam Logothetæ quam Aristeni, pro στρατείᾳ σχολάζων, nihil substituitur præter ἄρχων, vis enim canonis in ea his solis verbis exhibetur, ἱερεὺς ἄρχων ἀνέρος. Quinetiam ipsa canonis ratio ultimis hisce verbis reddita, Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, eumdem hunc sensum exigit : ut sacerdotes nimirum, qui Deo toto consecrantur, politicis administrationibus nequaquam vacent. Sacerdotales enim et civiles administrationes tanto a se invicem interstitio distant, ut idem utrisque deservire nequeat : vel ut Nicephorus Gregoras ait, Οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πρᾶξις πολιτικὴ ὡς τὰ πολλὰ συνείναι πεφύκασιν, εὐκτὸν δ' ἂν εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοιντο, καθάπερ σῶμα καὶ πνεῦμα καὶ αὖ ὅσα τῶν αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν. Niceph. Greg. *Hist. rom.* lib. III. Et hoc quidem inter alios canone fretus Constantinus Mesopotamitanus, qui res publicas sub Alexio Comneno aliquandiu administraverat, cum ab imperatore obtinuisset, ut diaconus crearetur, se relicturum palatium, et imperatori non amplius operam navaturum simulabat, propterea quod canones hoc ei interdicerent, vel, ut verba ejus refert Nicetas Choniates, Τοὺς γὰρ κανόνας μὴ ἐνδιδόναι οἱοπωστιοῦν καὶ Θεῷ ἱεράσθαι, καὶ κοσμικαῖς προσπλέκεσθαι πραγματείαις. Ἀποδιεστάναι γὰρ ἄμφω καὶ μηδαμῶς συναλείφεσθαι, ὥσπερ καὶ δουλεύειν Θεῷ τε καὶ μαμμωνᾷ κατὰ διάμετρόν εἰσιν ἀντικείμενα. Nicet. Choniat. in Alex. Comn. l. II. Postea autem imperatoris jussu privilegium ei a patriarcha Xiphilino concessum est, ut Deo simul et imperatori, templo et palatio, inserviret, idque despectui habitis canonibus, qui, ut subjungit Nicetas, Τοῖς ἀμφιβίοις τούτοις δριμύσσονται δυσκολαίνοντες, *acerbas pœnas in istiusmodi ambidextros statuunt*, Nicet. ibid.

(29) *Τὰ γὰρ Καίσαρος.* Hæc verba, Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, in Aristeni, necnon in Logothetæ epitome a Justello edita, omittuntur.

τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἀναθεματίζοντα τοὺς τοιούτους, εἰ μὴ μεταμεληθῶσιν. Ἐρωτήσει δέ τις, Ἆρα καὶ ἐνταῦθα τὸ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω ἔξει χώραν, καθὼς ἐν τῷ πα' κανόνι ἐδιδάχθημεν· ἢ καὶ πρὸ ἐπιφωνημάτων ὁ τὴν στρατείαν μεταχειριζόμενος ἱερωμένος ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται; Λύσις. Οἶμαι ὅτι καὶ ἐνταῦθα, μετὰ ἐπιφώνησιν ὁ στρατολογῶν, εἰ μὴ παύσεται, καθαιρεθήσεται. Πάντα γὰρ τὰ δημοσιακὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἔχουσιν. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. λδ' τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. A

ZΩNAP. Στρατείαν ἐνταῦθα οὐχ *ὅπλων μεταχείρησιν ἢ προστασίαν στρατιωτῶν* οἶμαι τὸν κανόνα λέγειν, ἀλλὰ στρατιωτικῶν πραγμάτων διοίκησιν, οἷον σιτηρεσίων στρατιωτικῶν διανέμησιν, ἢ τροφῶν στρατιώταις ἀφωρισμένων ὑποδοχήν, ἢ στρατολογίαν, ἢ καὶ διοικήσεις ἄλλας τινάς, ἃς καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι στρατείας εὑρίσκονται ὀνομάζοντες. Τοὺς γοῦν τοιούτους τισὶ σχολάζοντας ἱερωμένους ὁ κανὼν ὑπὸ καθαίρεσιν τίθησι πάντως, εἰ μὴ τούτων ἀφίστανται. Οὐ γὰρ δεῖ μιγνύειν τὰ ἄμικτα· τὰ Καίσαρος φησὶ καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἕβδομος κανὼν καὶ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς τοιούτους μὴ μεταμελομένους ὁρίζει. B

ARIST. *Ἱερεὺς ἄρχων ἀνίερος· « Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »*

Ὁ Ῥωμαϊκὴν στρατείαν ἐθέλων κατέχειν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. *Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.* C

ZONAR. Canonem non arbitror hic appellare *στρατείαν, Armorum tractationem, vel militum præfecturam*, sed militarium rerum procurationem; veluti militarium stipendiorum distributionem, vel annonæ nutriendis militibus sepositæ curam, vel militum descriptionem, vel etiam quas alias procurationes : quas quidem civiles leges inveniuntur etiam nominare στρατείας. Consecratos igitur istis qualibuscunque vacantes canon depositioni omnino subjicit : si non ab his abstineant. Nec enim decet non miscenda miscere : ea (dicit) quæ sunt Cæsaris, et ea quæ sunt Dei. Septimus autem in Chalcedone synodi canon tales quos non pœniteat, anathematizari decernit.

ARIST. *Sacerdos magistratum obiens; deponitur. « Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ Dei, Deo. »*

Qui Romanam militiam retinere vellet, ac etiam sacerdotalem administrationem, deponatur. *Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ, Dei, Deo.*

ΚΑΝΩΝ ΠΔ'.

Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα (30) *ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν τινύτω· καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθω.*

ΒΑΛΣ. Ὁ Μωσαϊκὸς νόμος φησίν· *Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Ἀκολούθως οὖν αὐτῷ διορίζεται καὶ ὁ παρὼν κανὼν, τὸν ὑβρίζοντα βασιλέα ἢ ἄρχοντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Καὶ τοῦτο μὲν ὅσον ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως· οἱ δὲ πολιτικοὶ νόμοι ἄλλως διευλυτοῦσι τὰ τῆς βασιλικῆς ὕβρεως. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ λς' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τινὲς ἑρμηνεύοντες τὸ, Εἴ τις ὑβρίσει βασιλέα ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, εἶπον πολλάκις ἐκλαμβάνεσθαι καὶ τὸν δίκαιον ἔλεγχον ἀντὶ ὕβρεως. Νομίζω δὲ τοῦτο ἑρμηνεύεσθαι ἀπὸ τοῦ ιδ' κεφ. τοῦ λς' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὅπερ κατεστρώθη εἰς τὸ λς' κεφάλαιον τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. D

CANON LXXXIV.

Quisquis regem vel principem præter jus contumelia affecerit, pœnas luat : et si sit quidem clericus, deponatur : si vero laicus, segregetur.

BALS. Lex Mosaica dicit : *Principi populi tui non maledices* [36]. Ei ergo consequenter statuit et præsens canon, eum qui imperatorem vel principem injuria afficit, si sit quidem clericus, deponi : si vero laicus, segregari; et hoc quidem quantum ad ecclesiasticam traditionem attinet. Civiles autem leges imp., factam injuriam aliter vindicant, lege autem 36, cap. noni tit. præsentis operis. Nonnulli autem illud interpretantes, Si quis regem vel principem præter jus contumelia afficit, dixerunt sæpe etiam justam reprehensionem pro injuria accipi. Existimo autem hoc explicari a 14 cap. 36, tit. 60 lib. Basil. quod situm est in 36 cap. 9, tit., præsentis operis.

[36] Exod. xxii, 28.

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα.* Recte hic observat Harmenopulus, quod hoc canone, Βασιλέα μὲν ὑβρίζειν κεκώλυται, ἐλέγχειν δὲ οὐδαμῶς. *Contumelia quidem afficere imperatorem prohibitum est, reprehendere autem nequaquam.* Harmen. epit. can. sect. 3, tit. 3, cui suffragatur et Zonaras. Et sic quidem D. Ambrosius imperatorem Valentinianum reprehendit, Theodoret. *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 7, et Theodosium, ibid. l. V, c. 17. Joan. Chrysostomus multos optimatum et magistratuum, Socrat. l. VI, c. 5. Arsenius Palæologum reprehendit simul et sacris interdixit, Niceph. Greg. Hist. Rom. lib. IV, alii alios, ut ecclesiasticæ Historiæ scriptores abunde testantur. Ut extra dubium sit hunc canonem, non de justa imperatorum reprehensione, si deliquerint, sed de contumelia intelligendum esse.

ZONAR. Mosaica lex dicit : *Principi populi tui non maledices.* Et coryphæus apostolorum Petrus ait, *Regem honorate*[37]. Et magnus Paulus, orare jubet pro regibus et omnibus qui sunt in dignitate, etiam si sint infideles[38]. Igitur et reges et magistratus afficere contumelia quisque prohibitus est. At hos reprehendere aliquid agentes contra quam deceat, non prohibetur ; etiamsi reprehensionum verba, forte acerbiora exsistentia, ad reprehensorum contumeliam spectare existimentur. Non permittit enim canon contra jus contumeliam facere ; ut ex contraria distinctione intelligitur, quod et reges et primates juste increpans non est punitione dignus. Trigesimus sextus titulus libri Basilicorum sexagesimi in capite decimo tertio, hæc, dicit : Si quis male mentionem regis fecerit, non subjacet pœnæ, sed quæ de illo sunt, regi significari oportet. Nam si per levitatem excessit, contemnendus est. Quod si per insaniam, miseratione dignus est. Quod si velut injuria affectus, ei remittendum est.

ARIST. *Qui magistratum et regem contra jus contumelia afficit, clericus deponitur, laicus excommunicatur.*

Qui regem aut magistratum pie viventes contumelia afficit, si clericus est deponatur, si vero laicus excommunicetur.

56 CANON LXXXV.

(48') Ὠνομάσθη Ἱεροσόλυμα. Eamdem vocis hujus Ἱεροσόλυμα etymologiam, quam hoc in loco Balsamon, etiam Josephus (e quo Balsamon eam hausisse videtur) olim tradidit, nisi quod hic a Melchisedecho ita nominatam asserat. Ὁ δὲ πρῶτος, inquit, κτίσας ἦν Χαναναῖων δυνάστης, ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ κληθεὶς βασιλεὺς δίκαιος· ἦν γὰρ δὴ τριοῦτος· διὰ τοῦτο ἱεράσατό τε τῷ Θεῷ πρῶτος· καὶ τὸ ἱερὸν δειμάμενος Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε, Σόλυμα καλουμένην πρότερον. *Primus autem conditor* (urbis Hierosolymæ) *erat Chananæorum dynasta, qui patria lingua vocatus est rex justus* (Melchisedech), *erat quippe talis. Et idcirco sacerdotium Deo primus exhibuit: et cum* ἱερὸν (*templum*) *ædificasset, urbem Hierosolyma vocavit, quæ antea Solyma dicta erat.* Joseph. *De bell. Jud.* lib. VII, c. 18. In his autem Josephi verbis, mirum est quot σφάλματα occurrunt. Primo enim asserit Melchisedechum urbem Hierosolymam ædificasse, quod etiam Abraham Zachuth in libro Juchasin, sive genealogiarum tradidit dicens, ואברהם דל כי שם הוא מלכיצדק ובנה ירושלים. *Et dixerunt rabbini nostri beatæ memoriæ Sem esse Melchisedechum, qui ædificavit Hierusalem.* Verum ex ipsis sacris Scripturis constat urbem Salem, cujus rex Melchisedech fuit, sitam esse in via, qua a valle Damascena Sodomam itur. Gen. XIV et XXXIII, de qua Hieronymus in libro *De locis Hebraicis, Salem civitas Sichimorum, quæ est Sichem*, et proxime addit, *sed et alia villa ostenditur usque ad præsentem diem juxta Æliam contra occidentalem plagam hoc nomine.* Unde constat Salem, quæ prope Æliam sive Hierosolymam sita fuit, et unde nomen istud ad Hierosolymam nonnunquam translatum videtur, diversam esse ab ea, in qua Melchisedech regnavit; etiamsi Targum Hierosolymitanum, Jonathan, et Onkelos in loco citato Gen. XIV, Salem per ירושלם *Hierusalem* interpretantur. Deinde asserit Josephus Melchisedechum primum fuisse Deo sacerdotem, cum Abel bis mille annis ante eum sacerdotiis muneribus functus est; adhæc eumdem templum exstruxisse Deo, cum e Scripturis pateat nullum Deo ante Solomonem templum exstructum fuisse. Quod denique ad rem nostram spectat, hanc urbem affirmat prius Σόλυμα dictam fuisse, cum autem ἱερὸν in ea exstrue tum esset, tunc demum Ἱεροσόλυμα vocatam. Adeo ut juxta Josephum hæc vox ἱεροσόλυμα ex Græca ἱερὸν et Hebraica Σόλυμα componatur, quod absurdum est, præcipue cum ipse fateatur hanc urbem a Chananæis, qui linguam Hebraicam una cum materno lacte imbibebant, exstructam fuisse, quos Græcum nomen, urbi suæ vel ex parte imposuisse, prorsus incredibile est. Ad hanc autem opinionem Balsamon hoc loco quam proxime accedit, quo antiquam urbem Σόλυμα nominatam fuisse Ἱεροσόλυμα propter ἱερὰ, ac in templo a Solomone ibidem condito, reposita, scribit; ac si ipsi etiam Hebræi et Israelitæ Græcum nomen metropoli suæ indiderint: quæ etiam multis ante Solomonem annis Jerusalem appellata fuit, ut ipsæ Scripturæ docent. Ejusdem farinæ est alia ista Græca hujus vocis etymologia ab Eupolemo exogitata: Προσαγορευθῆναι δὲ πρῶτον, inquit, τὸ ἀνάκτορον ἱερὸν Σολομῶνος, ὕστερον δὲ παρεφθαμένος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων φερωνύμως Ἱεροσόλυμα λέγεσθαι. *Et primo quidem sacra ista ædes* B ἱερὸν Σολομῶνος *appellata est, deinde vero corrupte a templi nomine, urbs ipsa* Ἱερουσαλὴμ *nominata: a Græcis autem affini nomine* Ἱεροσόλυμα *dicta est.* Eupol. apud Euseb. *De præp. Evang.* l. IX cap. 34. Sic etiam Lactantius urbem hanc a Salomone exstructam et denominatam scribit: *Solomon, inquit, filius David, templum ædificavit, et civitatem, quam de suo nomine Hierosolyma nuncupavit.* Lactant. *De ver. Sap.* l. 4. Sed omnium absurdissimum est Lysimachi Alexandrini commentum, qui Ἱεροσόλυμα urbem dictam fuisse ἀπὸ τοῦ ἱεροσυλεῖν, Judæos asserens τοὺς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην· κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν· τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο Ἱερόσυλα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δὲ αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας, χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ ἀνεπιδέξασθαι, καὶ τὴν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι. *Cum homines injuriose tractassent, et fana spoliassent et* C *incendissent, venisse in locum qui nunc Judæa dicitur, et condita civitate hic habitasse: istam autem urbem* ἱερόσυλα *ab ipsorum dispositione* (viz quod ἱερὰ σεσυλήκασι) *nominatam esse: postea autem auctos viribus nomen mutasse, ut probrum vitarent: et urbem Hierosolymam, et seipsos Hierosolymos vocasse.* Lysimach. apud. Joseph. contra Apion. l. I, prope finem. Verum Josephus hic recte observat Ἱεροσυλεῖν οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαίοις τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζομεν, hoc est, *quod sacrorum direptio non eadem voce Græcis et Hebræis exprimitur.* Quod idem et de vocis ἱερὸν significatu dicendum est, quam ipse tamen sui immemor ad complendam suam τῶν Ἱεροσολύμων etymologiam usurpavit. Hinc autem videre est, quantum Græcorum ingenia torsit veram hujus nominis rationem investigare, et quanto se exponunt ludibrio, dum istud suis e fontibus derivare satagunt. Aristoteles sane se multo D prudentiorem gessit, cum hoc nomen Græcis auribus tortuosum esse ac difficile pronunciavit, τὸ τῆς πόλεως, inquit, αὐτῶν ὄνομα πάνυ σκόλιόν ἐστιν, Ἱερουσαλὴμ γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν, *Urbis eorum nomen valde tortuosum est, nam eam Hierusalem vocant.* Aristot. apud. Euseb. *De præp. Evang.* l. IX, c. 5. Eadem ipsius verba apud Joseph. contra Apion. l. I, occurrunt, nisi quod ibi magis adhuc tortuose legatur, Ἱεροσολύμην. Vera igitur ac genuina hujus vocis etymologia non e Græcis, sed Hebræis petenda est; nipote a quibus urbi suæ indita fuit. In veteri itaque Testamento sæpissime usurpatur, sed diversimode scripta; frequentius enim scribitur ירושלם nonnunquam autem plenius ירושלים quemodo juxta Masorethas quinquies reperitur, viz. Esth. II, 6, Jer. XXVI, 18, I Par. III, 5, II Par. V, 21, et XXXII, 9, in quo tamen ultimo loco hodie defective scribitur ירושלם ubi nihilominus cum ד locali legitur ירושלימה. Ab ipsis autem

omnis ei subjecta regio, Palæstina vocantur. Quæsitum est autem a nonnullis, quid est quod a canone

A νων αἰχμαλωτισθέντος (49) καὶ τῆς πόλεως κατασκαφείσης, ἐπὶ ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ Αἴλιος

Guill. Beveregii notæ.

urbis incolis scripta est etiam ירושלבה *Jerushalaimah* cum ה finali, ut R. Azaria in libro suo מאור עינים *Meor Enajim* vocato testatur, ubi præterea antiquam admodum monetam, cui hujus urbis nomen inscriptum est, produci. In antiquo hoc Israelitarum sicio, ex una quidem parte, quæ ad sinistram jacet, occurrunt Samaritanæ sive antiquiores Hebræorum litteræ, ut hodie pinguntur id est שקל ישראל *Siclus Israelis*; in medio pornith urna mannæ, et supra eam litteræ שד. In altera facie litteræ Samaritanæ sunt ירושלימה קדושה *Hierosolymah sancta*, una cum virga Aaronis, amygdalas proferente. Hæc etiam a R. Azaria observata sunt, qui de hoc numismate (cui similia clarissimus noster Brianus Waltonus in proleg. ad Bibl. Polygl. ex Villalpando, Morino, aliisque protulit) hæc habet ובמטבעות המטבע הזה ראיתי טעם באותיות דלעילא שקל ישראל ובאמצעו צנצנת עם שד עליה אשר לדעתי ר"ל שקל דוד וכנגד אחר ירושלים הקדושה או ירושלימה קדושה ובאמצעו ממה בעל שלשה פרחים כנגד אלד הצורות משני עבריו ולבי אומר לי כי הרב נתכוין דל שכח וכתב שקל השקלים ת"ת שקל ישראל וכן עם כי אפשר לקרוא ירושלים הקדושה אפשר גם כן שיקרא ירושלימה קדושה שכן תמצא בירושלמי דסנלה פ"ק ר סימון ור שמואל בר נחמני תרויהון אמרין אנשי ירושלים היו כותבין ירושלים ירושלימה ולא היו מקפידין. *Et in commemorati numismatis circuitu vidi scriptum litteris supradictis* (viz. Samaritanis) שקל ישראל (*id est siclus Israelis*), *et in medio ejus erat urna* B *cum litteris* שד *super eam positis, quæ, ut opinor, significant* שקל דוד (id est *siclum Davidis*). *Et in altero latere erat* ירושלים הקדושה *vel etiam* ירושלימה קדושה (hoc est *Jerusalem sancta, vel Jerusalaimah sancta*), *et in medio ejus erat virga habens tres flores, juxta has ab utroque latere formas. Et suspicor R. Nachmanidem l. m. oblivione scripsisse* שקל ישראל *pro* שקל השקלים (v. Nachman. append. ad Perushe Hattorah, ubi sic scribit) *sicque quemadmodum legi potest* ירושלים הקדושה (*Jerushalem sancta*) *ita etiam legi potest* ירושלימה קדושה (*Jerushalaima sancta*) *quemadmodum invenies in Hierosolymi. Talm. Megilla capite primo, R. Simon, et R. Schemuel filius Nachmani, ambo eorum dicunt, viri Hierosolymitani scribunt* Jerushalem ירושלימה (*Jerushalaimach*) *neque sunt de ea re solliciti.* Hinc, ni fallor, apparet ratio, quare nomen hujus urbis Græce alias scribatur Ἱερουσαλήμ, alias Ἱεροσόλυμα, idque ab ipsis Hebræis linguam Græcam edoctis, quales erant evangelistæ et apostoli. Nam vox Græca Ἱεροσόλυμα clarissime respondet Hebraicæ ירושלימה *Hierushalaimah*, æque ac Ἱερουσαλὴμ τῇ ירושלים Hierushalaim, vel ut Chaldæi Syrique scribunt ירושלם *Hierusalem*: adeo ut supra scripta R. Azariæ verba una cum antiquo numismate ab eo laudato, et hæc urbis hujus nomina, ut a Græcis diversimode scripta se mutuo confirmant, et explicant. Neque enim credibile est ipsos Hebræos urbem suam Græce Ἱεροσόλυμα vocare unquam voluisse, nisi eodem modo propria sua lingua eam vocitassent. Quod itaque R. Azaria dicit probatque hanc urbem ירושלימה *Hierushalaima* vocatam esse, ex Græca voce Ἱεροσόλυμα exinde deducta confirmatur; et quare ita Græce vocaretur, ex voce ista Hebraica a R. Azaria

asserta constat. Verum cum ipsi Hebræi, metropolim suam ita inter sese propria lingua appellare consueti, eam etiam Græce Ἱεροσόλυμα vocaverint, hoc Græcis ridiculas istas, quas ante commemoravimus, vocis hujus etymologias confingendi occasionem præbuit, quibus eam ita scriptam, suam ad linguam revocare promptum erat, eamque deducere vel ab ἱερὸν et Σόλυμα cum Josepho et Balsamone hoc loco, vel cum Enpolemo a vocibus ἱερὸν et Σολομῶν, vel etiam cum Lysimacho ἀπὸ τοῦ ἱεροσυλεῖν. At si semper scriptum et vocatum fuisset Ἱερουσαλήμ, hoc nomen omnibus aliis Græcis æque ac Aristoteli, usque adeo tortuosum, perplexum et prodigiosum visum fuisset, ut eos ab etymologia ejus, in sua præsertim lingua inquirenda, prorsus deterruisset. Nec quidem adeo facile est ac proclive, genuinam hujus nominis etymologiam ex ipsis Hebraicis fontibus expiscare. Nonnulli deducunt a יראה *Timuit*, et שלם idem quod שלום *Pax*, ac si ita Jebusæis, primis hujus urbis incolis, nominaretur, quasi יראו שלם *Timete pacem*, vel etiam *Timete Salem*. Nam antea Salem, ut arbitrantur, dicta fuit. S Rabbinicam exspectes etymologiam, invenies in Bereshith Rabba, ubi ad verba ista Geneseos ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה *Et vocavit Abraham nomen istius loci, Jehova Jireh*, hæc fingunter. *Abrahamus vocabat locum Jireh. Semus vocabat Shalem. Dicebat Deus, Si ego vocavero eum Jireh. Semo justo displicebit; si vocavero Shalem. displicebit Abrahamo justo: quocirca nomen ei imponam ab utroque compositum* יראה שלם *Jireh Shalem. videbit Shalem.* Ber. Rab. sect. 9. Quinetiam si Rabbinicum de nominis imponendi occasione, figmentum demas, ipse Valentinus Schindlerus in voce שלם eamdem etymologiam amplexus est. *A Davide*, inquit, *dicta* (sit שלם ירושלם *Chald.* ירושלים *nomine composito ex* שלם Salem et יראה *videbit, providebit, quo nomine appellatus fuit locus iste, et proprie mons Moria ab Abrahamo*, Gen. xxii, 14, deinde addit ירושלים formam habere dualem, ob duas urbis partes, quarum una fuit שלם *Salem* in monte Sion sita, altera יראה mons Moria urbi postea junctus et inclusus: literam autem Jod numerum dualem efficientem non exprimi ne littera מ ex radicali fiat servilis. Et de hoc quidem inter omnes convenit: utrum autem David hoc nomen urbi isti primus indiderit, omnino est incertum. Nam multis ante Davidem annis jam nominata fuit, in ipsis etiam libris istis Joshuæ et Judicum: nisi forte dicamus Ezram, dum libris istis post captivitatem Babylonicam colligendis operam daret, hoc nomen alteri יבוס *Jebus* vel יבוסי, ἐξηγητικῶς subjunxisse, vel ejus loco, tanquam magis notum, substituisse: quod quidem non admodum dissimile videtur. Hoc saltem constat, non minus probabilem esse, quam constantem doctorum opinionem, hanc vocem aliquo modo deducta esse a יראה vidit, et שלם *Shalem*, ut significet, *videbit perfectum et pacificum*, vel videbit *pacem* (sic enim Apostolus exponit Shalem Βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, Heb. 7. 2) vel etiam *Visionem pacis*, quemadmodum Patres vocem hanc

C

D

(49) *Παρὰ τῶν Βαβυλωνίων αἰχμαλωτισθέντος.* Balsamon hic ex memoriæ, vel saltem calami lapsu perinde disserit, ac si urbs Hierosolyma a captivitate Babylonica usque ad Ælium Adrianum solo æquata jacuisset, nec ante eum reparata fuisset: quod non tantum aliis omnibus historicis fide dignis, sed ipsi etiam sacræ Scripturæ apertissime contradicit; ut proinde non opus est ut hic refellatur.

Ἀδριανὸς ἀνήγειρε ταύτην (50), ἐκλήθη ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ Αἰλία. Γενικῷ δὲ ὀνόματι αὐτή τε ἡ

A dicitur, habeat honoris consequentiam, metropoli proprio honore servato? Et audierunt Cæsaream

Guill. Beveregii notæ.

hanc interpretantur Hieronymus. *Jebus, Salem et Hierusalem appellatur. Primum nomen Calcata; secundum Pax; tertium Visio pacis.* Hieron. vel Paul. et Eustoch. epist. ad Marcell. Augustinus: *Sicut e converso quoties nomen Hierusalem audieritis, quæ Visio pacis dicitur.* Aug. in Apocal. Hom. 16. et alibi. *Ibi Hierusalem condita est, famosissima civitas Dei, serviens in signo liberæ civitatis, quæ cælestis Hierusalem dicitur; quod verbum est Hebræum, et interpretatur Visio pacis.* Aug. *De catechiz. rud.* cap. 20. Ut alios omittam, etiam in nomenclatore Copto-Arabico hæc vox explicatur, Arabice quidem. *Revelatio Pacis:* Coptice, q. d. θεώρησις τῆς εἰρήνης, Nomencl. Ægyptiaco-Arab. Kirch. Port. 9. Nam Coptica lingua quantum ad plerosque characteres pariter ac ipsas voces iis expressas, nihil aliud quam corrupta est atque depravata quædam Græca dialectus.

(50) Ὁ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἀνήγειρε ταύτην. Hæc Balsamon ex communi doctorum sui temporis opinione profert: quibus nimirum in more positum erat Ælium, ab Ælio Adriano conditam, Hierosolymam vocitare. Verum Ælium Adrianum veterem Hierosolymam a Tito funditus eversam non instaurasse, sed aliam potius prope eam, quam de suo nomine Ælium vocavit, de novo exstruxisse, validissimis argumentis evincatur. Quoniam autem hoc in dubium vocatur, rem totam paulo altius, quo clarior evadat, repetemus. In primis ergo anno periodi Julianæ 4783, æræ Dionysianæ sive vulgaris a Christi nativitate computatæ 70, Fl. Vespasiano secundum, et Tito cos. mensis Augusti die 31 capta est a Romanis celeberrima olim Judæorum metropolis Hierusalem; quam imperator protinus effodi, et funditus everti jubebat: ut Josephus oculatus testis tradidit, dicens Κελεύει Καῖσαρ ἤδη τὴν τε πόλιν ἅπασαν καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν. *Jubet Cæsar eos omnem omnino urbem, et ipsum templum funditus everti.* Joseph. Περὶ ἁλώσ. κεφ. σ'. Sed tres fuisse, turres Phasaelem, Hippicum et Mariamnem cum aliqua muri urbem cingentis parte excipit, et mox addit, Τόν τε ἄλλον ἅπαντα τῆς πόλεως περίβολον, οὕτως ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες, ὡς μηδὲ πώποτ' οἰκισθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσι. *Alium autem totum civitatis ambitum ita complanavere diruentes, ut qui ad eam accederent, unquam habitatum fuisse credere non possent.* Ibid. Per vocem κατασκάπτειν hic utrobique usurpatam, Josephus aratrum solo æquato inductum indigitare videtur. Neminem enim latere potest, veteres Romanos in diruendis pariter atque excitandis urbibus aratro usos fuisse, ut Cato in originibus asseruit, atque etiam Servius in 5 Ænead. *Nam ideo,* inquit, *ad exaugurandas vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu quo conditæ subvertantur.* Excitandis quidem civitatibus aut coloniis aratrum circumducere solebant. Unde Cicero, *Tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum videres, et aratrum circumduceres; cujus quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti.* Cicer. Philipp. 2, n. 40. Hinc et illud Virgil. Æneid. l. v:

Interea Æneas urbem designat aratro.

Et illa Ovid. Fastor. l. 4:

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.

Et paulo post:

Inde premens stivam designat mœnia sulco,
Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.

Diruendis autem et demoliendis urbibus aratrum inducere sive imprimere consueti sunt, uti testatur Cœl. Rhodig. Ant. l. xxvi, c. 5; hinc Horat. Carm. l. i, od. 56:

Iræ Thyestæ exitio gravi
Stravere, et altis urbibus ultimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Hinc etiam imperator Valens Constantinopolitanis offensus urbi isti aratrum se inducturum minatus est, Ἐρημόν τε καταστήσειν τὴν πόλιν, καὶ ἄροτρον εἰπὼν βαλεῖν ἐπ' αὐτὴν. Socrat. *Hist. eccl.* l. iv, c. 38, edit. Vales. Cum hoc itaque Romanis in B more positum fuisset, ut complanato urbium rebellium, cum caperentur, solo aratrum imprimerent, dubium nemini esse potest, quin idem Hierosolymis fecerint: quod etiam a D. Hieronymo diserte affirmatur: *In hoc,* inquit, *mense Augusto et a Nabuchodonosor, et multa post sæcula a Tito et Vespasiano, templum Hierosolymis incensum est, atque destructum: capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Judæorum: aratum templum, in ignominiam gentis oppressæ a Tito Annio Rufo.* Hieron. in Zach. cap. 8. Idem ipsi quoque Judæi a majoribus traditum, in Talmude suo agnoscunt. Nam in Misna dicitur בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו C לארץ והחריבו הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר *nono die mensis Ab decretum est contra Patres nostros, ut terram non ingrediantur, et domus desolata est primo et secundo, et Bitter capta, et urbs arata.* Taanith cap. 4. fol. 28, 2, ad quæ Misnæ verba, Gemara fol. 28, 1. hæc observat, כשורש טורנוס רופס הרשיע את האולם בגזרה גזרו על ר"ג ליהרג *Cum improbus Turanus Rufus arabat porticum, decretum factum est ut R. Gamaliel interficeretur.* Quisnam hic esset Turanus Rufus, qui aratrum Hierosolymis inducebat, non facile est conjecturis assequi. Suspicor tamen eumdem esse, quem Josephus Terentium Rufum vocat, et militiæ tunc temporis Hierosolymis præfectum, et a Tito ibi relictum asserit, ἦκε, inquit, Τερέντιος Ῥοῦφος· οὗτος γὰρ ἄρχων τῆς στρατιᾶς καταλέλειπτο. Joseph. Περὶ ἁλώσ. λογ. ζ', κεφ. ζ'. qui etiam in loco D. Hieronymi ante citato Titus Annius Rufus vocatur: *Tito Annio* pro *Terentio* mendose, ut opinor, scripto; sed de nomine ejus, qui aratrum Hierosolymis induxit, alii viderint: hoc saltem e præmissis colligitur, urbem illam aratrum sibi a Romanis impressum habuisse, ac proinde urbem esse desiisse, ut ipsæ etiam Romanæ leges edicunt, D his verbis: *Si ususfructus civitati legetur, et aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago: ideoque quasi morte desinit habere usumfructum.* L. 21, ff. *Quibus modis ususfructus.* Et ab isto itaque tempore Hierusalem urbs esse desiit. Unde Eleazarus statim post dictum urbis excidium a sociis merito quæsivit: Ποῦ δ' ἡ μεγάλη πόλις ἡ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις; *Ubi modo est magna illa civitas, totius Judæorum gentis metropolis?* Joseph. Περὶ ἁλώσ. l. 7. κεφ. λε'. Sane nullibi terrarum etiam tunc temporis exsistebat, et propterea Solinus etiam recte dicit, *Judææ caput fuit Hierosolyma, sed excisa est.* Solin. Polyh. c. 37. Fuit, itaque non est. Et Plinius, *Oxinen, in qua fuere Hierosolyma, longe clarissima urbium Orientis non Judææ modo.* Plin. nat. Hist. l. v, c. 14. Ut eadem nos de Hierosolymis dicamus, quæ Ovidius olim de Troja cecinit, *Jam seges est ubi Troja fuit.* Ovid. epist. 1, et Virgilius, *Et campos ubi Troja fuit.* Virg. Æneid. lib. iii. Sic enim Lu-

esse Palæstinæ metropolim: Hierosolymorum autem Ecclesiam ejus episcopatum fuisse. Vult ergo ea-

A πόλις τῶν Ἱεροσολύμων καὶ πάντα τὰ ὑπ' αὐτὴν Παλαιστίνη καλοῦνται. Ἐζητήθη δὲ παρά τινων εἰ

Guill. Beveregii notæ.

schius testatur, se vidisse montem Sionem, celeberrimam olim Hierosolymæ partem, aratum et seminatum, ὡς καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν βουσὶν ἀρούμενον, καὶ καταπειρώμενον τὸν τόπον. Euseb. *De demonstr. evang.* l. viii, juxta quod prædictum fuit a propheta Mich. iii, v. 12. Quod autem idem Eusebius, ibid. l. vi, c. 18, et D. Hieronymus in Comment. in Zachar. c. 14, asserunt, viz. dimidium, ut ille, mediam tantum civitatis partem, ut hic ait, a Tito, reliquam ab Adriano dirutam, e supradictis, et præcipue ex oculato teste Josepho refellitur. Verumtamen nullus dubito, quin statim post ultimum istud urbis Hierosolymæ excidium, nonnulla saltem domicilia, partim a Christianis, partim a Judæis eodem in loco, quo olim urbs steterat, erecta sint. Post annos enim quinquaginta plus minus elapsos, Adrianus imperator, ut verbis Epiphanii utar, εὗρε τὴν πόλιν πᾶσαν ἠδαφισμένην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ κατεπεπατημένον, παρεκτὸς ὀλίγων οἰκημάτων, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας μικρᾶς οὔσης. *Urbem invenit totam solo æquatam, et ipsum Dei templum proculcatum, paucis ædibus exceptis, et parva Dei ecclesia.* Epiph. *De pond. et mens.* Addit autem Epiphanius septem etiam Judæorum synagogas in monte Sionis, et aliquot alia ædificia ei propinqua perstitisse, quæ nobis postea exstructa videntur: cum ipse quoque Josephus testetur, nihil excidio superfuisse præter tres turres et aliquam muri partem. Quæcunque autem ædificia Adrianus ibi excitata reperit, eadem demolitus est: quod Eusebio, Hieronymo, aliisque occasionem asserendi præbuit, urbem ab Adriano etiam funditus eversam esse: quod tunc temporis fieri non potuit, cum longe antea a Tito factum fuisset. Cæterum idem Ælius Adrianus novam eodem fere in loco urbem condidit, eamque suo de nomine *Ælium* nuncupavit: cujus occasione Judæi sub Barchochebha seditiones movebant: ut Dio Cassius testatur, dicens: Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Ἀἐλίαν Καπιτωλίαν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ νεοῦ τοῦ Θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διὶ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὐτε μικρὸς, οὔτε ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ δεινόν τι ποιούμενοι τὰ ἀλλοφύλους τινὰς ἐς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὰ ἱερὰ ἀλλότρια ἐν αὐτῇ ἱδρυθῆναι. *Cum ipse autem Adrianus, Hierosolyma profectus, urbem pro ea quæ eversa fuerat, condidisset, quam etiam Ælium Capitolinam nominavit, et in loco templi Dei, alterum Jovi templum excitasset, bellum nec parvum nec exiguo temporis spatio durans movebatur. Judæi enim ægre ferebant, quod exteræ nationes suam in urbem habitatum venissent, quodque in ea externa sacra facta fuissent.* Dio Cas. in Adrian. Etiamsi autem, quod in urbibus instaurandis sæpius usu venit, hæc urbs ab Adriano condita prope pristinam Hierosolymæ sedem sita fuerit, non tamen iisdem, quibus illa, vestigiis constitit. Nonnulla enim loca, quæ intra Hierosolymam fuerunt, extra Ælium jacent. Verbi gratia mons Sion, ut aula regia decoratus, superiorem ac præcipuam urbis Hierosolymæ partem constituebat, septentrionale illius latus occupans, unde Ab. Ezra

intra urbem est, quæ hodie Hierusalem vocatur. Idem colligatur etiam e Benjaminis itinerario, in quo dicitur, ולפני ירושלם וד ציון ואין בנין בגד ציון כי אם בבנה אחת לנצרים *Et e regione Hierosolymæ est mons Sion: et nulla est in monte Sione structura præter unum Christianorum fanum.* Benjam. itin. p. 44. Ergo non tantum extra urbem, sed et nullum in eo ædificium, præter Christianorum fanum fuit, ab Adriano haud dubie nunquam exstructum. Quod etiam ex iis, quæ ex Eusebio ante citavimus, egregie confirmatur. Hic enim post Adrianum claruit; et tamen suis etiam temporibus se montem Sionem aratum et seminatum vidisse testatus est. Porro alia loca, quæ extra Hierosolyma sita fuerunt, intra Æliæ, sive urbis quæ hodie Hierusalem vocatur, muros includi, testis est, ut alios taceam, Hieronymus, sive quisquis auctor fuit expositionis locorum et urbium, quarum mentio fit in Actibus apostolorum. *Hierusalem,* inquit, *metropolis quondam Judææ, quæ nunc ab Ælio Adriano Cæsare, quod eam a Tito destructam latiore situ instauraverit, Ælia cognominata est: cujus opere factum est, ut loca sancta, id est, Dominicæ passionis et resurrectionis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejusdem urbis muro septentrionali circumdentur.* Non itaque in ipsa veteris veræque Hierosolymæ sede, sed tantum prope eam exstructa est ab Adriano Ælia, quod etiam Abulpharagius olim observavit his verbis, *Hoc anno* (quarto imperii Adriani) *prodit Hierosolymis quidam nomine Ben Cocab* (filius stellæ) *qui Judæos seduxit, prætendens se e cælo instar stellæ descendisse, quo ipsos a servitute Romanorum liberaret: quem eorum multi secuti sunt. Cujus rei nuntio ad Adrianum delato, misit ille copias, quæ ipsum interfecerunt, et expugnatis Hierosolymis Judæos perdiderunt, urbemque Hierosolymitanam penitus dirnerunt, prope eam exstructa urbe, quam Ælium Adriani appellarunt, in quam alienigenas collocarunt.* Abulph. Dynast. I. Adrianus itaque Hierosolymam proprie sic dictam non instauravit, sed aliam urbem, quæ civium Romanorum colonia esset, prope eam fundifus eversam de novo condidit, eamque suo de nomine Ælium appellavit: quo factum est, ut una cum urbe ipsum etiam Hierosolymæ nomen penitus deletum sit: usque adeo ut ipse Firmilianus, qui centum circiter post Adriani tempora annis Palæstinæ præses fuit, de urbe Hierosolyma nunquam inaudiverat; nec scivit ubi gentium sita fuerat. Cum iste enim Pamphilum martyrem interrogasset, quænam ei patria esset, hic Hierusalem sibi patriam esse respondebat, supernam scilicet sive cœlestem Hierusalem, ut notat Eusebius: Firmilianus autem ἤτις αὐτη εἴη καὶ ποῦ γῆς κειμένη ἀκριβῶς ἀπολυπραγμόνει, *quænam ea urbs esset, et ubi terrarum sita, sollicite inquirebat,* ut tradit Euseb. *De martyr. Palæst.* c. 11. Et paucis interjectis, Εἶτα πάλιν πολλάκις ἐρωτωμένου τίς εἴη καὶ ποῦ κειμένη, ἣν δὴ φράζει πόλιν, μόνων εἶναι τῶν θεοσεβῶν ταύτην ἔλεγε πατρίδα, *Interrogatus iterum atque sæpius, quænam esset illa quam dicebat civitas, eorum tantum, qui veri Dei cultores essent, hanc esse patriam respondit.* Ibid. Cum autem nihil aliud responderet, Firmilianus ratus est Christianos urbem aliquam Romanis infensam alicubi condituros esse, ἐχθρὴν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν πάντως που συστήσασθαι πόλιν Χριστιανοὺς οἰόμενος. Ibid. Unde palam est, nec nomen Hierusalem Romanis tunc dierum cognitum fuisse, nedum ipsam urbem Hierusalem ibidem exstitisse. Hinc plerique Patrum, qui post Adrianum scripserunt, suis etiam temporibus Hierusalem solo æquatam et nullam esse affirmarunt

ציון בצפון ירושלם *Sion e septentrionali latere Hierosolymæ.* Ab. Ezra in Psal. xlviii, v. 3. Verum idem mons extra Ælium sive urbem ab Adriano conditam jacet. Hoc ipsi etiam Judæi in libro cui titulus יוחסין האבות *Genealogia Patrum,* etc., agnoscunt, dicentes וסמוך לירושלם ציון שם היכ דוד עושש *Propinquus Hierosolymæ est Sion, ubi palatium Davidis, cui sit pax.* Sion igitur prope quidem, non

ἐστι τὸ παρὰ τοῦ κανόνος λεγόμενον· Ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος· καὶ ἠκουσαν μητρόπολιν εἶναι ἐν Παλαιστίνῃ οὖσαν Καισάρειαν, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν τῶν Ἱεροσολύμων ταύτης ποτὲ ἐπισκοπὴν εἶναι. Θέλει οὖν ὁ κανὼν φυλάττεσθαι τῇ μητροπόλει τὰ οἰκεῖα δίκαια, κἂν ἐκ ταύτης ἀπεσπάσθη ἡ Αἰλία, καὶ ἐτιμήθη ὁ ἐπίσκοπος αὐτῆς διὰ τὰ σωτηριώδη τοῦ Χριστοῦ πάθη. Ζήτει καὶ τὴν ἡ πρᾶξιν τῶν πρακτικῶν τῆς δ' συνόδου, καὶ μάθῃς ὅτι ἀπὸ ἀρσεκείας Μαξίμου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ Ἰουβεναλίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ἔδοξε τὸν μὲν Ἀντιοχείας ἔχειν τὰς β' Φοινίκας, καὶ τὴν Ἀραβίαν, τὸν δὲ Ἱεροσολύμων τὰς τρεῖς Παλαιστίνας. Καὶ τότε μὲν οὕτως ὡρίσθη· σήμερον δὲ ἡ τῶν πραγμάτων ἀλλαγὴ, ὡς ἔοικε, καὶ ταῦτα μετήμειψεν.

A non metropoli sua jura servari, etiamsi ab ea Ælia abstracta est, et honoratus est ejus episcopus propter salutiferam Christi passionem. Quære et 8 actionem actorum 67 quartæ synodi, et cognoscas quod Maximi Antioch. episcopi sententia, et Juvenalis Hierosolymorum episcopi, decretum est ei Antiochiæ quidem episcopus haberet duas Phœnicias et Arabiam: Hierosolymitanus vero tres Palæstinas: et tunc quidem ita constitutum est: hodie autem, rerum, ut videtur, vicissitudo hæc etiam immutavit.

ΖΩΝΑΡ. Βούλεται ὁ κανὼν τὰ παλαιὰ ἤθη κρατεῖν, ἃ καὶ κανόνες μεταγενέστεροι καὶ νόμοι πολιτικοὶ διορίζονται. Τὸν Ἀλεξανδρείας οὖν ἐπίσκοπον θεσπίζει τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει προέχειν, καὶ τὸν Ἀντιοχείας τῶν αὐτῷ ὑποκειμένων ἐπαρχιῶν, Συρίας δηλαδὴ, καὶ Κοίλης Συρίας, καὶ Κιλικίας ἑκατέρας, καὶ Μεσοποταμίας, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐξουσιάζειν χωρῶν, καθὼς καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ πρεσβεύοντι τῶν Ἑσπερίων ἄρχειν ἔθος ἐκράτησε. Καὶ τοσοῦτον βούλεται προέχειν τοὺς ἐπισκόπους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις αὐτῶν, ὥστε καθόλου δίδωσι τόπον μηδὲν χωρὶς αὐτῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν ἀναφερόμενον γίνεσθαι, ἧς τὸ μεῖζον καὶ κυριώτερον

ZONAR. Antiquas consuetudines, quod aliis B quoque posterioribus canonum legumque civilium decretis cautum est, retineri vult canon. Alexandrinum igitur episcopum, iis qui in Ægypto, Libya ac Pentapoli sunt, præsidere, Antiochenum subjectis sibi provinciis, Syriæ nimirum, Cœlesyriæ, Ciliciæ utrique, Mesopotamiæ, ac alios episcopos, in regiones quemque sibi subjectas auctoritatem exercere, quemadmodum et Ecclesiæ Romanæ præses in occidentales provincias principatum consuetudine obtinet, præesse jubet. Tantumque episcopis, in sua cuique ditione, juris esse vult, ut eorum quæ in ecclesiastica administratione versentur, nihil penitus absque illorum auctoritate transigi licere

Guill. Beveregii notæ.

Athanasius, Σημεῖον γὰρ καὶ μέγα γνώρισμα τῆς C prie Hierusalem nuncupetur. Ut Nicolaus I papa τοῦ Θεοῦ Λόγου παρουσίας τὸ μηκέτι μήτε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἑστάναι, μήτε προφήτην ἐγερθῆναι, *Signum est et magnum adventus Dei Verbi documentum, quod Jerusalem non amplius consistit, neque propheta excitatur.* Athan. *De incarnat. Verbi.* Hieronymus, *Quid hic, quod David sit proprium, continetur? urbs illa, quæ generi ejus fuit regia, capta est a Babyloniis, et eversa regni dignitatem sub dominantium jure non tenuit. Post etiam a Romanis capta et incensa, jam nulla est.* Hilar. in Psal. CXXXI. Et alibi, *Post primam Hierusalem subversionem, traductoque in Babyloniam populo captivo, ædificatam rursus eamdem civitatem fuisse, et Historia Regnorum et libri Esdræ loquuntur: sed hodie eamdem nullam esse, rerum fides edocet.* Id. in Psal. CXLVI. Eusebius nihil magis de Hierusalem, quam de Sodoma superesse indigitat, cum ejus excidium ab hujus eversione nihilo discrepare affirmat: Ὁ γοῦν ἱερὸς αὐτῶν καὶ τὸ πρὶν ἅγιος τόπος, εἰς τοῦτο νῦν περιῆλθεν, ὡς κατὰ μηδὲν τῆς Σοδόμων καταστροφῆς ἀποδεῖν. Euseb. *Demonstr. evang.* l. v, c. 23. Procopius Gazæus suis etiam diebus Hierusalem eversam jacere memorat, Ταῦτα προεῖπεν ἐπὶ τῆς Ὀζίου βασιλείας· ἐπληρώθη δὲ μερικῶς μὲν ὑπὸ Βαβυλωνίων· ἐπὶ δὲ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιορκίας ὁλοσχερῶς, ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται. Procop. in Isa. c. I. et Gregorius Nazianzenus solum ejus sua ætate vix cognitum asserit, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἴδαφος μόγις γινωσκόμενον. Nazianz. orat. 12. Sane solum, quo exstructa est Ælia, satis tunc temporis cognitum erat: non item quo vera Hierusalem, quæ propterea alio solo constiterat: ac proinde Patres Hierusalem suis diebus non exstitisse, sive nullum fuisse summo jure assernerunt. Cum enim Ælia a veteri Hierosolymæ sede dissita sit, ac a Romanis non Judæis, condita, atque alio etiam nomine appellata, alia sit civitas necesse est, ac idcirco nonnisi καταχρηστικῶς et valde improprie Hierusalem nuncupetur. Ut Nicolaus I papa Romanus observavit, *Nam vera*, inquit, *Hierusalem tantum in cœlis est, quæ est mater nostra: illa vero Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus prædixit, adeo funditus ab Helio Adriano imperatore Romano destructa est, ut in ea nec lapis super lapidem sit derelictus, et ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa: ita ut locus Dominicæ crucis extra portam, nunc intra cernatur, et a prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. respons. ad consulta Bulg. Quod etiam Gregorii Magni testimonio confirmatur, dicentis: *Hoc quoque quod additur, non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam ipsa civitatis transmigratio testatur, quia dum in eo loco nunc constructa est, ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa Hierusalem, ut dicitur, funditus est eversa.* Gregor. hom. 36. Prior igitur Hierusalem, alio, ac præsens Ælia, loco constructa est, sive in alium locum D transmigravit: ac proinde eadem civitas esse desiit, priori homine prorsus indigna; vel ut Hieronymus recte observavit: *Casuum est hodie nomen ipsius civitatis, et ab Ælio Adriano, Ælia dicitur, et cum habitatione pristina, pristinum quoque nomen amisit, ad decutiendam superbiam habitatorum ejus.* Hieron. in Jerem. c. XX. Pristina igitur habitatione sive sede hujus civitatis amissa, pristinum etiam nomen merito amittitur. Neque sane credibile est Ælium Adrianum in animo unquam habuisse, veterem Judæorum rebellium, et Romanis infensorum metropolim instaurare: nihil minus quam hoc sibi proposuit. Civitatem quidem non procul a veteri Hierosolyma condidit, sed Romanis habitandam, non Judæis, quos eam vel ingredi prohibuit; et ne vetus esse Hiernsalem censeretur, sed nova civitas ab ipso de integro excitata, novum etiam ei nomen, viz. Ælium imposuit; de quo in proximum canonem plura dicturi sumus.

patiatur. Cujus quidem præcipua, maximeque propria pars est episcoporum ordinatio. Si quis igitur, inquit, inconsulto metropolitano creatus fuerit, episcopus omnino ne sit. Nam etsi olim populi suffragiis episcopi in urbibus eligerentur, adhuc tamen post suffragium integra res ad metropolitanum deferebatur, ab eoque confirmabatur electio, et quem ille approbasset, is demum manuum impositione creabatur. Quod si in electione, subjicit canon, vere canonicæ consentientibus plurium inter se suffragiis, duo tresve contentionis studio, non aliqua certa ratione discrepent, aliisque adversati sint quod in pecuniaria quoque controversia civili lege cautum est, plurium sententia prævaleat. Quod idem undevicesimus quoque Antiochenæ synodi canon, in episcoporum dissidio servandum esse pronuntiat.

A ἡ τῶν ἐπισκόπων χειροτονία ἐστί. Λέγει τοίνυν· Εἰ γνώμης τοῦ μητροπολίτου χωρὶς κατασταίη ἐπίσκοπος, τοῦτον μὴ εἶναι ἐπίσκοπον. Κἂν γὰρ τὸ παλαιὸν τὰ πλήθη τῶν πόλεων τὸν ἐπίσκοπον ἐψηφίζοντο, ἀλλὰ καὶ τότε μετὰ τὴν ψῆφον τῷ μητροπολίτῃ τὰ περὶ αὐτῆς ἀνεφέρετο καὶ παρ' ἐκείνου ἐκυροῦντο, καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐδοκίμασεν, αὐτὸς τῆς χειροτονίας ἠξίωτο. Εἶτα ἐπάγει ὁ κανὼν ὅτι, ἐὰν ἐν τῇ ψήφῳ κανονικῇ οὔσῃ οἱ πλείονες συμφωνήσωσι, καὶ ὁμογνωμονήσωσι, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἀντιλέγωσι φιλονείκως, ἀλλ' οὐκ εὐλόγως, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐναντιῶνται, ἡ τῶν πλειόνων κρατείτω ψῆφος, ὃ καὶ ἐν χρηματικαῖς ὑποθέσεσι τοῖς πολιτικοῖς νόμοις τεθέσπισται. Καὶ ὁ ἐννεακαιδέκατος δὲ κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τὰ αὐτὰ περὶ τῆς τῶν B ἐπισκόπων ἀντιλογίας διατάττεται.

ARIST. *Super Ægyptum, Libyam et Pentapolim Alexandrinus episcopus potestatem habeat. Et Romanus super Romæ subjectos. Item Antiochenus, aliique super suos. Si quis autem fit episcopus citra metropolitani sententiam, ne sit episcopus. Quod autem multorum suffragio juxta canones factum est, si tres aliqui contradicant, nullius sint auctoritatis.*

ΑΡΙΣΤ. Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως ὁ Ἀλεξανδρείας ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν· καὶ ὁ Ῥώμης τῶν ὑπὸ Ῥώμην· καὶ ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν οἰκείων. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος τῆς τοῦ μητροπολίτου δίχα γένηται γνώμης, μὴ ἔστω ἐπίσκοπος. Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν πο. ῶν ψῆφον γινόμενον κατὰ κανόνας, εἰ τρεῖς τινὲς ἀντιλέγοιεν, εἶεν ἀβέβαιοι.

Unumquemque patriarcharum propriis privilegiis contentum esse oportet, et neminem eorum aliam provinciam, quæ antea et a principio sub sua non fuerat potestate, usurpare, hoc enim sæcularis potestatis est superbia. Oportet autem et episcopos cujusque provinciæ primum suum agnoscere, videlicet episcopum metropoli præsidentem : et sine ejus sententia episcopum non eligere. Si autem et aliquem elegerint præter sententiam illius, talem non esse episcopum. Si autem metropolitani sententia ad electionem faciendam convenientes episcopi in unam eandemque sententiam omnes non consentiant, sed nonnulli per contentionem suam aliis contradicant, plurium suffragia vincant. Quære et synodi Ephesinæ canonem octavum, apostolorum canonem 34, synodi Antiochenæ canon. 9, synodi Constantinopolitanæ can. 2 et 3, et synodi Sardicensis canonem 3.

Ἕκαστος τῶν πατριαρχῶν τοῖς ἰδίοις προνομίοις ἀρκεῖσθαι ὀφείλει, καὶ μή τινα τούτων ἐπαρχίαν ἑτέραν, οὐκ οὖσαν ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα, ὑφαρπάζειν· τοῦτο γὰρ τῦφός ἐστι κοσμικῆς ἐξουσίας. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἐπαρχίας τῶν ἑαυτῶν πρῶτον ἐπιγινώσκειν, ἤγουν τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον· καὶ δίχα γνώμης αὐτοῦ ἐπίσκοπον μὴ ψηφίζεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ψηφίσονταί τινα παρὰ γνώμην αὐτοῦ, τὸν τοιοῦτον μὴ εἶναι ἐπίσκοπον. Εἰ δὲ γνώμῃ τοῦ μητροπολίτου οἱ ἐπίσκοποι, συνελθόντες ἐπὶ τῇ ψήφῳ ποιήσασθαι, εἰς τὴν αὐτὴν καὶ μίαν οὐ συνέλθωσι πάντες γνώμην, ἀλλὰ δι' οἰκείαν φιλονεικίαν τινὲς ἀντιλέγουσιν· ἡ τῶν πλειόνων κρατείτω ψῆφος. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανόνα ὄγδοον, ἀποστόλων κανόνα λδ', συνόδου Ἀντιοχείας κανόνα β' καὶ γ', καὶ συνόδου Σαρδικῆς κανόνα τρίτον.

68 CANON VII.

Quoniam obtinuit consuetudo et antiqua traditio, ut, qui est in Ælia episcopus, honoretur, habeat

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

Ἐπειδὴ συνήθεια κικράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ (51) ἐπίσκοπον τιμᾶ-

Guill. Beveregii notæ.

(51) *Τὸν ἐν Αἰλίᾳ.* Ælium Adrianum Hierusalem a Tito subversam non instaurasse, sed aliam alio in loco ei propinquo civitatem de novo condidisse, in ultimis ad præcedentem canonem annotationibus satis superque ostensum est. Restat adhuc, ut de nomine hujus urbis ab eo constructæ pauca annotemus. Itaque Dio Cass. in Vita Ælii Adriani, eum hanc urbem a se conditam Αἰλίαν Καπιτωλίναν *Ælium Capitolinum* nominasse scribit. Sic etiam a Ptolemæo vocata traditur, Ἱεροσόλυμα ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλίνα. Sic etiam in *Pandectis* dicitur, *In Palæstina duæ fuerunt coloniæ, et Cæsariensis et Ælia Capitolina.* l. 1, sect. 6 ff. *De censibus.* Nimirum *Ælia* ab Ælio Adriano conditore ; *Capitolina* autem a templo Jovi *Capitolino* ibi dedicato vocatur. Sæpius autem hæc civitas simpliciter *Ælia* appellatur, et ita a conditore nominatam plerique tradunt. Epiphanius, Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ὠνόμαστο Αἴλιος Ἀδριανός, οὕτως καὶ τὴν πόλιν ὠνόμασε Αἰλίαν. Epiph. *De pond. et mens.* Eusebius, Ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορεύεται. Euseb. Hist. Eccles. l. iv. c. 6. Hieronymus, *Ab Ælio Adriano, Ælia dicitur.* Hieron. in Jer. c. 20. Theodoretus : Ἀλλὰ πάλιν Ἀδριανὸς αὐτοῖς στασιάσασι παντελῆ ἐπήγαγεν ὄλεθρον· καὶ αὐτὴν δὲ τῆς πόλεως τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξεν, ἐκ τῆς οἰκείας ἐπωνυμίας ταύτην καλέσας· Αἰλία γὰρ ἐκεῖθεν προσηγορεύθη· Αἴλιος γὰρ ἐπίκλην ὠνομάζετο.

σθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει (52) σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἡρμηνεύθη ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ἕκτῳ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Ὥσπερ τῷ Ἀλεξανδρείας καὶ τῷ Ἀντιοχείας ὁ πρὸ τούτου κανὼν τὰ πρεσβεῖα ἐν ἐπαρχίαις αὐτῶν ἀπένειμεν, οὕτως ὁ παρὼν κανὼν τῷ τῆς

A honoris consequentiam, metropoli propria dignitate servata.

BALS. Præsens canon expositus fuit in sexto canone, qui est ante ipsum.

ZONAR. Quemadmodum superiori canone, Alexandrino, Antiochenoque patriarchæ sua in ipsorum provinciis privilegia decreta sunt, sic Æliano epi-

Guill. Beveregii notæ.

Theodoret. in Isa. cap. VI. prope finem. Cedrenus : Κτίζει νέαν Ἱερουσαλήμ, ἣν δὴ καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Cedren. Chronicon Alexandrinum, καὶ ἐπέθηκε τὸ ὄνομα τῇ πόλει, Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐλέγετο. Chron. Alex. ad olymp. 224. Miito Zonaram, in Annal., Nicephor. CP. aliosque cum Balsamone in præcedentem canonem sentientes. Nonnunquam corrupte Helia dicitur. Hieronymus, *Et templum toto orbe celebratum in sterquilinium urbis novæ, quæ a conditore appellatur Helia.* Hieron. in Isa. cap. LXIV. Nicolaus I : *Et a prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. resp. ad consult. Bulgar. Et quidem ut hæc civitas Ælia primo a conditore appellata est, sic et diu postea ab aliis audivit. Eusebius : Εἰσέτι νῦν στῆλαι διαφανεῖς ἐν προαστείοις δείκνυνται τῆς νῦν Αἰλίας. Euseb. *Histor. eccles.* l. II, c. 12. Et alibi, Αἳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ. Ibid. l. VI, c. 20. Sic Mazabanem dicit episcopum fuisse ἐν Αἰλίᾳ. L. VII, c. 5, et Valentem τῶν ἀπὸ Αἰλίας διάκονον. Id. *De martyr. Palæst.* cap. 11, ita etiam Chrysostomi ætate vocata est, qui hæc habet : Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν. Ἐκεῖθεν Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν. Chrysost. *Advers. Judæos,* λογ. γ′, et diutius adhuc usque ad Eutychii patriarchæ Alexandrini tempora, ut ipse testatur dicens Adrianum jussisse : *Urbem de imperatoris nomine Æliam appellari. Quare ab eo tempore usque ad hunc diem Ælia vocatur.* Eutych. Annal. tom. I, p. 354. Et quod imprimis observandum est, ab universa Ecclesia hoc canone ita nuncupatur. Unde etiam colligatur, hoc commune tunc temporis ac ubique receptum esse hujus civitatis nomen; quod ab ipso urbis exordio, usque ad conventus hujus Nicæni tempora solum obtinuit; neque enim antea aliter a quopiam appellatam memini. Quandoquidem autem honor episcopo hujus civitatis disertis verbis hic tribuatur, ut celeberrimum illud Martyrium ibidem in Dominicæ resurrectionis loco iisdem temporibus a Constantino exstructum sit, hinc paulatim evenit, ut episcopi hujus urbis se altius extollere cæperint, et sedem suam non Æliam, sed Hierusalem, cui propinqua erat, vocitarunt : ut majorem nimirum reverentiam et honorem sibi conciliarent. Quo factum est, ut pristinum ejus nomen Ælia pedetentim evanuerit, et alterum Hierusalem, sæpius quidem, sed magis improprie a recentioribus usurpatum fuerit.

(52) Τῇ μητροπόλει. Balsamon et Aristenus in suis ad hunc canonem scholiis consentiunt, metropolim Palæstinæ sive Judææ tunc temporis Cæsaream fuisse. Zonaras autem : Τινὲς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι τὸν κανόνα. Et hoc quidem extra dubium est, Cæsaream hujus concilii temporibus, et diu postea, pariter atque antea, Palæstinæ, primæ præsertim, in qua sita est Hierosolyma, metropolim exstitisse. Gregorius Nazianzenus eam suis etiam diebus metropolim fuisse docet : quippe qui de Basilio magno loquens, ait : Ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν ἐπείγεται, τῶν τῇ δὲ μεθέξων παιδευτηρίων· ταύτην δὲ λέγω τὴν περι-

B φανῆ τε καὶ ἡμετέραν· ἐπεὶ καὶ τῶν ἐμῶν λόγων αὕτη καθηγεμὼν, καὶ διδάσκαλος τὴν οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολιν, ἢ τῶν πόλεων ὧν ὑπῆρχεται, *Cæsaream, ut scholarum urbis illis particeps esset, contendit, hanc inquam, illustrem civitatem, et nostram (nam meorum quoque studiorum dux et magistra exstitit) non minus litterarum et doctrinæ, quam urbium, quibus præcellit, metropolim.* Greg. Naz. orat. 20. Ipse etiam Josephus eam μεγίστην τῆς τε Ἰουδαίας πόλιν, *Maximam Judææ civitatem* vocat, Joseph. *De bell. Jud.* l. III, κεφ. ιη′. Tacitus autem suo tempore *Judææ caput* fuisse affirmat. *Haud dubia destinatione,* inquit, *discessere Marianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream : illa Syriæ, hæc Judææ caput est.* Cornel. Tacit. Hist. l. II. Quomodo autem metropolis evasit, Justinianus haud obscure docet; cujus dignissima sunt verba hic ascribi. *Venit autem,* inquit, *nobis in mentem et metropolis Cæsarea, quæ in prima Palæstina principatum tenet, quam præ cæteris majore etiam honore verfrui oportebat : propterea quod et quondam procuratoribus ipsum tenuit, et præfectus talis magistratus fuit, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem transierit. Nimirum cum una prius tota Palæstina esset, ea deinde in tres divisa partes, et neque consulatum retinens, sed ad magistratum hunc (ut appellant, ordinarium delata. Quanquam sane et vetusta*

C *urbs sit, et semper ampli nominis fuerit, tam cum Strato eam in formam urbis redegit, qui mutatis sedibus excedens Græcia hujus conditor exstitit : quam cum divæ memoriæ Vespasianus, celebratissimus ille imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam vel solum potuit sufficere, ipsorum Cæsarum appellatione eam nominavit, cum antea Stratonis turris vocaretur : hoc illi honore impenso, et quod in ea post Judaicas victorias inter imperatores ascriptus esset.* Justin. novel. 103, in præf. Sane communis est constansque veterum historicorum traditio, non Vespasianum, sed Herodem hanc civitatem *Cæsaream* primum nominasse, ut fusius mox ostendemus. Sed Vespasianus eo postea Coloniam deduxit, unde in *Pandectis, Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit.* L. ult. *ff. de censibus* : et idcirco tunc temporis, post

D Hierosolyma totius Judææ metropolis erat, nam μεγάλη πόλις καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις dicitur, Joseph. *De bello Jud.*, lib. VII. κεφ. λδ′. et a Philone Judæo, Μητρόπολις οὐ μιᾶς χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων. Phil. *De legat. ad Caium.* Cum autem hæc pristina Judææ metropolis funditus eversa fuisset, vel saltem excidio devota, nova crearetur necesse erat. Verum Cæsarea μεγίστη τῆς Ἰουδαίας πόλις erat, ut Josephus loco ante citato tradidit, ac proinde aptissima pariter ac dignissima, quæ Hierosolymæ metropolis honore succederet. Cum Vespasianus itaque, ut e Justiniani verbis supra laudatis constat, in ea post Judaicas victorias inter imperatores ascriptus esset, eam non Cæsaris appellatione, quam ante habuit, sed potius metropolis nomine honorasse videtur; quod ex eo etiam magis elucescit, quod Vespasiani ipsius temporibus *Caput Judææ* a Tacito nuncupetur, loco supra laudato.

scopo honorem in sua ditione habendum, suaque dignitate Hierosolymorum urbem, quæ Ælia dicitur, quippe quæ inter alias Palæstinæ, Arabiæ, Phœniciæque urbes excellat, honestandam esse hic canon constituit. Ut enim hoc tempore, sic olim quoque regio illa universa Palæstinæ nomen obtinuit. Urbs vero ipsa jam inde ab antiquissimo tempore, Solyma ac Jebus dicta, deinde Hierosolyma appellata fuit. Captam vero a Romanis et eversam, cum Romanorum imperator Adrianus instaurasset, Æliamque de suo nomine, (Ælius siquidem ipse Adrianus vocatus) nuncupasset, id postea illa nomen obtinuit : nonnulli tamen hic metropolim, Cæsaream nominare canonem affirmant; Cæsaream vero in Palæstina sitam, Stratonis cognomine antiquis dictam.

ARIST. *Episcopus Æliæ honoretur, servata metropoli sua dignitate.*

Novella 123, in primo titulo primi libri posita,

A Αἰλίας ἐπισκόπῳ τιμὴν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐπαρχίᾳ ἐπενηφίσατο, καὶ σώζεσθαι τῇ τῶν Ἱεροσολύμων πόλει, ἥτις Αἰλία λέγεται, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα διωρίσατο ὡς ὑπερκειμένῃ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ πόλεων, καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ Φοινίκῃ. Καὶ πάλαι μὲν γὰρ καὶ νῦν ἡ χώρα πᾶσα ἐκείνη Παλαιστίνη ὠνόμαστό τε καὶ ὀνομάζεται· ἡ δὲ πόλις τὸ μὲν ἀρχαιότατον Σόλυμα καὶ Ἰεβοῦς ἐκαλεῖτο, ὕστερον δ' ἐκλήθη Ἱεροσόλυμα. Μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ κατασκαφῆναι, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἀδριανὸς, ἀνεγείρας τὴν πόλιν, Αἰλίαν αὐτὴν ἐπωνόμασεν ἀπὸ τῷ οἰκείῳ ὀνόματι. Αἴλιος γὰρ Ἀδριανὸς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο, καὶ οὕτως ἐχρημάτιζε. Τινὲς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι τὸν κανόνα· Καισάρειαν δὲ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ, ἥτις τὸ παλαιὸν Στράτωνος

B ἐκαλεῖτο (53).

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐπίσκοπος Αἰλίας τιμάσθω, σωζομένου τῇ μητροπόλει τοῦ αὐτοῦ ἀξιώματος.*

Ἡ ἑκατοστὴ εἰκοστὴ τρίτη Νεαρὰ ἡ ἐν τῷ πρώτῳ

Guill. Beveregii notæ.

ZONAR. Cum iis qui lapsi fuerant, ad constitutas pœnas, certa quoque tempora communione abstinendi sancti Patres definivissent, iisdem nihilominus in extremo vitæ discrimine positis, quamvis multæ nomine communione interdictum sit, sacramenta impartiri, ut eo quasi viatico instructi decedant, nec ea quæ ex illis efficitur sanctitate priventur, hoc canone Patres jubent. Si cui vero in eo vitæ discrimine, communio quasi morienti concessa est, seque is postea morti subtraxerit, cum fidelibus quidem orare, non tamen iterum communicare sacramentis licebit. Et vere quicunque in extremo spiritu, inquit canon, luendis pœnis obnoxius, sanctæ oblationi communicare se velle ostendit, ei cum approbatione episcopi, hoc est, re per illum examinata et probata, fiat facultas.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐξοδευόμενοι κοινωνείτωταν· εἰ δέ τις αὐτῶν ὑγιάνοι, ἔστω μετὰ τῶν τῆς εὐχῆς D κοινωνούντων καὶ μόνον.*

ARIST. *Vita excessuri communicent. Si quis autem eorum convalescat, cum iis sit qui precum sunt participes et cum iis solum.*

Guill. Beveregii notæ.

(60) *Εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχών.* In Joannis Antiocheni Collectione canonum πάλιν hic non legitur : et post τυχών additur καὶ προσφορᾶς μετασχών, Joh. Antioch. Coll. can. tit. 18 : quæ verba vetus etiam interpres legit, veritique et *oblatione percepta* can. 12, necnon Dionysius Exiguus, qui transtulit, *oblationisque particeps factus.*

(61) *Μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω.* Verbum ἔστω, quod hic in fine, in Joh. Antioch. Collectione tit. 18, initio horum verborum collocatur, quibus etiam alia additur, hic desiderata nimirum, ἄχρις ἂν πληρωθῇ ὁ ὁρισθεὶς ὑπὸ τῆς μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου χρόνος, *quousque adimpletur tempus a magno et universali concilio definitum.* Hæc autem, nec a veteri interprete, nec a Dionysio Exiguo, nec ab Isidoro Mercatore leguntur : sed Balsamon ea legisse videtur, eo quod constitutum hic asserat, eum qui post receptam communionem convalescit, sacramenta non assequi εἰ μὴ πληρωθῇ πάντως ὁ νενομισμένος χρόνος τοῦ ἐπιτιμίου. Et quidem, etiamsi ferta non essent, necessario tamen intelligenda sunt. Sacramenta enim tunc temporis recepta, nulli esse possunt pœnitentibus impedimento, quominus post elapsum pœnitentiæ tempus ad communionem admittantur.

Omnis fidelis in extremo spiritu boni viatici particeps fiet, sanitati autem restitutus cum iis erit qui orationum sunt participes, sed divinorum sacramentorum partem non habebit. Sed expleto tempore quo in orationibus consistere debet, postea et illa gratia dignus habebitur.

A Πᾶς πιστὸς (62) ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς γινόμενος τοῦ ἀγαθοῦ ἐφοδίου ἐπιτεύξεται. Ὑγιὰς δὲ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῶν εὐχῶν ἔσται· οὐ μέντοι γε καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μετάσχοι· ἀλλὰ πληρώσας ἐν ταῖς εὐχαῖς τὸν τῆς συστάσεως χρόνον, ἔκτοτε καὶ τῆς χάριτος ταύτης ἀξωθήσεται.

CANON XIV.

De catechumenis, et qui lapsi sunt, visum est sanctæ et magnæ synodo, ut ii tribus annis tantum audientes, postea orent cum catechumenis.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε, τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

BALS. Eum qui ex infidelitate ad veram fidem accessit, et initiatus est : et post initiationem aberravit, et priorem superstitionem repetiit, non simpliciter ad catechumenorum locum rursus recipi redeuntem sancti Patres definiunt : sed prius triennio extra templum stare cum audientibus : eo autem impleto, in priorem statum et ordinem catechumenorum recipi.

B

ΒΑΛΣ. Τὸν ἐξ ἀπιστίας τῇ ἀληθεῖ πίστει προσελθόντα, καὶ κατηχηθέντα, καὶ μετὰ τὴν κατήχησιν πλανηθέντα, καὶ τὴν πρώτην θρησκείαν ζητήσαντα, μὴ ἁπλῶς δέχεσθαι εἰς τὸν τόπον τῶν κατηχουμένων, πάλιν ὑποστρέφοντα, οἱ ἅγιοι Πατέρες διορίζονται, ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἑστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων· πληρωθείσης δὲ ταύτης, ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν πρατέραν τάξιν καὶ στάσιν τῶν κατηχουμένων.

ZONAR. Qui ob fidei amplectandæ studium inter catechumenos relati, postea lapsi fuerunt, eos ordine et statione catechumenorum movendos esse, ac triennium inter audientes exigere, eo elapso, priorem ordinem et 75 stationem repetere, et cum catechumenis orare, sanctorum Patrum decreto cautum est.

ΖΩΝΑΡ. Ἐάν τινες προσελθόντες τῇ πίστει, καὶ γενόμενοι κατηχούμενοι, παραπίσωσιν, ὑποβάλλεσθαι τῆς τάξεως καὶ τῆς στάσεως τῶν κατηχουμένων ὥρισθησαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ ἐν τῷ τῶν ἀκροωμένων ἐπιτιμίῳ γίνεσθαι ἐπὶ τριετίαν, εἶτα πάλιν ἐπανέρχεσθαι πρὸς τὴν προτέραν τάξιν καὶ στάσιν, καὶ συνεύχεσθαι τοῖς κατηχουμένοις.

ARIST. *Si quis catechumenus lapsus fuerit, tres iste annos audiat idque solum, deinde cum catechumenis oret.*

C

ΑΡΙΣΤ. *Εἴ τις παραπέσοι κατηχούμενος, οὗτος τρισὶν ἀκροάσθω καὶ μόνον· εἶτα μετὰ τῶν κατηχουμένων εὐχέσθω.*

Duæ sunt species catechumenorum : nonnulli enim modo advenerunt, alii evaserunt perfectiores, in fide sufficienter initiati. Perfectior itaque catechumenus lapsus et peccans sine reprehensione non relinquitur, tametsi sacrum baptisma ad omnem diluendam sordem sufficiens sit, sed inter audientes collocatur, et post triennium cum catechumenis rursum precatur. Quære et synodi Neocæsariensis can. 5.

Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων. Οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, οἱ δὲ γεγόνασι τελεώτεροι, ἐν ἱκανῷ τὰ τῆς πίστεως μυηθέντες. Ὁ γοῦν τελεώτερος κατηχούμενος, παραπεσὼν καὶ ἁμαρτήσας ἀνεπιτίμητος οὐκ ἔσται, κἂν καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἱκανόν ἐστι πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀποπλῦναι· ἀλλὰ μετὰ τῶν ἀκροωμένων συντάττεται, καὶ μετὰ τριετίαν μετὰ τῶν κατηχουμένων αὖθις συνεύχεται. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ε'.

CANON XV.

Propter multum tumultum, et seditiones quæ fiunt, omnino visum est, ut consuetudo quæ præter canonem in nonnullis partibus invenitur, tollatur, ut a D *civitate in civitatem nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus transeat. Si quis autem post sanctæ et magnæ synodi definitionem tale quidpiam aggressus fuerit, vel se vel ejusmodi dederit, quod factum erit omnino infirmabitur, et ecclesiæ restituetur cui episcopus vel presbyter ordinatus fuerit.*

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας ἔδοξε πανταχοῦ περιορισθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. Εἴ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον τοιοῦτό τινι ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἑαυτοῦ ἐστιν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξ ἅπαντος τὸ ὑπ' αὐτοῦ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.

Guill. Beveregii notæ.

62) *Πᾶς πιστός.* Hic erratum in Aristeni scholiis irrepsisse nemo ambigat. Canon enim, non de fidelibus, sed tantum de lapsis, et pœnitentiam in exitu vitæ agentibus loquitur. Et præterea πᾶς πιστὸς, *omnes fideles* etiam sanitati restituti sacramentorum participes erunt; contra ac hic asseritur : quod itaque codici ms. quo usi sumus, potius quam ipsi Aristeno attribuendum est. Neque enim hæc tam obvia Aristenum latere potuerunt.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν ἀποστολικὸς ιε' κανών, Μηκέτι λειτουργείτω, φησίν, ὁ κληρικὸς ὁ παρὰ γνώμην τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθιστάμενος· ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ἐπισκόπων διοριζόμενος ἄκυρον εἶναί φησι τὸ παρὰ ταῦτα ἴσως γενησόμενον.

Ἑτέρα ἐρμηνεία.

Τοῦ τὸ ἀποστολικοῦ κανόνος τὴν μὲν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν ἐπίδασιν ἤτοι ἐπιπήδησιν τῶν ἐπισκόπων κωλύοντος, τὴν δὲ μετάθεσιν ἐπιτρέποντος διὰ μεγάλην καὶ εὔλογον αἰτίαν· καὶ τοῦ ιϛ' κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διοριζομένου τὸν σχολάζοντα ἐπὶ σχολάζουσαν μεταβαίνειν μετὰ διαγνώσεως καὶ παρακλήσεως τελείας συνόδου· ὡσαύτως καὶ τοῦ α' καὶ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου μεγάλως κολαζόντων τὸν διὰ μεθόδου καὶ οἰκονομίας φαύλης τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν καταλιμπάνοντα, καὶ μείζονα ἐκκλησίαν ἁρπάζοντα, καὶ τοῦ παρόντος ιε' κανόνος τῆς α' συνόδου παντάπασι μὲν κωλύοντος τὴν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάβασιν τῶν ἐπισκόπων, τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν διακόνων, μὴ κολάζοντος δὲ ταύτην, ἀλλὰ διοριζομένου ἀκυροῦσθαι τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκαθίστασθαι τῇ πρατίρᾳ ἐκκλησίᾳ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ τὸν πρεσβύτερον, ἢ τὸν διάκονον εἰς ἣν ἐχειροτονήθησαν, εἶπου τις ἐναντιοῦσθαι τοὺς κανόνας ἀλλήλοις, ἄλλα καὶ ἄλλα θεσμοθετοῦντας. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Διαφορὰ γάρ ἐστιν ἀλλήλοις μεταθέσεως, μεταβάσεως, καὶ ἐπιβασίας. Μετάθεσις γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μενένειξις, ὅταν τυχὸν ἐπίσκοπος παντοίᾳ σοφίᾳ κεκοσμημένος μετακληθῇ παρὰ πλήθους ἐπισκόπων εἰς μείζονα ἐκκλησίας χηρευούσης βοήθειαν κινδυνευούσης περὶ τὴν εὐσέβειαν. Οἷόν τι γέγονεν εἰς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, ἀπὸ τῶν Σασίμων εἰς Κωνσταντινούπολιν μετατεθέντα. Καὶ ἔστιν αὕτη συγχωρητέα, καθὼς παρίσταται ἀπὸ τοῦ τὸ κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Μεταβάσεις ἐστιν, ὅταν τις σχολάζων, θηλονότι μὴ ἔχων παροικίαν, ὡς ὑπὸ ἐθνῶν κατεχομένην, ἀναγκασθῇ παρὰ ἐπισκόπων πολλῶν εἰς σχολάζουσαν ἐκκλησίαν μεταβῆναι διὰ τὸ περὶ τὴν ὀρθοδοξίαν καὶ τὰ λοιπὰ ἐκκλησιαστικὰ χρησιμώτατον αὐτοῦ. Καὶ ἔστι καὶ αὕτη δεκτέα παρὰ τοῖς θείοις κανόσι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων. Ἐπίβασις δέ ἐστιν ἡ αὐτόνομος ἢ καὶ μετὰ οἰκονομίας φαύλης τοῦ σχολάζοντος, ἢ καὶ τοῦ ἔχοντος ἐκκλησίαν ἐπισκόπου, πρὸς χηρεύουσαν ἐκκλησίαν παράλογος μετένειξις· ἣν τοσοῦτον οἱ ἐν Σαρδικῇ συνελθόντες ἅγιοι Πατέρες ἐβδελύξαντο, ὥστε καὶ ἀκοινώνητον εἶναι παντὶ Χριστιανῷ τὸν ἐργάτην ταύτης διωρίσαντο, καὶ μηδὲ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀνακύσεσι λαϊκῆς κοινωνίας ἀξιοῦσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ ιε' κανὼν τῆς α' συνόδου, περὶ μηδενὸς τοιούτου μνείαν ποιούμενος, οὐδ' ἐναντιοῦται τινι τῶν ἀνωτέρω κατεστρωθέντων κανόνων. Οὔτε γὰρ περὶ μεταθέσεως, οὔτε περὶ μεταβάσεως, οὔτε περὶ ἐπιβασίας διδάσκει· ἀλλὰ κωλύει τὸ μεταπίπτειν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἑτέραν ἀνήκουσαν τῇ αὐτῇ παροικίᾳ, ὥσπερ ποτὲ ὁ

BALS. Apostolicus quidem decimus quintus canon, Ne amplius ministret, inquit, clericus qui præter proprii episcopi sententiam, a civitate in civitatem transit. Præsens autem canon eadem etiam de episcopis definiens, irritum esse statuit quod præter hæc fortasse factum fuerit.

Altera expositio.

Cum 14 canon apostolicus a parochia in parochiam invasionem seu irruptionem prohibeat: translationem autem propter magnam et honestam causam permittat, et 16 canon Antioch. synodi decernat, ut qui vacat in vacantem ecclesiam transeat, cum dijudicatione et examinatione perfectæ synodi: similiter primus et secundus canon Sardic. synod. eum valde puniat qui improba via ac ratione, eam quæ ipsum sortita est, relinquit, et majorem ecclesiam occupat et arripit: et præsens 15 canon primæ synodi transitum episcoporum, presbyterorum et diaconorum a civitate in civitatem omnino prohibeat, eum autem non puniat, sed irritum esse decernat id quod factum fuerit, et priori ecclesiæ restitui episcopum et presbyterum, vel diaconum, in quam ordinati erant, dixerit quispiam canones sibi invicem repugnare, ut alia atque alia sancientes. At non ita est. Nam est differentia inter translationem, transitionem et invasionem. Translatio enim est, quæ fit a parochia in parochiam traductio: quando fortasse episcopus varia ac multiplici scientia instructus ab episcoporum multitudine, in majus ecclesiæ viduæ de vera religione in periculum adductæ, auxilium accersitus fuerit. Quod magno Gregorio Theologo usu venit, qui a Sasimis Constantinopolin translatus est: et ea est permittenda, quandoquidem a sanctorum apostolorum 14 canone inducitur. Transitio est, quando vacans videlicet quispiam, non habens parochiam quæ a gentilibus detinetur, a multis episcopis in vacantem ecclesiam transire coactus fuerit propter ejus in recta de fide sententiam et reliquis ecclesiasticis utilitatem: et est hæc quoque suscipienda a divinis canonibus sanctorum Patrum qui in Antiochia convenerunt. Invasio autem est libera, vel etiam cum malis artibus improbo que consilio, ejus qui vacat, vel qui etiam habet ecclesiam episcopi, ad viduam ecclesiam injusta aggressio. Quam, qui in Sardic. synodo 76 convenerunt sancti Patres, adeo adversati sunt, ut qui eam admiserit, eum cum nullo posse Christiano communicare statuerint, et nec in extremo quidem spiritu eum laica communione dignum censuerint, 15 autem primæ synodi canon de nullo ejusmodi mentionem faciens, nulli eorum, qui superius positi sunt, canoni adversatur: neque enim de translatione, nec de transitione, nec de invasione docet: sed prohibet episcopum, vel presbyterum, vel diaconum ab urbe in urbem ad suam parochiam pertinentem transmeare ac transilire, sicut ille Derci episcopus dominus Joannes, conatus est Derci thronum trans-

ferre in Philippopolim, in qua superiorem ipse jurisdictionem habeat, eo quod esset illa frequentior, et fuit synodice prohibitus. Propterea enim non punitur hæc conatus episcopus, sed in priorem suam cathedram reducitur. Quod hoc autem verum sit, ex ipsis canonis verbis declaratur, quæ civitatis meminerunt, non parochiæ. Ut idem enim episcopus multas quidem habeat civitates intra limites ejus, fieri potest : sed nequaquam ut multas parochias seu diœceses. Sed et ex eo quod canon presbyterorum et diaconorum meminit, evidenter veritas ostenditur. Quæ enim translatio, vel transitio, vel invasio in his unquam potest tractari? Nulla omnino : sed sola transmutatio ab urbe in urbem, non alienam, sed ad parochiam, in quam ordinati sunt pertinentem, et propterea non deponuntur, ut qui extra fines suos sacra fecerint, sed ecclesiæ, ad quam ordinati sunt, restituuntur.

ZONAR. Ne ex alia ecclesia in aliam, episcopus, presbyter, aut diaconus migret sanctorum quoque apostolorum decreto constitutum est. Sed neglectam et contemptam constitutionem hoc canone synodus restituit : ac sive de migrando e civitate in civitatem aliam episcopus quispiam, presbyter, aut diaconus cogitarit, sive reipsa migrarit, cogitataque perfecerit, irritum id haberi, cuique primo ecclesiæ ordinatus est ad eam restituendum esse decernit. Neque enim licere cuipiam absolute ac sine nomine sed certo vel episcopatui, vel ecclesiæ, vel monasterio nominatim addictum ordinibus insigniri, altero canone definitum est.

ARIST. *E civitate in civitatem neque episcopus, nec presbyter, nec diaconus transiliat. Alioquin ecclesiis in quibus ordinati sunt, rursus restituuntur.*

Hic canon non tantum episcoporum translationes omnino tollit, sed et presbyterorum et diaconorum, et eos quoque qui tale quid facere vel aggrediuntur, restituit rursum ecclesiis in quibus ordinati fuere. Primus autem et secundus in Sardica canon eos severius punit, excommunicationis supplicio eos subjiciens.

CANON XVI.

Quicunque temere et inconsiderate, nec Dei timorem pra oculis habentes, nec ecclesiasticum canonem scientes, presbyteri vel diaconi, vel quicunque omnino in canone recensentur, ab ecclesiis secesserint, ii in aliena ecclesia nullo modo recipi debent, sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire. Vel si perseverent, eos a communione separatos esse oportet. Sin autem etiam ausus fuerit quispiam eum qui ad alium pertinet, subripere, et in ecclesia sua ordinare, non consentiente proprio episcopo, a quo recessit qui in canone recensetur, irrita sit ordinatio.

ἐπίσκοπος; Δέρκου ἐκεῖνος; κύριος Ἰωάννης ἐπιχείρησε τὸν θρόνον τῆς Δέρκου μεταγαγεῖν εἰς τὸ τοῦ Φιλέα πρωτοπαπαδίκιον αὐτοῦ, διὰ τὸ πολυανθρωποτέραν εἶναι, καὶ ἐκωλύθη συνοδικῶς. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ κολάζεται ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐπίσκοπος, ἀλλὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ καθέδραν ἐπανάγεται. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, δηλοῦται καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος, πόλεως μεμνημένου καὶ οὐχὶ παροικιῶν. Τὸν αὐτὸν γὰρ καὶ ἕνα ἐπίσκοπον πολλὰς μὲν πόλεις ἔχειν ὡς ἐνοφίαν δυνατόν ἐστι, πολλὰς δὲ Παροικίας; οὐδαμῶς. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι τὸν τοιοῦτον κανόνα πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐναργῶς παρίσταται ἡ ἀλήθεια. Ποία γὰρ μετάθεσις ἢ μετάβασις ἢ ἐπίβασις ἐπὶ τούτων τραπεζεῖσθαι τυγχάνει; πάντως οὐδεμία· μετάπτωσις δὲ μόνη ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ. εἰς ἣν ἐκληρώθησαν, ἀνήκουσαν. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ καθαιροῦνται ὡς παρ' ἐνοφίαν ἱερουργήσαντες, ἀλλὰ τῇ πρεπούσῃ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν καὶ χειροτονήθησαν, ἀποκαθίστανται.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ μὴ μετιέναι ἐξ ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν ἐπισκοπὴν, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, καὶ τοῖς ἁγίοις κεκανόνισται ἀποστόλοις. Ἀλλὰ παραρῶμενον καὶ καταφρονούμενον τὸ διάταγμα ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ἀνεκαίνισε, διορισαμένη, κἂν ἐπιχειρήσῃ μεταβῆναι ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν πόλιν ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, κἂν μεταβαίνῃ, καὶ εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὸ ἐπιχείρημα, ἀκυροῦσθαι τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, καὶ ἀποκαθίστασθαι ἐν ᾗ χειροτονούμενος ὠνομάσθη· ἑτέρῳ γὰρ κανόνι διατάττεται μηδένα ἀπολελυμένως, ἤγουν ἀνωνύμως, χειροτονεῖσθαι, ἀλλ' εἰς τήνδε τὴν ἐπισκοπὴν, ἢ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ τὴν μονήν.

ΑΡΙΣΤ. *Ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μήτε ἐπίσκοπος, μήτε πρεσβύτερος, ἢ διάκονος μετεβαινέτω· εἰ δὲ πόλιν ἀποδοθήσονται ταῖς ἐκκλησίαις ἐν αἷς κεχειροτόνηνται.*

Κανὼν οὗτος οὐ μόνον τὰς τῶν ἐπισκόπων μεταθέσεις παντελῶς ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας τοιοῦτόν τι ποιῆσαι ἀποκαθιστᾷ πάλιν ταῖς ἐκκλησίαις ἐν αἷς κεχειροτόνηνται· ὁ δὲ τῆς ἐν Σαρδικῇ πρῶτος καὶ δεύτερος κανὼν αὐστηροτέρως αὐτοὺς τιμωρεῖ, ἀκοινωνησίας τούτους ὑποβάλλων ἐπιτιμίῳ.

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

Ὅσοι ῥιψοκινδύνως μήτε τὸν φόβον τοῦ θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ· ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρή, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ ἐκπίπτοντας ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. Εἰ δὲ καὶ ταλμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ ὑπαγόμενον, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συνεπαινεθέντος τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ ιε' κανόνος παριστᾶται ὅτι πάντες οἱ χειροτονούμενοι ἢ εἰς ἐπισκοπὰς ἐκληροῦντο, ἤτοι ἐχειροτονοῦντο, ἢ εἰς μοναστήρια, ἢ εἰς θείους ναούς· ὅθεν ἀκολούθως τούτῳ καὶ ὁ ς' κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ ὁ ι' ὁρίζονται οὕτω τοὺς κληρικοὺς γίνεσθαι, καὶ τὴν παρὰ ταῦτα γενησομένην χειροθεσίαν ἀκυροῦσθαι. Διὸ καὶ δέδοκται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ κληρικὸν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μεταβαίνειν καὶ ἀμείβειν τὸν κλῆρον ἄνευ γραφῆς ἀπολυτικῆς τοῦ χειροτονήσαντος τοῦτον. Τοὺς δὲ μεταπαλουμένους κληρικοὺς παρὰ τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς, καὶ μὴ πειθομένους, ἀναστρέφειν ἀκοινωνήτους αὐτοὺς εἶναι, ἤγουν μὴ παραχωρεῖσθαι συνιερουργεῖν τούτοις. Εἰς τοῦτο γὰρ τὸ μὴ κοινωνεῖν ἐκλαμβάνεται, οὐ μὴν εἰς τὸ μὴ ἐκκλησιάζειν, ἢ εἰς τὸ μὴ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων· ἀκολούθως πάντως τῷ ιε' ἀποστολικῷ κανόνι, τῷ διοριζομένῳ μὴ λειτουργεῖν τοὺς τοιούτους. Ὁ δὲ ις' ἀποστολικὸς κανὼν ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τὸν δεξάμενον ἐπίσκοπον ἐξ ἑτέρας παροικίας κληρικὸν ἄνευ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονήσαντος αὐτόν. Ὅστε καλῶς ποιεῖ ὁ κατὰ καιροὺς τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ, μὴ παραχωρῶν τοῖς ἐξωχειροτονήτοις ἱερεῦσιν ἱερουργεῖν, μὴ προκομίζουσι συστατικὰς καὶ ἀπολυτικὰς γραφὰς τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν λ' ἀποστολικὸν, κανόνα, συνόδου Ἀντιοχείας κανόνας ιγ' καὶ κδ' συνόδου Ἐφέσου κανόνα η'.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν πρὸ τούτου κανὼν τοὺς ἀναχωροῦντας τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν καὶ ἄλλας προσερχομένους ἀποκαθίστασθαι τῇ ἐκκλησίᾳ διορίζεται ἐν ᾗ κεχειροτόνηται ἕκαστος· οὗτος δὲ τοὺς μὴ πειθομένους ἐπανελθεῖν, καὶ ἀκοινωνήτους εἶναι διορίζει. Ἔοικεν οὖν ἐναντιοῦσθαι τῷ ιε' κανόνι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Ἐκεῖνος γὰρ τοὺς καταλείψαντας κληρικοὺς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, καὶ εἰς ἄλλην παροικίαν παντελῶς μεταστάντας παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν μηκέτι λειτουργεῖν κελεύει, ὡς δὲ καλοὺς κοινωνεῖν ἐπιτρέπει ἐκεῖ. Οἶμαι τοίνυν ἐπὶ τοῦ παρόντος κανόνος τὸ ἀκοινωνήτους εἶναι οὕτως νοεῖσθαι, ἤγουν μὴ συγκοινωνεῖν αὐτοὺς τοὺς ἱερατικοὺς δηλαδή. Ἀλλὰ ἀποτρέπεσθαι τὸ συνιερουργεῖν αὐτοῖς τοὺς τοιούτους· κοινωνίαν ἐνταῦθα τῶν ἁγίων Πατέρων οὐχὶ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων ὀνομάσαντες, ἀλλὰ τὴν τῶν ἱερῶν συμμεταχείρισιν καὶ κοινοπραξίαν, καὶ τὸ συλλειτουργεῖν τοῖς οἷσπερ προσῆλθον. Οὕτω γὰρ νοούμενος ὁ παρὼν κανὼν, οὐ διαφωνεῖν πρὸς τὸν ἀποστολικὸν κανόνα δόξει τινί. Εἶτα ἐπάγει ὡς, εἰ ἐπίσκοπός τις τὸν ἀφ' ἑτέρας πόλεως εἰς ἑαυτὸν μεταναστεύσαντα κληρικὸν χειροτονήσει, προαγαγὼν ἴσως αὐτὸν εἰς βαθμὸν μείζονα μὴ βουλομένου τοῦ ἐπισκόπου, ἐξ οὗ ἀνεχώρησεν, ἄκυρος ἔσται ἡ χειροτονία.

ΑΡΙΣΤ. *Ὅσοι πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρήσουσιν, ἀδεκτοι εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν γενήσονται· ἀλλ' ἐπιστρεφέτωσαν εἰς τὴν αὐτῶν παροικίαν. Εἰ δέ τις τὸν ἑτέρῳ*

BALS. Ex fine decimi quinti canonis ostenditur, quod omnes qui ordinantur, vel ad episcopatus eliguntur 77 sive ordinantur, vel ad monasteria, vel ad divinas ædes. Unde ei consequenter et 6 canon Chalced. syn. et 10 statuunt clericos sic fieri, et quæ aliter facta fuerit, manuum impositionem irritam haberi. Quocirca etiam placuit non esse in clerici potestate a civitate in civitatem migrare, et clerum commutare sine dimissoriis litteris ejus qui ordinavit : clericos autem qui ab eis qui ordinarunt ipsos, evocantur, et redire non persuadentur, esse a communione separatos, id est non permitti eis ut sinul sacrificent. In ea enim significatione non communicare accipitur : non autem in ea quæ est, in ecclesiam non accedere, vel sacramenta non participare : idque omnino fit consequenter 15 canoni apostolico, qui decernit eos non ministrare. 16 autem canon apostolicus segregationi subjicit etiam episcopum qui ex alia parochia clericum recipit, sine dimissoriis litteris ejus qui eum ordinavit. Quare recte facit is qui pro tempore est Magnæ Ecclesiæ chartophylax, non permittens iis qui extra ordinati sunt, sacerdotibus, sacrificare, nisi et commendatitias et dimissorias litteras eorum a quibus sunt ordinati afferant. Lege et 35 can. apost. synod. Antioch. can. 13 et 22. et synod. Ephes. can. 8.

ZONAR. Quicunque suis relictis ecclesiis, in alias diverterint, ecclesiæ in qua quisque ordinatus est, superiori canone restitui jubentur. Hic vero eos qui non paruerint reverti, ac propterea communione privatos esse decernit. Hinc ergo aliquis, sanctorum apostolorum decimo quinto canoni, constitutionem hanc adversari facile suspicetur. Nam illo quoque, quicunque clerici in aliam paroeciam, sua relicta, invito episcopo suo transmearint, sacris unquam operari, facta nihilominus laicorum communicandi potestate, prohibentur. Communionis igitur privationem hoc loco eam intelligendam esse arbitror, qua initiati videlicet iis sacra facientibus nullo modo communicare, sed eos in sacro ministerio penitus aversari jubentur. Communionisque nomine, non sacrorum mysteriorum perceptionem, sed in sacris muneribus ac ministeriis una cum iis ad quos accedunt obeundis societatem hic a Patribus reor esse significatam. Hoc siquidem ratione explicatum, nihil hunc ab apostolico canone discrepare, facile apparebit. Deinde subjicit, quod si quis episcopus clericum qui ab una in aliam urbem transivit ordinaverit, promovens fortasse eum in majorem gradum, episcopo a quo discessit, non consentiente, irrita erit ordinatio.

ARIST. *Quotquot presbyteri vel diaconi ab ecclesia recesserint, in aliam ecclesiam non sunt admittendi, ad suam vero paroeciam revertantur. Si quis autem eum qui ad aliam pertinet, sine pro-*

prii episcopi sententia ordinaverit, irrita erit ordinatio.

Et hic canon eadem ac prior decernit, ut nullus presbyter aut diaconus qui ab ecclesia in qua clericus factus fuit recessit, ab alio episcopo admittatur, sed ut ad suam rursus parœciam redeat. Si quis autem episcopus clericum qui ad alium pertinet, receperit, et eum cum ordinavit ad majorem in sua ecclesia gradum provexerit, præter proprii episcopi sententiam, irrita erit ordinatio.

78 CANON XVII.

Quoniam multi qui in canone recensentur, plura habendi studium et turpe lucrum persequentes, divinæ Scripturæ obliti sunt : quæ dicit : « Argentum suum non dedit ad usuram [1] » : » et fœnerantes, centesimas exigunt : æquum censuit sancta

[1] Lev. xxv, 37

διαφέροντα χειροτονήσοι χωρὶς γνώμης τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, ἄκυρος ἡ χειροθεσία.

Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ διορίζεται· ὥστε μήτε τινὰ πρεσβύτερον ἢ διάκονον τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ κεκλήρωται ἀναχωρήσαντα, ἐφ' ἑτέρου ἐπισκόπου παραδεχθῆναι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν αὖθις εἰς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος τὸν ἑτέρῳ διαφέροντα κληρικὸν παραδέξεται, καὶ χειροτονήσας αὐτὸν, εἰς μείζονα προαγάγῃ βαθμὸν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, χωρὶς γνώμης τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, ἀκυρωθήσεται ἡ χειροθεσία.

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου Γ' ῥήματος λέγοντος· « Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, » καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς (63) ἀπαιτοῦσιν· ἐδι-

Guill. Beveregii notæ.

(63) Ἑκατοστάς. Apud veteres Græcos, pariter ac Latinos, antiqua obtinuit consuetudo, ut qui pecunias fenori delerint, singulis mensibus centesimam sortis sive summæ, quanta fuit, partem a debitoribus exigerent : adeo ut centum elapsis mensibus usura ipsam sortem adæquaret. Et hinc est, quod S. Basilius M. dicat, quod qui nummos fenore accepit, φοβεῖται τοὺς μῆνας ὡς τόκων πατέρας, *expavescit menses tanquam usurarum parentes.* Basil. In Psal. xiv. De hac menstrua fenoris solutione Aristophanes sæpe meminit, apud quem Strepsiades, qui multum pecuniæ mutuo acceperat, cum Socrate deliberans, qua demum ratione creditores suos circumscriberet, egregium se commentum excogitasse ait, quo rem sibi statim effectam daret, ut lunam nimirum cœlo direptam in loculo veneficæ ope concluderet; luna enim non oriente, nec creditores ejus noscere potuissent, quando exigenda esset usura; sic enim illi colloquuntur in Aristoph. Nubibus, Act. II, scen. 1 :

Στρ. Γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλήν,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην· εἶτα δή
Αὐτὴν καθελοῦσα· ἐς λοφεῖον στρογγύλον,
Ὥσπερ κάτοπτρον κάτα τηροίην ἔχων.
Σω. Τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέ σ'· Στρ. ὅτι
Εἰ μηκέτ' ἀνέτειλε σελήνη μηδαμοῦ,
Οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους. Σω. Τίη τί δή;
Στρ. Ὅτιη κατὰ μῆνά γ' ἀργύριον δανείζεται.

Str. Si Thessalicam mihi quamdam emam veneficam
Et nocte lunam ipsam diripiam cœlitus,
Atque in rotundum loculum concludam, velut
Spectrum : ac postea sic asservans custodiam.
So. Quid vero hoc commodaverit tibi? Str. Quia,
Si luna nunquam terræ oriatur amplius,
Nulli persolvam usuras. So. Quid ita? mi senex.
Str. Quia argentum secundum mensem fenerat.

In quem locum scholiastes observat, τελουμένης γὰρ σελήνης οἱ τόκοι ἐδίδοντο· εἰ γοῦν οὐκ ἀνατέλλοι, πῶς ἂν οἱ δανεισταὶ γνόντες τὸν μῆνα τελούμενον ἀπαιτήσαιεν τοὺς τόκους; *Nam confecta luna usuræ pendebantur; si igitur ea non oriretur, quomodo creditores ex eo quod verientem mensem cognoscerent, usuras repeterent?* Hinc etiam constat; non qualibet mensis die, sed τελουμένης σελήνης, ultima nimirum die, quæ ἕνη καὶ νέα dicta est, usuras exactas esse. Unde et idem Strepsiades alibi ait, Act. IV, scen. 1 :

Πέμπτη, τετρὰς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα,
Εἶθ' ἥν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δέδοικα, καὶ πέφρικα, καὶ βδελύττομαι,
Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη καὶ νέα.
Πῶς γάρ τις δύναιτ' οἷς ὀφείλων τυγχάνω
Θεὸς μοι πρυτανεῦ' ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν.

En quinta, quarta, tertia et secunda : et quam ego
Ex omnibus diebus timeo maxime
Planeque horreo, et abominor, mox imminet,
Vetus et nova, mensium dies tricesima.
Nam omnes, quibus ego aliquid argenti debeo,
Deposita in judicio pecunia mihi minantur,
Ac jurant, quod funditus velint
Me perdere, et omnibus bonis evertere.

Hinc Pasias Danista eumdem Strepsiadem vocat ἐς τὴν ἕνην καὶ νέαν, ibid. scen. 4. Alibi etiam Solon hanc legem primus tulisse dicitur, ἵνα θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ, *ut depositiones fierent novemenia*, ibid. scen. 3. Creditor igitur usuras suas ἕνῃ καὶ νέᾳ, hoc est, ultima die mensis exigebat, ἕνα καὶ νέα vocata, ἐπεὶ μετέχει τοῦ τε παλαιοῦ καὶ τοῦ νέου φωτὸς, *quod tam de vetere quam novo lumine participet* : ut ait ibidem Scholiastes. Deponendæ autem erant usuræ a debitore τῇ νουμηνίᾳ, proxima die, Kalendis Latine dictis. Hoc autem et Latinis in more positum fuisse, ut fenerator usuram a debitoribus, Kalendis cujusque mensis repeteret, testis est Horatius, Satyr. l. i, sat. 3 :

Odisti et fugis, ut Drusonem debitor æris,
Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ
Mercedem, et nummos unde unde extricat.

Et hinc etiam est, quod Kalendis nummos in fenore ponere consueti sunt, Horat. Epod. 2 :

Hæc ubi locutus fenerator Alphius
Jam jam futurus rusticus,
Omnem redegit Idibus pecuniam;
Quærit Kalendis ponere.

Porro fenerator non indefinitam aliquam, sed centesimam nummi locati partem singulorum mensium Kalendis exigere solitus est; adeo ut centum librarum sors, singulis mensibus unam, et consequenter singulis annis vententibus duodecim libras pareret. Hinc τόκος ἑκατοστιαῖος appellatur a S. Chrysostomo, in Matth. hom. 56, p. 362, sed frequentius simpliciter Græcis ἑκατοστή, Latinis *centesima*; ut apud Chrysostomum loco ante citato, οὗτος μᾶλις ἑκατοστὴν ἀποδίδωσι, ἐκεῖνος δὲ (θεὸς) ἑκατονταπλασίονα καὶ ζωὴν αἰώνιον. Et alibi, ὅτι ἀπὶ τούτου τοῦ δανείου οὐκ ἔστιν ἀγνωμοσύνη

καίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος ὡς, εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων, ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μεταχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίους ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

A *et magna synodus, ut si quis inventus fuerit post statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam aliter persequi, sesquialteras exigens, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, e clero deponatur, et sit alienus a canone.*

ΒΑΛΣ. Ὁ μδ' ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς ἀπαιτοῦντας τόκους ἀπὸ δανείου, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, καθαιρεῖσθαί φησιν εἰ μὴ παύσωνται. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ τόκου δανείζοντας, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτοῦντας, ἢ ἕτερόν τι αἰσχρὸν κέρδος ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντας, καθαιρεῖσθαι ἐδικαίωσεν, ἀντὶ τοῦ οὕτω δίκαιον εἶναι ἔκρινε. Ζήτει τὰ ἐν τῷ ῥηθέντι ἀποστολικῷ κανόνι γραφέντα, καὶ τὸ κζ' κεφάλ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, λέγον ἐν μέρει ἀπαιτεῖσθαι τόκους καὶ παρὰ ἱερωμένων, δηλονότι ἀπὸ διαφέροντος, καὶ τοὺς ἐξυπερθέσεως. Τοῦ δὲ ἀποστολικοῦ κανόνος καὶ ἑτέρων διοριζομένων τοὺς ἱερωμένους τοκίζοντας καθαιρεῖσθαι, εἰ μὴ παύσωνται, ἐρωτήσει τις, Ἐκείνοις ὀφείλομεν προσσχεῖν, ἢ τῷ παρόντι κανόνι λέγοντι ἀπενταῦθεν αὐτοὺς καθαιρεῖσθαι ; Λύσις. Ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ παραγγελίαν ὁ κληρικὸς μὴ ἀφιστάμενος τῆς αἰσχροκερδείας, καθαιρεθήσεται, διὰ τὸ τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος φιλανθρωπότερον. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα διὰ τοὺς ἱερωμένους τοὺς ἐμπορευομένους οἰνάρια, καὶ

BALS. Quadragesimus quartus canon apostolicus, eos qui ex mutuo usuras exigunt, presbyteros, vel diaconos deponi jubet, nisi cessent. Præsens autem canon, omnes clericos qui fœnerantur, vel sesquialteras exigunt, vel aliquod aliud turpe lucrum excogitant, deponi ἐδικαίωσεν, hoc est, sic æquum censuit. Quære et quæ scripta sunt in dicto apostolico canone : et 27, cap. 9, tit. præsentis Operis, B dicens, ex parte ab iis qui sacris ordinibus initiati sunt, etiam usuras repeti, scilicet et ex eo quod interest, et ex mora. Cum vero apostolicus canon et alii, decernant, sacerdotes fœnerantes deponi, nisi cessaverint, an eos attendere debemus, an præsentem canonem, qui dicit ipsos ex hoc ipso deponi? Solutio. Ut mihi videtur, clericus, post denuntiationem, a turpi lucro non abstinens, deponetur, eo quod canon apostolicus humanius loquatur. Nota ergo canonem propter sacerdotes, qui vina canponantur, et balnea conducunt, et quædam alia ejusmodi faciunt, et quæ canoni non subjicitur, ultimam ancoram paupertatem præterunt. Verbum

Guill. Beveregii notæ.

ὑποστῆναι, οὐδὲ ἑτέραν τινὰ ζημίαν· οὐδὲ γὰρ καθάπαξ ἐνταῦθα ἑκατοστὴν μόνον ὑπισχνεῖται δώσειν, ἀλλὰ ἑκατονταπλασίονα τῶν διδομένων, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἵσταται. Id. in *Gen.* λογ. γ'. p. 16, rursus, τὸ μὴν εὐγνωμονοῦντα θεὸν καὶ οὐχὶ ἑκατονταπλασίονα παρέχοντα ἀφιέμεν. Id. in Rom. λογ'. ζ'. p. 52. Plinius secundus, *Proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (non possum parcius) centesimas computabo.* Plin, epist. 205. Cicero, *Postquam in eo profectus in creditorum causa, ut centesimæ perpetuo fenore ducerentur.* Cicer. ad Att. l. v. Epist. 21. *Interim cum ego in edicto Tralaticio centesimas me observaturum haberem, cum anatociis anniversario.* ibid. *Nam a Cæcilio propinquus minore centesimis nummum movere non possunt,* ibid. l. i, xii. Justinianus, *In trajectitiis autem contractibus, vel specierum fenori dationibus, usque ad centesimam tantummodo licere uti, alari,* l. xxvi, c. *de usuris.* Sed ut alia, quæ passim occurrunt, hujusmodi testimonia mittam, D. Ambrosius centesimarum harum rationem optime explicat, dicens, *Unde etiam τόκους Græci appellaverunt usuras, eo quod dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt Kalendæ, parit sors centesimam. Veniunt menses singuli, generantur usuræ. Malorum parentum mala proles; hæc est generatio viperarum. Crevit centesima, petitur, nec solvitur, applicatur ad sortem. Fit maledictum propheticum, dolus in dolo, usura improbi fenoris fœtura deterior. Itaque non jam centesima incipit esse, sed summa, id est, non fenoris centesima, sed fœnus centesimæ.* D. Ambros. de Tobia, c. 12. Ex his enim verbis liquet., singulis mensibus centesimas e sorte qualibet generari; adeo ut e sorte centum librarum duodecim fenebres libræ quotannis orientur. Unde illud Plinii secundi, *Nec inveniuntur, qui velint debere reipublicæ, præsertim duodenis assibus, quanti a privatis mutuantur.* Pun. C *Epist.* l. x, 62. Et disertius Zonoras in hunc canonem, Καὶ ἦν ὁ τόκος τῶν ἑκατὸν νομισμάτων, νομίσματα δώδεκα, videlicet annuatim. Hæc igitur est illa usuræ species, qua accipienda in præsenti canone clericis nominatim interdicitur : nec a præsenti solo, sed etiam a Syn. Trull. can. 10. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τόκους ἢ τὰς λεγομένας ἑκατοστὰς λαμβάνων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. Quinetiam lex civilis laicis quoque centesimalem hanc usuram moderata est : sic enim statuit Justinianus : « Super usurarum vero quantitate, etiam generalem sanctionem facere necessarium esse duximus, veterem duram, et gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque jubemus illustribus quidem personis, sive eas præcedentibus, minime licere ultra tertiam partem centesimæ, usurarum nomine, in quocunque contractu, vili, vel maximo stipulari. Illos vero, qui ergasteriis præsunt, vel aliquam licitam negotiationem gerunt, usque ad bessem centesimæ, usurarum nomine, in quocunque contractu suam stipulationem moderari. In trajectitiis autem contractibus, vel specierum fenori dationibus, usque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere; licet veteribus legibus hoc erat concessum. Cæteros autem omnes homines dimidium tantummodo centesimæ usurarum nomine posse stipulari, et eam quantitatem usurarum, etiam in aliis omnibus casibus, nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi usuræ solent, » l. xxvi, par. 1, c. *de usuris.* Ubi obiter observatum velim leges civiles eamdem admittere usuræ quantitatem, quæ in nostra hac natione etiamnum obtinet. Nam dimidia centesimæ, est 6, per centum. Vide etiam Balsamonis responsum ad interrog quart. Marci Alexandr. in juris Græco-Romani l. v, p. 364. Attaliatæ synopsin, tit. 20, et Basilic. l. xxiii, tit. 3.

autem quod in præsenti canone comprehenditur, et dicit, vel rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, est hujusmodi : quidam sacerdotes canonem intelligentes, et ipsum circumscribentes, verba quidem servant, mentem autem negligunt. Dant enim nonnullis pecuniam, et tantam ex lucro partem se capturos paciscuntur ; periculum autem agnituros qui eam acciphunt, et cum sint revera fœneratores, verbo tamen societatem prætexunt. Hoc ergo canon aversatur, et eos qui hujusmodi quid faciunt, deponit. Sesquialteras autem intellige leviores usuræ exactiones. Quamvis enim, inquit, centesimas usuras gravissimas non exigat clericus, sive pro singulis nummorum libris, duodecim solidos (centesimæ namque a canonibus appellatæ sunt usuræ centesimæ, utpote quod olim non exagia 72 libra complecteretur, ut nunc usus obtinet, sed centum) petat autem dimidium totius usuræ, hoc est, sex solidos, vel etiam his pauciores : sic quoque deponetur. Scito autem quandoquidem hodie libra exagia complectitur 72, non 100 ut olim, eum qui centesimas pro libra usuras se acceptarum pactus est, non duodecim solidos exacturum, sed pro rata parte.

βαλανεῖα παχτεύοντας, καὶ ἄλλα ἅττα τινὰ τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ προβαλλομένους ἀκανόνιστον τελεταίαν ἄγκυραν τὴν πενίαν. Τὸ δὲ ῥῆμα τὸ περιχόμενον ἐν τῷ παρόντι κανόνι, καὶ λέγον, Ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, τοιοῦτόν ἐστιν · τινὲς τῶν ἱερωμένων, εἰδότες τὸν κανόνα καὶ περιγράφοντες αὐτὸν, τὰ μὲν ῥήματα φυλάττουσι, τὸν δὲ νοῦν ἀθετοῦσι. Διδόασι γὰρ πρός τινας ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι τοσῆνδε μερίδα τοῦ κέρδους αὐτοὺς λαμβάνειν · τὸν δὲ κίνδυνον ἐπιγινώσκεσθαι παρὰ τῶν λαμβανόντων αὐτά · καὶ τῇ ἀληθείᾳ δανεισταὶ ὄντες, κοινωνοὶ λέγεσθαι σχηματίζονται. Ἀποτρέπεται γοῦν καὶ τοῦτο ὁ κανὼν, καὶ καθαιρεῖ τοὺς ποιοῦντας τοιοῦτόν τι. Ἡμιολίας δὲ νόησον τὰς ἐλαφροτέρας ἀπαιτήσεις τοῦ τόκου. Κἂν καὶ, φησὶν, οὐκ ἀπαιτῇ ὁ κληρικὸς ἑκατοστιαίους τόκους βαρυτάτους, ἤτοι ὑπὲρ ἑκάστης ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα ιβ', δώδεκα (64) (ἑκατοσταὶ γὰρ παρὰ τῶν κανόνων ἐκλήθησαν οἱ ἑκατοστιαῖοι τόκοι · ὡς ἐκ παλαιοῦ τῆς λίτρας μὴ μουμένης εἰς ἐξάγια οβ' κατὰ τὸ σήμερον ἑστηκὸς, ἀλλὰ εἰς ρ') · ζητεῖ δὲ τὰ ἡμίσεα τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν ιβ'. ἓξ ἢ καὶ τούτων ἥττονα · καὶ οὕτω καθαρεθήσεται. Ἔσο δὲ εἰδὼς ὡς, ἐπεὶ ἡ λίτρα σήμερον ἐξάγια ἔχει οβ', καὶ οὐχὶ ρ', ὡς τὸ παλαιὸν, ὁ συμφωνήσας τόκους λαβεῖν ὑπὲρ λίτρας, οὐκ ἀπαιτήσει ιβ, ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν.

ZONAR. Fœnus, veteri quoque Le.e vetitum

ΖΩΝΑΡ. Ἐπὶ τόκῳ δανείζειν καὶ ὁ παλαιὸς νό-

Guill. Beveregii notæ.

(64) Ὑπὲρ ἑκάστης ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα ιβ δώδεκα. Ex his verbis perspicuum redditur, quam egregie hallucinantur, qui ὑπέρπυρα *Ignita*, cum Leunclavio, aut *vela coloris ignei*, cum aliis interpretantur. Ex hoc enim loco apertissime constat, ὑπέρπυρον, non tantum nummi genus esse, sed et centesimam esse litræ sive libræ partem. Hic enim Balsamon docet, pro singulis hyperpyrorum libris duodecim hyperpyra accipere, esse τόκους ἑκατοστιαίους, *centesimas usuras* ; quæ, ut ante ostensum est, erant 12 in centum ; ac proinde centum fuisse ὑπέρπυρα in quavis libra, cuique obvium est ; alloquin enim duodecim ὑπέρπυρα pro singulis libris exigere, τόκος ἑκατοστιαῖος esse non potuit. Proximis autem verbis observatur, libram olim etiam ex centum exagiis constitisse. Unde constat ἐξάγια etiam ejusdem fuisse valoris atque ὑπέρπυρα. Dicta sunt autem et νομίσματα, in ejusdem Balsamonis responsis ad Marcum Alexandrinum, ὅτως δὲ καλοῦνται οἱ τόκοι ἑκατοστιαῖοι, τῆς λίτρας μὴ συμποσουμένης εἰς νομίσματα ρ', ἀλλ' εἰς οβ', καιρὸς οὐκ ἔστι λέγειν. Bals. ad Marci interrog. 4. Ergo ὑπέρπυρα, ἐξάγια, et νομίσματα hoc sensu accepta, ejusdem cujus drachmæ, ponderis fuerunt. Nonnunquam enim et centum drachmæ in una libra numeratæ sunt. Ὁτὲ μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς λίτρας ρ' δράχμας γράφουσιν αὐτοὶ, ποτὲ δὲ ἀντὶ τῆς μνᾶς. Galen. των κατὰ γένη lib. vi. Proprie autem libra tantum 96 drachmas continet. Ubi itaque centum habuisse traditur, pro μνᾶ *mina* usurpata est. Et minam quidem nonnunquam idem esse ac libram, testis est Kimchius, dicens, מנא הוא ליטרא *Mina est* λίτρα. Kimch. in 1. Sam. 25. Mina autem centum drachmas pependit. Suidas, ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρ'. Suid. in ταλαντον, ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν. Id. in μνᾶ. Plinius, *Mina, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.* Plin. nat. Hist. l. xxi, c. 34. Drachma autem Attica *denarii argentei pondus*, uti ibidem scribit Plinius, unde Talmudistæ, דנרין מאה דמנה *Mina centum sunt denarii*, Bava kama. cap. 4, sect. 1, ὑπέρπυρα igitur ejusdem olim ponderis fuerunt, atque drachmæ, et denarii, nimirum centesima pars libræ ; quo *factum* est ut quemadmodum centum drachmæ, in Galeni verbis ante laudatis, ac et centum hyperpyra nonnunquam pro libra scribantur. Scholiastes Harmenopuli, Καὶ ἐνταῦθα γὰρ δῆλόν ἐστιν, εἴτε τῷ Πέτρῳ παρ' ἐμοῦ ἠριθμήθησαν τὰ ρ' ὑπέρπυρα, εἴτε ἐμοὶ παρ' ἐκείνου. Schol. Harmenop. lib. i, tit. 10. Sic et in Chronico Constantinopolitano ut a Meursio laudato et correcto, ὅπερ λαβὼν ὁ βασιλεὺς καὶ θαυμάσας δέδωκε τοῖς κομίσασι ὑπέρπυρα ἑκατόν. Ubique enim τὰ ρ' ὑπέρπυρα unam libram designant. Et ubi Wilhelmus Tyrius ait, *Dotis autem quantitas erat in centum millibus hyperorum justi ponderis, exceptis decem aliis ejusdem monetæ millibus.* Wilhel. Tyr. de bell. sacro lib. xviii, c. 12, *hyperorum* mendose scribitur, pro *hyperpyrorum*, quorum centum millia constituunt mille libras : decem millia, centum libras. Secundum hæc in præsenti Balsamonis loco observandum est, post vocem ὑπέρπυρα notam hanc ιβ occurrere, quæ ipsorum hyperpyrorum non est, ac propterea hoc in loco redundat, quo vel ipsa ὑπέρπυρα tota scribitur. Paucis autem interjectis eadem recurrit, ὑπέρπυρα significans, ut ζητεῖ δὲ τὰ ἡμίσεα τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν ιβ δέ. et postea, οὐκ ἀπαιτήσει ιβ'. ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν. Utrobique enim ista figura ὑπέρπυρα denotat, ut ex ipso verborum sensu constat. Gentianus Hervetus ὑπέρπυρα hic *solidos* vertit ; quam etiam versionem nos admittimus, quoniam usus obtinuit, ut libra in solidos primo distribuantur. Solidus autem hoc in loco non vicesimam, sed centesimam libræ partem significat.

ἅπασιν ἀπηγόρευσε. Φησὶ γὰρ, *Οὐκ ἐκτοκιεῖς τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου.* Εἰ δὲ ὁ ἀτελέστερος τοῦτο ἐνομοθέτησε, πολῷ μᾶλλον ὁ τελειώτερος καὶ ὁ πνευματικώτερος. Ἰδοὺ γὰρ πλέον τοῦ ἱεροῦ ὧδε. Ἅπασι μὲν οὖν ἀποτέτραπται τὸ ἐπὶ τόκῳ δανείζειν· εἰ δ' ἅπασι, μᾶλλον ἂν εἴη τοῖς ἱερωμένοις τοῦτο ἀνάρμοστον, οἳ καὶ τοῖς λαϊκοῖς εἰς ὑπόδειγμα καὶ παροξυσμὸν εἰς ἀρετὴν εἶναι ὀφείλουσι. Διὸ καὶ ὁ κανὼν ἀπαγορεύει τοῖς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένοις, ἤτοι τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις ἑκαστοχὰς ἀπαιτεῖν, τόκους δηλαδὴ ἑκατοστιαίους. Πολυαρίθμων γὰρ ὄντων τῶν τόκων, βαρύτεροι τῶν ἄλλων οἱ ἑκατοστιαῖοί εἰσιν. Ὥσπερ γὰρ τοῖς νῦν αἱ λίτραι μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἀριθμοῦνται, οὕτω τοῖς παλαιοῖς αἱ ἑκατοντάδες ἦσαν, καὶ ἦν ὁ τόκος τῶν ἑκατὸν νομισμάτων νομίσματα δώδεκα· διὸ καὶ ἑκατοστιαῖος ἐλέγετο, ὡς ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀπαιτούμενος. Ἀπαγορεύσασα οὖν ἡ σύνοδος λαμβάνειν τόκους τοὺς ἐν κλήρῳ, ἐπάγει τοῖς μὴ φυλάξουσι τὸν κανόνα καὶ ἐπιτίμιον, καί φησιν· Ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀντὶ τοῦ, δίκαιον ἡγήσατο, ἵνα εἴ εὑρεθείη τις μετὰ τὰ ὁρισθέντα νῦν λαμβάνων τόκους ἐκ μεταχειρίσεως, ἤγουν ὡς οἷόν τινα πραγματείαν τὸ τοκίζειν μεταχειριζόμενος ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα. Τινὲς γὰρ, ἐκφεύγοντες τὸ λέγεσθαι περὶ αὐτῶν ὅτι τόκους λαμβάνουσι, δίδασι τοῖς χρῄζουσιν ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι συμμερίζειν αὐτοῖς τὸ κέρδος· καὶ οὐ δανεισταὶ ἑαυτοὺς, ἀλλὰ συγκοινωνοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ζημίας μὴ ὄντες κοινωνοί, ἐπὶ τῷ κέρδει μόνῳ κοινοπραγοῦσι. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀπαγορεύων ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι κελεύεται τοὺς τοιαῦτα τεχνίζοντας, ἢ ἕτερόν τι ἐπινοοῦντας αἰσχροῦ κέρδους χάριν, ἢ ἀπαιτοῦντας ἡμιολίας. Εἰπὼν ἄνω περὶ ἑκατοστιαίου τόκου, ὃς τῶν τόκων ἐστὶν ὁ βαρύτερος, ὡς προεἰρηται, παρακατιὼν καὶ τοῦ κουφοτέρου ἐμνήσθη τῆς ἡμιολίας, ἥτις ἐστὶ τοῦ ὅλου τὸ ἥμισυ, ἤγουν τῶν δώδεκα νομισμάτων, ἅτινά εἰσι τῆς ἑκατοστῆς ὁ πληρέστατος καὶ ὁλόκληρος τόκος. Εἴποι δ' ἄν τις τὰς ἡμιολίας καὶ κατὰ ἀριθμητικούς. Ἐκείνοις γὰρ οἱ μὲν τῶν ἀριθμῶν ἐπίτριτοι (65) λέγονται, οἱ δὲ ἐπιτέταρτοι, ἐπίπεμπτοί τε καὶ ἔφεκτοι· οἱ δὲ ἡμιόλιοι ὡς ὁ ἕξ, καὶ ὁ ἐννέα, ὅτι δυοὺς ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἀριθμοὺς, καὶ τὰ ἥμισυ αὐτῶν. Ἔχουσι γὰρ ὁ μὲν ἕξ τὰ τέσσαρα καὶ τῶν τεσσάρων τὸ ἥμισυ, ὅ ἐστι

A universis fuit. Dicit enim, *Pecuniam fratri tuo non fœneraberis*[66]. Quod si illa minus perfecta Lex sanxit, multo magis nostra quæ perfectior est et spiritalior. Ecce enim aliquid templo amplius est hic. Omnibus quidem igitur fœneratitio lucro interdictum, sed ab eorum instituto, qui sacro ordini mancipati, exemplo laicis atque invitamento ad virtutem esse debent, alienissima ea ratio est. Proinde, quicunque in canone recensentur, hoc est, in clerum cooptati sunt, centesimas exigere prohibentur (usuras vid. centesimas), et quidem cum multa sunt usurarum genera, graviores reliquis sunt centesimæ. **79** Ut enim hoc tempore libræ, ad septuaginta, duabus additis, numerantur, ita prisci

B habuere centurias, atque in centenos nummos duodeni, fœnoris nomine, solvebantur. Ex quo centesimæ quoque nomen, quod ex centenis exigeretur, petitum est. Synodus itaque cum prohibuisset clericos usuras accipere, pœnam quoque in eos, qui non obtemperaverint, constituit. Et sit, ἐδικαίωσεν, hoc est, æquum censuit sancta synodus, ut si quis post ea quæ nunc statuuntur, inventus fuerit usuras ex tractatione, hoc est, quasi instar negotiatoris fœnerationem sibi tractandam suscipiens, aut alia quacunque ratione exigens. (Fœneratorii enim nominis infamiam aliqui declinantes, pecuniam ita dant mutuam, ut sibi lucri partem ex ea paciscantur, nec se fœneratores, sed socios dicunt, ac emolumentorum tantummodo participes,

C nullum interea jacturæ periculum subeunt.) Hæc igitur et hujusmodi omnia canon vetat, eaque qui exercent, aut aliud quidpiam turpis lucelli gratia excogitaverint, aut sesquialteras exegerint, deponi jubet. Cum namque supra egerit de centesimis, quæ sunt omnium usurarum, ut diximus, iniquissimæ, mox eam quæ minus injuriæ habet, sesquialteram quoque rejicit. Est autem sesquialtera, totius dimidium, duodecim videlicet nummorum altera pars, ex quibus conficitur centesimæ integrum atque perfectum fœnus. Sed dicat fortasse aliquis sesquialteras etiam juxta arithmeticos. Apud illos namque numerorum alii ἐπίτριτοι dicuntur, hoc est, sesquitertii, alii ἐπιτέταρτοι, ἐπίπεμπτοί et ἔφεκτοι, quasi sesquiquartos dicas, quintos et sextos, alii vero sesquialteri, ut senarius et novenarius, quod totum, ac ejus præterea dimidiam partem

D

[66] Deut. xxiii, 19.

Guill. Beveregii notæ.

(65) *Οἱ μὲν ἀριθμῶν ἐπίτριτοι.* Quisnam proprie sit ἀριθμὸς ἐπίτριτος docuit olim Aulus Gellius, dicens, *Epitritus autem est, qui habet totum aliquem numerum, et ejusdem partem tertiam; ut quatuor ad tres: duodecim ad novem: quadraginta ad triginta.* Aul. Gell. *Noct. Att.* l. xviii, c. 14. Necnon Macrobius, *Et est epitritus*, inquit, *cum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem: ut sunt quatuor ad tria, nam in quatuor sunt tria et tertia pars trium, id est, unum. Et is numerus appellatur Epitritus, ex eoque nascitur symphonia, quæ appellatur* διὰ τεσσάρων. Macrob. in *Somn. Scip.* l. ii, c. 1. Eadem itaque ratione et ἐπιτέταρτος est major ille numerus, qui minorem habet, et quartam insuper istius partem: ut decem sunt ad octo; nam in decem sunt octo, et quarta pars octo, sive duo. Sic etiam quinque, quindecim, viginti, etc., sunt numeri ἐπιτέταρτοι. Idem et de numeris ἐπίπεμπτος et ἔφεκτος dicendum est: nam ἐπίπεμπτος est, qui minorem cum quinta, ἔφεκτος qui minorem cum sexta illius parte continet. Sic duodecim ad decem est ἐπίπεμπτος, quatuordecim ad duodecim ἔφεκτος.

contineant, senarius quidem quaternum, ejusque dimidium, qui est binarius, novenarius senarium senariique dimidium, nempe ternarium. Sed quocunque demum pacto sesquialteram intelligas, ea videlicet canonis est sententia, ut clericis non gravissimarum solum, sed mediocrium quoque usurarum exactione interdictum esse denuntiet.

ARIST. *Si quis usuras, aut sesquialteras acripit, alienus erit, et post hanc Ecclesiæ determinationem depositus.*

Centesimæ quidem usuræ quæ omnium habentur maximæ, duodecim sunt numismata, dimidiæ autem earum, sex. Si quis itaque e consecratis mutuo dans alicui per usuram vel graviores exiget usuras sive centesimas, vel sesquialteras, sive dimidium earum aut sextas, ut divinæ oblitus Scripturæ dicentis, *Pecuniam suam non dedit in usuram* [43], clero deponetur : etsi quadragesimus quartus apostolorum canon et sextæ synodi in Trullo decimus non exinde eum deponunt nisi quando admonitus hoc facere non desinat.

80 CANON XVIII.

Perrenit ad sanctam synodum, quod in nonnullis locis et civitatibus diaconi dant presbyteris Eucharistiam, quod neque canon, neque consuetudo tradidit, ut qui offerendi potestatem non habent, iis qui offerunt, dent corpus Christi. Jam vero illud etiam cognitum est, quod quidam ex diaconis etiam ante episcopos Eucharistiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, et diaconi intra suas mensuras permaneant, scientes quod sunt quidem episcopi ministri, presbyteris vero minores. Accipiant autem suo ordine Eucharistiam post presbyteros, eis præbente episcopo vel presbytero. Sed nec in medio quidem presbyterorum liceat diaconis sedere. Id fit enim præter canonem et ordinem. Si quis autem non vult obedire, etiam post has constitutiones, a diaconatu desistat.

BALS. Quod magna sit sacerdotum dignitas, sed multo major episcoporum, et quod debent diaconis præponi, ex ipsis factis ostenditur. Illis enim servitur, hi vero serviunt. Quidni ergo præferri debent ii quibus ministratur, iis qui ministrant? Quoniam autem nonnulli, inquit, diaconi, ordinem in civitatibus dissolventes, ante episcopos accipiunt, et dant presbyteris Eucharistiam : et cum omnino debeant a presbyteris et sacerdotibus sanctificari, quoniam etiam Apostolus dicit, Quod minus est, ab eo quod est præstantius, benedicitur [44] : non stant iis quæ decreta sunt, et in congregationibus etiam sedent in medio presbyterorum : definitum est ut diaconi ab episcopo vel presbytero accipiant, et ut post sacerdotes sacrorum mysteriorum participes fiant : et ne in medio-

[43] Levit. xxv, 37. [44] Hebr. vii 7.

A τὰ δύο · ὁ δὲ ἐννέα τὰ ἓξ καὶ τούτων τὸ ἥμισυ, τὰ τρία δηλονότι. Διὰ γοῦν ἡμιολίας, ὡς ἂν νοεῖτο αὐτῃ, τοῦτο μονονουχὶ λέγει ὁ κανών, ὡς εἰ μόνον τὸν βαρύτερον οὐ λήψονται τόκον οἱ ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλ' οὐδὲ ἄλλον τινὰ μετριώτερον.

ΑΡΙΣΤ. *Εἴ τις τόκους ἢ ἡμιολίας λαμβάνοι, ἀλλότριος ἔσται, μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τῆς Ἐκκλησίας καθαιρούμενος.*

Cum divinitus inspirata Scriptura dicat, « Fac omnia cum consilio [17]. » maxime quidem oportet eos, qui sacerdotis gradum sortiti sunt, quam fieri potest accuratissime omnia quæ sunt agenda inquirere ac examinare. Iis enim, qui vitam ita volunt instituere, circa ea quæ ad se pertinent, spem pulchre collocatam habere, et tanquam secundo vento ea pro voto succedere continget: et magnam quidem habet verisimilitudinem oratio. Sed acerbus et intolerabilis dolor mentem aliquando opprimens, eam et valde perturbat, et ab eorum, quæ fieri oportet, persecutione abducit, et persuadet ut quod injuriam facere suapte natura consuevit, id tanquam aliquid conducibile respiciat. Tale quid in primis pio et religioso episcopo Eustathio accidisse vidimus. Canonice enim, ut perhibetur, electus est. Cum autem esset a nonnullis perturbatus, ut ait, et in inopinatas rerum circumstantias incidisset, deinde præ nimia negotii gerendi fuga ob ingruentes sibi curas animum despondisset, cum maledicta, quæ in eum ab imminentibus adversariis congerebantur, amovere posset, renuntiationis libellum nescimus quomodo obtulit. Oportebat enim eum, ut cui sacerdotalis cura semel mandata est, ei cum spirituali robore insistere, et labores veluti subire, et sudorem, cui merces proposita est, lubenter suscipere. Quoniam autem seipsum semel negligentem esse ostendit, idque ei potius propter negotii ac laboris fugam, quam propter inertiam ac socordiam accidit, vestra pietas religiosissimum ac maxime pium fratrem nostrum et coepiscopum Theodorum ecclesiæ curam gesturum necessario ordinavit. Neque enim erat honestum ut ea vidua esset, et absque rectore essent Servatoris greges. Sed quoniam flens accessit, non de civitate, nec de ecclesia cum religiosissimo episcopo Theodoro, cujus meminimus, ambitiose contendens, sed episcopi interim honorem et appellationem postulans: omnes senis vicem condoluimus, et communes esse ejus lacrymas arbitrati, scire contendimus, an legitimam depositionem prædictus subierit, an ab aliquibus, qui famam ejus elevarunt, aliquorum gravium et indignorum criminum convictus fuerit. Atqui didicimus nihil ejusmodi ab eo factum esse,

[17] Prov. xiii, 7.

prædictoque pro crimine potius fuisse ipsam renuntiationem. Unde nec de vestra pietate querimur, quæ in ejus locum, ut par fuit, prædictum Theodorum ordinavit episcopum. Sed quoniam viro non nimis vehementer succensere est consentaneum, quod sit negotiorum et laborum fugitantior : sed senis potius misereri oportet, qui extra civitatem, quæ eum tulit, et patrios ritus vitæque instituta, tam longo tempore fuerit, æquum censuimus et statuimus, ut sine omni contradictione episcopatus nomen **107** *habeat, et honorem et communionem : ita tamen, ut neque ipse ordinet, neque ecclesias occupans propria auctoritate sacra obeat ; nisi vel aliique assumptus, sive etiam, si evenerit, permissus a fratre et coepiscopo, secundum dispositionem et dilectionem, quæ est in Christo. Si quid autem benignius ei consulueritis vel nunc vel in posterum, id quoque placebit sanctæ synodo.*

A

B

BALS. Pamphylia est Attaliæ provincia. Et quoniam quidam Eustathius, qui in ea episcopus fuerat, episcopatui scriptis renuntiavit propter quasdam vexationes ac molestos negotiorum casus, rursusque lacrymis supplicavit, ut solum episcopi honorem et nomen haberet, exorata est sancta synodus, et per præsentem epistolam ad synodum, quæ erat in Pamphylia, missam statuit misericordia dignum esse senem et Theodorum quidem, qui in Pamphylia

C

electus est, rursus esse episcopum : Eustathium autem, ut qui non esset depositus, sed, ut negotia laboresque fugeret, renuntiasset, ex dispensationis ratione, ea quæ petivit habere, nomen scilicet et honorem episcopi et communionem, id est intra altare participare, nihil tamen episcopale exercere, nisi ex regionis episcopo id ei permissum sit. Neque enim æquum esse censuit, ut viro graviter succenseretur, quod esset negotiorum laborumque fugitantior, vel quod ad ea gerenda esset ineptus. Cum hæc tractet epistola, dicunt nonnulli ex ea esse antistitibus permissum, ut ecclesiarum quidem thronis renuntient, et tamen antistitum dignitatem obtineant. Si enim, inquiunt, hoc fieri non posset, synodus Eustathio non permisisset, ut episcopi nomen et honorem haberet, et cum episcopi regionis voluntate sacra obiret. Non est autem hoc, ut existimo, verum. Quod enim a Patribus definitum est, ex dispensationis ratione definitum est : et non oportet quod per dispensationem propter aliquid utile introductum est, ad exemplum trahi, et tanquam canonem deinceps valere : et maxime cum epistola non dicat Eustathium episcopatus administrationi renuntiasse, episcopalem autem dignitatem tenuisse. (Neque enim supplicasset ut id haberet quod habebat.) Sed potius disserit, eum renuntiasse episcopatui. Et cum Patres non definierint, ut id, quod Eustathio propter commiserationem factum est, deinceps quoque vim habeat,

σάντων αὐτοῦ τῆς ὑπαλλήλου ; καὶ δὴ ἐμάθομεν πεπρᾶχθαι μὲν τοιοῦτον οὐδέν, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ μνημονευθέντι ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν παραίτησιν· ὅθεν οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ἐμεμψάμεθα, χειροτονησάσῃ θεόντως εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον τὸν μνημονευθέντα ἐπίσκοπον Θεόδωρον. Ἐπειδὴ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρεσβύτην, ἔξω καὶ πόλεως τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἐν μακροῖς οὕτω γεγονότα χρόνοις, ἐδικαιώσαμεν καὶ ὡρίσαμεν δίχα πάσης ἀντιλογίας ἔχειν αὐτὸν, τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα καὶ τὴν τιμὴν, καὶ κοινωνίαν· οὕτω μέντοι, ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντα ἱερουργεῖν ἐξ ἰδίας αὐθεντίας· ἀλλ' εἰ ἄρα συμπαραλαμβανόμενον, εἴτουν ἐπιτρεπόμενον, εἰ τύχοι, παρὰ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου, κατὰ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ. Εἰ δέ τι βουλεύσησθε χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ ἢ νῦν ἢ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα, ἀρέσει καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

ΒΑΛΣ. Παμφυλία ἐστὶν ἡ τῆς Ἀτταλείας ἐπαρχία. Καὶ ἐπεὶ Εὐστάθιός τις, ἐπισκοπεύσας ἐν αὐτῇ, παρῃτήσατο ἐγγράφως τὴν ἐπισκοπὴν διά τινας ὀχλήσεις καὶ περιστάσεις πραγματικὰς, πάλιν ἡ παρεκλήτευσε μετὰ δακρύων, μόνην τιμὴν ἐπισκόπου καὶ κλῆσιν ἔχειν, ἐδυσωπήθη ἡ ἁγία σύνοδος· καὶ ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ σύνοδον ἀποσταλείσης ἐλέους ἀξιωθῆναι τὸν γέροντα· καὶ τὸν μὲν ἐν Παμφυλίᾳ χειροτονηθέντα ἐπίσκοπον Θεόδωρον πάλιν εἶναι ἐπίσκοπον, τὸν δὲ Εὐστάθιον, ὡς μὴ καθαιρεθέντα, ἀλλὰ διὰ ἀπραγμοσύνην παραιτησάμενον, ἔχειν κατ' οἰκονομίας λόγον ἃ ἐζήτησεν, ἤγουν ὄνομα καὶ τιμὴν ἐπισκόπου, καὶ κοινωνίαν, ἤγουν μεταλαμβάνειν ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου· μηδὲν δέ τι ἐνεργεῖν ἐπισκοπικὸν εἰ μὴ κατὰ θέλησιν τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου ἐπιτραπῇ. Οὐδὲ γὰρ ἔκρινε δίκαιον φιλονεικεῖν τινι τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς, ἤτοι τῇ παρὰ τὰ πράγματα ἀνεπιτηδειότητι αὐτοῦ. Ταῦτα τῆς ἐπιστολῆς διαλαμβανούσης, λέγουσί τινες ἐνδοθῆναι τοῖς ἀρχιερεῦσι ἀπὸ ταύτης παραιτεῖσθαι τοὺς θρόνους τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην παρακρατεῖν. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, φασὶ, δυνατὸν, οὐκ ἂν ἡ σύνοδος τῷ Εὐσταθίῳ παρεχώρησεν ὄνομα ἔχειν ἐπισκόπου καὶ τιμὴν, καὶ μετὰ θελήσεως τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου ἱερουργεῖν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, ὡς οἶμαι, ἀληθές. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν Πατέρων διορισθὲν κατ' οἰκονομίας λόγον ὡρίσθη· καὶ οὐ χρὴ τὸ κατ' οἰκονομίαν διά τι χρήσιμον εἰσενεχθὲν εἰς ὑπόδειγμα ἕλκεσθαι, καὶ ὡς κανόνα κρατεῖν εἰς τὸ ἑξῆς· ἄλλως τε τῆς ἐπιστολῆς μὴ λεγούσης τὴν μὲν οἰκονομίαν τῆς ἐπισκοπῆς παραιτήσασθαι τὸν Εὐστάθιον, ὑποκρατῆσαι δὲ τὴν ἱερωσύνην (ἡ γὰρ ἂν οὐδὲ παρεκλήτευσε λαβεῖν ὅπερ εἶχεν), ἀλλὰ μᾶλλον διαλαμβανούσης παραιτῆσασθαι αὐτὸν τὴν ἐπισκοπήν. Καὶ τῶν Πατέρων μὴ διορισαμένων τὸ κατὰ συμπάθειαν ἐπὶ τῷ Εὐσταθίῳ γενόμενον κρατεῖν καὶ

ἐφιξῆς, πόθεν οὗτοι διαιροῦσι τὰ ἀδιαίρετα, καὶ νομοθετοῦσι τὰ μὴ τῇ ἐπιστολῇ περιεχόμενα; Καὶ ταύτην δὲ τὴν οἰκονομίαν νομίζω μὴ ἀπερισκέπτως γενέσθαι. Τῶν γὰρ κανόνων καὶ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου διοριζομένων λιβέλλους παραιτήσεως μὴ προσάγειν τινὰς τῶν ἱερέων (Εἰ γὰρ, φησὶν, εἰσὶν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἑστωσαν ἐν τούτῳ· εἰ δὲ ἀνάξιοι, μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ἐξέστωσαν, κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασι), πῶς ἄν τις εἴπῃ τὴν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον, καὶ μᾶλλον τὸν προϊστάμενον ταύτης μέγαν Κύριλλον ὑπεναντίως ἑαυτῷ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατράσι διορίσασθαι; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, τῆς παραιτήσεως τοῦ Εὐσταθίου μὴ οὔσης βεβαίας, ἀλλὰ κατασειομένης, ἔν τισι κατένευσε κατὰ λόγον οἰκονομίας ἡ ἁγία σύνοδος εἰς ἃ διωρίσατο. Ὅτι δὲ τοιαύτη ἦν ἡ παραίτησις τοῦ Εὐσταθίου, παρίσταται καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς, λεγούσης ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως παραιτήσεως προσκέμικε βιβλίον ὁ Εὐστάθιος, καὶ οἷον ξενιζομένης ἐπὶ τῇ ταύτης παραδοχῇ. Εἰ γὰρ οὐ κατεσείετο ὑπό τινος αὐτῇ, οὐδὲ τὸ ὀνομάζεσθαι ἐπίσκοπον, καὶ ἱερουργεῖν ἂν ἐδόθη αὐτῷ. Ὥστε τὸ διὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς οἰκονομηθὲν οὐκ ἔστι καθολικόν. Δηλοῦται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ γράψαι τοὺς Πατέρας, ὡς, εἴπερ παρὰ τῶν ἐγχωρίων καὶ ἑτερόν τι χρηστότερον γένηται εἰς τὸν γέροντα, ἀρέσκει τοῦτο τῇ συνόδῳ. Ἔτι εἰπὲ ὡς, τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διοριζομένης μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, ὁ ὑποκρατήσας ἐπίσκοπος μόνην τὴν ἱερωσύνην, ὡς τινές φασι, ποίων ἱερέων ἱεράρχης ὀνομασθήσεται, ἢ τίνας διδάξει; ποίων δὲ καὶ ἐπισκοπεύσει; Πάντως οὐδέ τινων. Διὸ οὐδὲ ἐν δυνάμει μόνῃ ἡ ἱερωσύνη ὑποκρατηθήσεται. Ζήτει καὶ τὸν δέκατον κανόνα τοῦ ἁγίου Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Εὐστάθιος, οὗ μέμνηται ἡ ἐπιστολὴ αὕτη, ἐπίσκοπος ἦν τῆς Παμφυλίας. Παμφυλία δέ ἐστιν ἡ τῆς Ἀτταλείας ἐπαρχία. Ὁ γοῦν ῥηθεὶς ἀνὴρ, περιστάσεσιν ἐμπεπτωκὼς, καὶ ἀπαγορεύσας διὰ μικροψυχίαν καὶ ἀπραγμοσύνην, ἐγγράφως παρῃτήσατο τὴν ἐπισκοπήν. Κἀκεῖ μὲν ἄλλος κεχειροτόνητο· ὁ δὲ Εὐστάθιος κλαίων προσῆλθε τῇ ἱερᾷ ταύτῃ συνόδῳ, οὐ τὴν πόλιν, οὐ τὴν ἐκκλησίαν ἀναλαβούμενος, οὐδ' ἀμφισβητῶν περὶ αὐτῶν τῷ μετ' αὐτὸν χειροτονηθέντι, ὄνομα δὲ καὶ τιμὴν αἰτῶν ἐπισκόπου, καλεῖσθαι δηλαδὴ θέλων ἐπίσκοπος, καὶ τιμὴν ἔχειν ἐν καθέδραις καὶ τοιούτοις ἄλλοις ἐπισκόπῳ προσήκουσιν. Φησὶν οὖν ἡ ἱερὰ σύνοδος ὅτι Συνηλγήσαμεν τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοινὸν ἠγησάμεθα τὸ αὐτοῦ δάκρυον, καὶ ἐζητήσαμεν μαθεῖν εἰ κανονικῶς καθῃρέθη ὁ ἄνθρωπος, τινῶν ἴσως κατηγορησάντων αὐτοῦ ἐπ' ἀτόποις τισίν. Ἐπεὶ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπ' αὐτῷ γεγονέναι ἐμάθομεν, παραιτήσασθαι δὲ αὐτὸν τὴν ἐπισκοπὴν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴν ἐκπεσεῖν δι' ἀπραγμοσύνην, οὐκ ἀκόλουθον ἐλογισάμεθα φιλονεικεῖν τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς, ἤτοι τῇ περὶ τὰ πράγματα ἀνεπιτηδειότητι· δεῖν δὲ μᾶλλον ἐκρίναμεν ἐλεῆσαι τὸν γηραιὸν ἐπὶ χρόνοις πολλοῖς τῆς πατρίδος αὐτοῦ, καὶ πατρώων ἐνδιαιτημάτων ἐκ-

quanam ratione dividunt isti quæ non debent dividi, et tanquam leges sancient ea quæ epistola non comprehenduntur. Porro et hanc dispensationem existimo non inconsiderate factam esse. Cum enim canones, et sancti Cyrilli ad Domnum epistola, decernant, ne ulli sacerdotes renuntiationum libellos afferant (Si enim, inquit, sacra ministeria obire digni sunt, in eo permaneant: sin autem indigni, ne per renuntiationem exeant, sed potius, rebus ipsis condemnati), quomodo dixerit quispiam Ephesinam synodum, et eum potius qui ei præerat magnum Cyrillum sibi, et reliquis Patribus contraria statuisse? Sed, ut est versimile, cum Eustathii renuntiatio firma non esset, sed in quibusdam labaret, ex dispensationis ratione annuit sancta synodus ad ea quæ definiit. Quod autem esset ejusmodi Eustathii renuntiatio, ex ipsa etiam epistola apparet, quæ dicit: Nescio quomodo renuntiationis libellum attulit Eustathius: et ob ejus receptionem velut in admirationem adducitur. Si ipsa enim ab aliquo non labefactaretur, nec ut episcopus nominaretur, et ut sacri muneris aliquid obiret, ei permitteretur. Quod itaque per hanc epistolam œconomice provisum est, non est universale. Hoc autem etiam ex eo declaratur, quod Patres scripserunt; quod si a religionis episcopis benignius aliquid in senem fiat, id quoque placet synodo. Præterea cum Chalcedonensis synodus nullum absolute ordinandum esse decernat, qui solum sacerdotalem, ut dicunt, dignitatem obtinebit episcopus; quorumnam sacerdotum antistes esse dicetur, vel quosnam docebit? et quorumnam episcopus erit? Nullorum omnino. Quare nec potestate quidem sola sacerdotalis dignitas obtinebitur. Quære etiam decimum canonem sancti Petri Alexandrini episcopi.

ZONAR. Eustathius, de quo in epistola sermo, Pamphyliæ episcopus fuit. Pamphylia autem est Atticæ provincia. Vir itaque prædictus cum in difficiliora tempora incidisset, præ pusillanimitate et negotiorum fuga moleste ferens, episcopatui scriptis renuntiavit. Ac alius quidem illic electus est. Eustathius vero multis cum lacrymis in sanctam hanc synodum postea venit, non civitatem sibi, non Ecclesiam vindicans, aut ea quo minus a successore haberentur recusans, sed nomen tantum episcopi et honorem petens, nimirum episcopi nomine honestari, episcopalemque in consessu locum, ac si quæ alia sunt hujusmodi, obtinere volens. Senis vicem igitur condoluimus, inquit sancta synodus, communesque ejus lacrymas existimavimus, et discere conati sumus, num aliquorum flagitiorum convictus homo canonice depositus fuisset. Cum vero nihil tale factum esse comperissemus, sed illum, haud sane rebus gerendis habilem, episcopatu, quo se ipsemet abdicaverat, excidisse: nos hominem, quod a negotiis abhorreret, sive rebus gerendis minus idoneus fuerit, objurgare haud honestum esse existimavimus, sed potius senectute confecto, et patria multos jam annos ac patriis sedibus orbato, misericordiæ aliquid impartiendum

esse judicavimus. Itaque et episcopi nomen, et dignitatem, communionemque ab eo retineri decrevimus, et justum censuimus. Ita scilicet, ut ei secretiora adyta intrare, ibique communicare, non tamen aut ipsi sacra facere, aut ordinibus quempiam inaugurare fas sit, nisi vel episcopus aliqui eum sibi socium in sacris peragendis vel ordinando asciverit, vel ab ipso regionis istius episcopo tale quippiam ei facere sit permissum. Atque hæc quidem nos, inquit synodus, homini indulsimus. Quod si benignius aliquid, vel nunc, vel in posterum, illi consulueritis, id est, si plus aliquid juris vel privilegii illi concesseritis, nobis acceptum erit. Ex hac synodi constitutione colligunt quidam, licere episcopis ecclesias suas, dignitate episcopali nihilominus retenta, dimittere. Sed ego contrarium potius hinc puto effici, quod olim qui episcopatibus renuntiarunt omnibus quæ acceperunt privati sunt, et neque jus aliquod episcopale post renuntiationem retinebant neque episcopi appellabantur. Si enim, episcopatu quamvis deposito, adhuc episcopalia jura retineri mos erat, cur tandem lacrymans Eustathius in sanctam synodum venit, sibique episcopi honorem ac nomen precibus obtinere contendit? et de ea re litteras ad Pamphyliæ synodum dandas Ephesina hæc synodus censuit? Potius igitur antistitum munneris episcopalis detrectationem nec sine culpa esse, nec tunc fuisse, ex hac epistola apparet, quæ dicit; cum a negotiis vehementer abhorrens præ curis animo concidisset, renuntiationis, nescimus quomodo, libellum obtulit. Oportebat enim eum, ut cui sacerdotalis cura semel mandata est, ei cum spirituali robore insistere, et labores veluti subire, et suderem, cui merces proposita est, lubenter suscipere.

Non fuisse igitur antiqui moris ecclesiarum renuntiationes, exinde satis constat, quod synodus scribit, quod nescimus quomodo renuntiationis libellum obtulit. Admirantium namque facti novitatem et dubitantium erat dicere, quod nescimus quomodo id factum fuit. Si vero res usitata fuisset, de ea non dubitaretur. Quæ vero subjiciunt [cui namque semel episcopalis cura demandata fuisset ei insistere illum oportuit] et quæ sequuntur, ea, nullam ejusmodi sacerdotalis oneris deponendi facultatem fuisse, quin id potius maxime vetitum et crimonosum fuisse, satis aperte demonstrant. Etenim si qui nunc primum ad pastoralis curæ sollicitudinem vocantur, nisi decreto pareant secundum apostolorum **109** trigesimum sextum, et Antiochenæ synodi decimum septimum canonem, quoad recusandi finem facerent, segregentur; quomodo ii, qui ordinantur, et populi curam susceperunt, ei renuntiantes, et oblatum sibi divina gratia ministerium repudiantes, facile admittentur, et non pœna potius afficientur, sed et præmium, episcopi scilicet nomen et honorem, habebunt? Nam ea quidem præmii loco homini, qui a parœcia, in quam destinatus fuerat, non suo vitio, sed impotenti multitudinis

πεπτωκότα. Καὶ ὡρίσαμεν, καὶ δίκαιον ἡγησάμεθα ἔχειν αὐτὸν τὸ ὄνομα τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν κοινωνίαν, τὸ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίναι δηλαδὴ, καὶ μεταλαμβάνειν, μήτε δὲ ἱερουργεῖν αὐτὸν, μήτε χειροτονεῖν, εἰ μὴ συμπαραληφθείη παρ' ἑτέρου ἐπισκόπου, ὥστε συλλειτουργῆσαι ἐκείνῳ ἢ συγχειροτονῆσαι, ἢ ἐπιτραπείη τοιοῦτόν τι ποιῆσαι παρὰ τοῦ τῆς ἐνορίας ἐκείνης ἐπισκόπου. Καὶ ἡμεῖς μὲν ταῦτα, φησὶν ἡ σύνοδος, δεδώκαμεν αὐτῷ· εἰ δέ τι βουλεύσεσθε χρηστότερον ὑμεῖς ἐπ' αὐτοῦ, ἢ νῦν ἢ μετὰ ταῦτα, ἥγουν εἰ καὶ πλέον τι παράσχοιτε αὐτῷ δίκαιον ἢ προνόμιον, καὶ τοῦτο ἀρεστὸν ἡμῖν δόξει. Ἐκ ταύτης συνοδικῆς οἰκονομίας οἴονταί τινες ἐνδεδόσθαι τοῖς ἐπισκόποις παραιτεῖσθαι τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, τὴν δὲ ἀρχιερωσύνην παρακρατεῖν. Οἶμαι δὲ τοὐναντίον μᾶλλον ἐντεῦθεν καταλαμβάνεσθαι, ὅτι πάλαι οἱ τὰς ἐπισκοπὰς παραιτούμενοι, εἴ τε ὡς ἐδέχοντο πάντων ἐξέπιπτον, καὶ οὔτε ἀρχιερατικόν τι δίκαιον μετὰ τὴν παραίτησιν εἶχον, οὔτε ἐπίσκοποι ὠνομάζοντο· εἰ γὰρ ἦν ἔθνος, ὥστε τὸν παραιτησάμενον ἀρχιερατικὰ δίκαια ἔχειν, τί δήποτε ὁ Εὐστάθιος μετὰ δακρύων προσῆει τῇ ἱερᾷ συνόδῳ, καὶ ᾐτεῖτο καλεῖσθαι ἐπίσκοπος, καὶ ἐπισκόπου ἔχειν τιμήν; καὶ ἡ σύνοδος ἔγραφε περὶ τούτου τῇ κατὰ Παμφυλίαν συνόδῳ; μᾶλλον μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης καὶ τὸ ὅλως παραιτεῖσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς τὰς ἐπισκοπὰς οὐκ ἀνέγκλητον φαίνεται εἶναι, οὐδὲ χίνεσθαι τότε, λεγούσης ὡς ἀπειρηκὼς πρὸς τὰς φροντίδας ἐκ πολλῆς ἀπραγμοσύνης, παραιτήσεως, οὐκ ἴσμεν ὅπως, προσεκόμισε βιβλίον. Ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀνταποδύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἡδέως τὸν ἔμμισθον ἐθελοντὶ ὑπομένειν. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔθος ἦν παραιτήσεις ἐκκλησιῶν γίνεσθαι τότε, ἐμφαίνεται ἀπὸ τοῦ γράψαι τὴν σύνοδον ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως παραιτήσεως προσεκόμισε βιβλίον. Ξενιζομένων γὰρ ἐπὶ τῇ πράξει καὶ ἀπορούντων ἦν τὸ λέγειν ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως ἐγένετο τότε. Εἰ δὲ συνήθως ἐγένετο, οὐκ ἂν ἠπορεῖτο. Τὸ δὲ ἐπιφέρειν· ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα ἔχεσθαι ταύτης, καὶ τὰ ἑξῆς δίδωσιν ἐννοεῖν, ὅτι τὸ παραιτεῖσθαι τὰς ἱερατικὰς φροντίδας οὐκ ἐπιτετραμμένον, ἀλλ' ὑποτετραμμένον μᾶλλόν ἐστι καὶ ὑπ' αἰτίασιν. Εἰ γὰρ οἱ ἄρτι πρώτως καλούμενοι εἰς ποιμαντικὴν λειτουργίαν λαοῦ, εἰ μὴ πείθοιντο τοῖς ψηφιζομένοις αὐτοὺς, ἀφωρισμένοι εἰσὶ, κατὰ τὸν ς' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἕως ἂν καταδέξωνται, καὶ κατὰ τὸν ις' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, πῶς οἱ χειροτονηθέντες καὶ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν καταδεξάμενοι ἀπραγμόνως δεχθήσονται παραιτούμενοι, καὶ τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς θείας χάριτος λειτούργημα ἀπαναινόμενοι, οὐκ ἐπιτιμηθήσονται μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ γέρας ἕξουσι τὸ καλεῖσθαι ἐπίσκοποι, καὶ τυγχάνειν τιμῆς ἀρχιερατικῆς; ὅπερ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος ὡς πρεσβεῖον ἀπένειμε τῷ χειροτονηθέντι εἰς παροικίαν, καὶ μὴ δεχθέντι παρὰ τοῦ ἐκεῖσε λαοῦ οὐ παρ' αἰτίαν οἰ-

χείαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ ἀταξίαν καὶ κακοη- A depravatæ licentia excluderetur, ut ejusdem synodi
θειαν, ὡς ὁ ὀκτωκαιδέκατος αὐτῆς περιέχει κανών. decimo octavo canone videre est, Antiochena syno-
Καὶ ἡ γραφὴ δὲ τῆς ῥηθείσης ἐπιστολῆς δείκνυσιν dus attribuit. Quinetiam ob demissum Eustathii
ὡς οἰκονομία τὸ πᾶν ἦν διὰ τὴν μικροψυχίαν τοῦ animum et dolore confectum dispensationem illam
Εὐσταθίου καὶ τὸ τῆς λύπης σφοδρόν. Περιέχει γὰρ omnino concessam fuisse ipsiusmet epistolæ con-
ὡς, ἐπειδὴ προσῆλθε κλαίων, καὶ ἐξαιτῶν τόδε καὶ textus ostendit. Sic enim habet: [Quoniam multis
τόδε, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοι- cum lacrymis in synodum venit, hoc atque illud
νὸν ἐλογισάμεθα τὸ αὐτοῦ δάκρυον. Καὶ μετά τινα· postulans, doluimus, inquiunt, senis vicem, commu-
Ἐπεὶ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα nesque illius lacrymas duximus.] Et paulo post: [Sed
φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρε- quoniam viro non nimis succensere consentaneum
σβύτην, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐκ τούτων οὖν ἐμφαίνεται est quod sit negotiorum fugitantior, sed senis po-
ὅτι τὰ δάκρυα καὶ τὸ βαθὺ γῆρας δυσωπηθέντες tius misereri oportet, et quæ sequuntur.] Quibus ex
τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, καὶ μή τι αὐτῷ συμβαίη εὐλα- verbis apparet, reverentia quadam Eustathii lacry-
βηθέντες ἐκ τῆς ἀμέτρου λύπης, ᾠκονόμησαν ὅσα marum, et pene jam præcipitatæ senectutis adduc-
καὶ ᾠκονόμησαν, ἀλλ' οὐχ ὡς τυποῦντες ταῦτα, καὶ tos, ac ne quid homini ex nimio dolore gravius
οὕτω γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς διατατόμενοι. Ἤδεισαν B accideret veritos, ea Patres de illius honoribus de-
γὰρ τοὺς κανόνας πάντως, καὶ οὐκ ἂν ἐναντία crevisse, non ut exemplum in eo homine constitue-
τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι καὶ τοῖς τῶν πρὸ αὐτῶν rent, aut legem posteris præscriberent. Nec enim
ἁγίων Πατέρων ὥριζον διατάγμασι, καὶ παραιτεῖ- illi sanctiones canonicas ignorabant, aut contraria
σθαι τοῖς βουλομένοις ἐνεδίδουν, καὶ προνομίων apostolorum Patrumque priorum constitutionibus
ἀρχιερατικῶν ἀπολαύειν, καὶ μετὰ τὴν παραίτησιν. decreta sancire mens erat: neque episcopatus abji-
Πῶς γὰρ ἔμελλον τοῦτο ποιῆσαι οἱ φρονοῦντες ὅτι ciendi, eoque etiam dimisso episcoporum prærога-
τὸν ἅπαξ ἐγχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα χρὴ tivis fruendi, cuilibet homini facultatem esse vo-
ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ luerunt. Quo pacto namque id velle potuissent, qui
ὅσα ἐπάγαγον ἐφεξῆς; Ὅτι δὲ τὸ σύμπαν τοῖς δά- impositum episcopalis curæ onus spiritualis animi
κρυσι τοῦ πρεσβύτου ἐκείνου καταχλασθέντες ἐποίη- firmitate sustinendum esse, et quæ deinceps addi-
σαν, δηλοῦται καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων ῥημάτων τῆς dere, persuasum haberent? Porro senis lacrymis
ἐπιστολῆς, καὶ ἐκ τοῦ γράψαι· Εἰ δέ τι βουλεύσεσθε inflexos ad misericordiam Patres decretum hoc
χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ, ἀρέσει καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ edidisse, cum ex aliis multis epistolæ verbis, tum
συνόδῳ. C ex his, quæ sequuntur, facile apparet: Quod si vos,
inquiunt, mitius aliquid de hoc homine statueritis, id quoque sancta synodus gratum acceptumque
habebit.

Τοσοῦτον γὰρ τὸν ἄνδρα ἠλέησαν τοῖς ἐκείνου Tanta enim Patrum animos, ejus hominis lacry-
καμφθέντες δάκρυσι καὶ τῇ συμφορᾷ, ὡς καὶ τοὺς mis et calamitate emollitos, miseratio ceperat, ut
ἄλλους παραθήγειν εἰς ἔλεον ἐκείνου, καὶ παρακα- alios quoque ad misericordiam illi tribuendam ipsi-
λεῖν εἰς συμπάθειαν. Εἰ δὲ ὡς κανόνα τὴν συνοδικὴν met incitarent, et ad ejus commiserationem provo-
ταύτην ἐπιστολὴν δέχονται, καὶ οὐχ ὡς οἰκονομίαν carent. Quod si hanc synod. Epist. canonis vim ha-
ἐπ' ἐκείνῳ γενομένην τῷ Εὐσταθίῳ, τί μὴ καὶ bere, et non in ea solius Eustathii causam agi pu-
τοῖς παραιτησαμένοις τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας καὶ τὴν tant; quidni iis etiam, qui ecclesiarum suarum
ἀρχιερωσύνην αὐτὴν εἰς αὖθις προσίασι καὶ προσ- curam, et sacerdotii quoque episcopalis dignitatem
κλαίουσι διδόασιν ὄνομά τε ἐπισκοπῆς καὶ ἀρχιε- deposuerunt, si postea iterum accedant et lacrymas
ρατικὰ δίκαια καὶ τιμήν. Ἐκεῖνος γὰρ ἅπαντα καθ- fundant, episcopi nomen ac episcopalia jura bono-
άπαξ παραιτησάμενος φαίνεται, καὶ πάντων ἐκπε- remque concedi putant oportere? Illum namque se
πτωκώς, ἐκ τοῦ λέγειν τοὺς τῆς συνόδου ὅτι Ἐξη- omnibus uno tempore abdicasse, omnibusque simul
τοῦμεν μαθεῖν, εἰ καθαίρεσιν ἔννομον ὑπομεμένηκεν, D excidisse, synodi verba illa indicant. Quæsivimus,
ἦγουν ἐπί τισι τῶν ἀτόπων ἐληλεγμένων· καὶ δὴ inquiunt, an legitima depositione multatus, hoc est,
ἐμάθομεν τοιοῦτον μὲν οὐδὲν πεπρᾶχθαι, γενέσθαι an alicujus flagitii convictus foret Eustathius; nec
δὲ μᾶλλον τῷ Εὐσταθίῳ ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν πα- tale quidquam didicimus contigisse, sed ipsam po-
ραίτησιν. Ὥσπερ οὖν εἴ τῳ ἀτόπῳ τινὶ ἑάλω, οὕτως tius renuntiationem illi pro crimine fuisse: qui ti-
ἦν ἁπάντων τῶν τῆς ἐπισκοπῆς δικαίων ἐκπεπτω- men eo nomine, quasi manifesti sceleris reus tene-
κὼς ἐκ τῆς παραιτήσεως, καὶ καθῃρῆσθαι αὐτῇ retur, ita omni episcopali jure ex renuntiatione pe-
δοκεῖν. Ἀλλ' ὅμως ἡ σύνοδος τοῦ ἐκείνου δάκρυσιν nitus exciderat, ut depositionis veram speciem ea
ἐπικαμφθεῖσα ἐψηφίσατο, ὅσα τῇ ἐπιστολῇ περιέ- animadversio præ se ferre omnino existimaretur,
χονται. Τοῖς γοῦν ὡς κανόνα καὶ τύπον δεχομένοις nisi synodus quæcunque hac epistola continentur,
αὐτὴν οὐδὲ τοὺς παραιτησομένους τὴν τε τῶν πρα- ejusdem commota lacrymis decrevisset. Quam qui-
γμάτων διοίκησιν, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτὴν dem qui canonis et exempli vim obtinere conten-
διαιρουμένας κατ' ἐκείνους αὖθις, προσίεσθαι καινόν dunt, mirum iis non videbitur, aut novum, eos qui
τι δόξει, καὶ ψηφίζεσθαι σφίσι κλῆσιν ἐπισκόπου se negotiorum administrationi subtraxerint, et
λειτουργίαν τε καὶ τιμήν. Οὐκ εὐστόχως οὖν τῆς summi sacerdotii dignitate (quæ duo ex istorum

sententia divisa sunt) abdicarint, rursus admitti, ilsque episcopi nomen ac honores, cum sacrorum procuratione decerni. Sed reverendorum illorum Patrum mentem profecto non assequuntur, qui huic epistolæ canonis auctoritatem tribuunt, ac per eam episcopis ecclesias suas, summi sacerdotii retenta dignitate, dimittendi potestatem factam fuisse arbitrantur. Et vero canonis alterius auctoritati, qui ita sentiunt, haud dubie adversantur. Nam in synodo Chalcedonensi, cui sexcenti triginta interfuere Patres, ne quem 110 presbyterum, aut diaconum absolute ordinari aut aliquem omnino clero ascribi liceat, nisi certe ecclesiæ urbis aut pagi, aut martyrio, aut monasterio nominatim addictum, sexto canone constitutur. Quicunque vero absolute ordinati sunt, irritam esse talem ordinationem, et functiones ordinum exercendi potestatem nequaquam habere, in ejus qui contulit contumeliam, decernitur. Quod si quorum longe inferior est dignitas, eos non nisi certo loco addictos ordinibus insigniri, nec insignitos, functiones ordinum, quos susceperunt, exercere fas est, tantumque in re facinoris inesse Patres statuerunt, ut illum ipsum, qui ordines contulisset, afficiendum contumelia esse judicarent; cujus longe major, vel amplissima potius ex omnibus est honoris majestas, cum nullo certo loco addictum, nulli proprie sedi destinatum esse episcopum licebit? Episcopique nomen ac summi sacerdotii jura nihilominus retinebit? An vero, quicunque episcopus renuntiatur, civitati cuipiam nominatim præficitur, ac illius episcopus appellari solet. Quicunque igitur civitatem, cui præfectus erat, reliquit, ac in eo sacrorum procurationem, gregisque sibi a summo sacerdote commendati curam deseruit, quid habebit amplius ex quo episcopi nomen obtinere merito debeat? Quorum ille namque speculator, aut custos? Ipsum enim nomen actionem, exercitationemque significat. Qui vero actionem defugit nomine quoque spoliatur. Porro in quem episcopi nomen haud cadit, quo jure is sacerdotii dignitate retenta, sacri magistratus prærogativis ac honore perfruetur? Quomodo vero hierarcha nominabitur, qui nec ullum subjectum sibi clerum habet, nec ulla in sacris initiatos homines auctoritate præditus est? At cui hierarchæ appellatio vere non convenit nec actio contenit: qui enim communione nominis excluditur re ipsa multo magis careat necesse est. Reliquum igitur ut nemo episcopatus sibi impositum munus accipiens, ei renuntiet, nisi se sacerdotio indignum fateatur. Si quis vero concesserit eum qui renuntiat, omnino non canonice illud suscepisse, omni sacri muneris dignitate, summique sacerdotii prærogativis una cum renuntiatione ipse renuntians excidet. Renuntiationes autem non admittendas esse vel ex tertio sancti Cyrilli ad Domnum epistolæ capite liquido apparet, dicente: Jam aliter res se habet, ab ecclesiasticis sane institutis alienæ, libellos scilicet renuntiationum proferre quosdam ex aliaris ministris, et cætera. Vide præterea quæ in canonem decimum sancti martyris Petri Alexandrini archiepiscopi scripsimus.

ARIST. *Eustathius cum fortiter debuit resistere (hoc enim omnis debet episcopus) terga dans leviter refu-*

διανοίας τῶν σεπτῶν ἐκείνων Πατέρων καταστοχάζονται οἱ ὡς κανόνι χρώμενοι τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, καὶ ἐνδίδοσθαι ἐξ αὐτῆς νομίζοντες παραιτεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, τὴν δ' ἀρχιερωσύνην παρακατέχειν. Οἱ γὰρ τοῦτο διδόντες καὶ κανόνι ἑτέρῳ ἐναντιοῦνται. Ἡ γὰρ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων Πατέρων ἐν ἕκτῳ κανόνι μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι θεσπίσασα, μὴ πρεσβύτερον, μὴ διάκονον, μήτε τινὰ ὅλως τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο· τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους ἄκυρον ἔχειν τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, καὶ μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν ἐφ' ὕβρει τοῦ χειροτονήσαντος. Ἐπεὶ τοίνυν οἱ ἧττονος ὄντες βαθμοῦ ἀπολύτως χειροτονεῖσθαι οὐ συγχωροῦνται, ἀλλὰ κἂν χειροτονηθῶσιν, ἀνενέργητοι μένουσι, καὶ τοσοῦτον τὸ πρᾶγμα ἔδοξεν ἀπρόπαιον, ὡς καὶ τὸν χειροτονήσαντα κρίνεσθαι ὕβρεως ἄξιον, πῶς ὁ μείζονος ἀξίας, μᾶλλον δὲ τῆς ὑπερτέρας πασῶν ἀπολύτως καὶ ἀνωνύμου, ἐπίσκοπος ἔσται; καὶ κληθήσεται, καὶ ἀξιωθήσεται, δικαίων ἀρχιερατικῶν; Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς χειροτονούμενος πόλει τινὶ ἐπικηρύττεται, κἀκείνης ἐπίσκοπος ὀνομάζεται. Ὁ γοῦν τὴν πόλιν ἐφ' ᾗ ἐπικηρύχθη, λιπὼν, καὶ παραιτησάμενος τὸ ἐν αὐτῇ ἱεράσθαι, καὶ ἐπισκοπεῖν τὸ ἐν ἐκείνῃ τοῦ μεγάλου ἀρχιποίμενος ποίμνιον, πῶς ἐπίσκοπος κληθήσεται τοῦ λοιποῦ; τίνας ἐπισκοπῶν; Τὸ γὰρ ὄνομα τούτου πράγματός ἐστι καὶ ἐνεργείας δηλωτικόν· ὁ δ' ἀποστεισάμενος τὴν ἐνέργειαν ἐκπίπτωκε καὶ τῆς κλήσεως. Ἐπίσκοπος δὲ καλεῖσθαι μὴ πεφυκὼς, τίνι δικαίῳ τῆς ἱερωσύνης ἀνθέξεται, καὶ ἀρχιερατικοῦ προνομίου, καὶ τιμῆς ἀπολαύσεται; Πῶς δὲ καὶ ἱεράρχης ὀνομασθήσεται ὁ μὴ κλῆρον ὑφ' ἑαυτὸν ἔχων, οὐδ' ἄρχων ἱερωμένων; Ὧ δὲ μὴ πρόσεστι πρὸς ἀλήθειαν τῆς ἱεραρχίας τὸ ὄνομα, οὐ δὴ ἐνέργεια πρόσεστιν. Ὁ γὰρ τοῦ ὀνόματος μὴ μετέχων, μᾶλλον οὐκ ἂν μεθέξει τοῦ πράγματος. Λοιπὸν οὖν οὐδεὶς τὸ αὐτῷ ἐπιτεθὲν λειτούργημα τῆς ἐπισκοπῆς δεχθήσεται παραιτούμενος, εἰ μὴ ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς ἱερωσύνης ὁμολογεῖ. Εἰ δέ τις δώσει, πάντως ἂν οὐ κανονικῶς δεχθῆναι τὸν παραιτούμενον, πάσης ἀξίας ἱερατικῆς καὶ παντὸς δικαίου τῆς ἀρχιερωσύνης ἅμα τῇ παραιτήσει ἐκπεσεῖται ὁ παραιτούμενος. Ὅτι δὲ παραιτήσεις οὐ χρὴ δέχεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ τρίτου κεφαλαίου τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου φανερῶς ἀποδείκνυται, λέγοντος· Καὶ ἑτέρως δὲ πρᾶγμά ἐστιν οὔτε τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἁρίστοις θεσμοῖς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεων προσάγειν τινὰς τῶν ἱερουργῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ζήτει καὶ τὰ γραφέντα εἰς τὸν δέκατον κανόνα τοῦ ἱερομάρτυρος Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

ΑΡΙΣΤ. Ἀντέχειν ὀφείλων Εὐστάθιος χαρτῶν [τοῦτο γὰρ ἅπας ἐπίσκοπος] νῶτα δοὺς, ἀν-

ωραλῶς παρῃτήσατο. Θεόδωρος ἀντὶ τούτου A κεχειροτόνηται. Ὁ δὲ, κλαίων καὶ δυσωπῶν, τὴν τιμὴν αἰτεῖ. Ὁ ἀντ' ἐκείνου χειροτονήσας ἀνεύθυνος, ἔχων δηλαδὴ τὴν ἐκείνου παραίτησιν ἀντ' ἐγκλήματος.

Ὁ ἐπίσκοπος οὗτος Εὐστάθιος, ἀπράγμων ὤν, καὶ μὴ δυνάμενος τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων ἀντέχεσθαι, καὶ πρὸς τὰς ἐπερχομένας αὐτῷ φροντίδας ἀνθίστασθαι, καὶ διακρούεσθαι ταύτας· παρῃτήσατο τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν· καὶ ἐχειροτονήθη ἀντ' αὐτοῦ ἕτερος. Εἶτα ἦλθεν εἰς Ἔφεσον σύνοδον πρόσηλθε, αὖ τὴν ἐπισκοπὴν ἀναλούμενος. Εἰ γὰρ ἂν οὐδὲ εἰσηκούσθη, ἅπαξ ταύτην παραιτησάμενος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἑτέρου χειροτονηθέντος· ἀλλὰ τὴν ἐπισκοπικὴν τιμὴν ζητῶν ἔχειν, καὶ τὴν κοινωνίαν· καὶ ἐδικαιώθη ἐπ' αὐτῇ χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, ὥστε ἐπίσκοπον αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῆς καθέδρας μετέχειν, καὶ ἱερουργεῖν οὐκ ἐξ ἰδίας αὐθεντίας· ἀλλ' ὁπότε παρ' ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἐπιτραπῇ κατὰ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ. Κατὰ συμπαθῆ δὲ λόγον οἱ τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες ὑπέθεντο τῇ ἐν Παμφυλίᾳ συνόδῳ, εἰς ἣν ἐτέλει καὶ ὁ Εὐστάθιος, χρηστότερόν τι περὶ αὐτοῦ βουλεύσασθαι ἢ νῦν ἢ μετέπειτα· τὸ δὲ ἦν ἢ εἰς ἐκκλησίαν σχολάζουσαν προχειρίσασθαι, ἢ ἄλλως χειραγωγῆσαι αὐτόν.

gii. Theodorus in ejus locum ordinatus est. Ille vero lacrymas effundens et pudore confusus honorem repetit. Qui alium illius loco ordinavit, insons est, cum detrectationem ejus pro crimine habeat.

Eustathius hic episcopus cum litium erat fugitans et Ecclesiæ negotia sustinere non potuit, nec curis eum invadentibus resistere nec eas depellere, negotiorum administrationi renuntiavit, et ejus loco alius ordinatus fuit. Postea ad Ephesinam accessit synodum, episcopatum rursus repetens. Et quamvis non exauditus fuit, cum semel eum abdicasset, et alius ejus loco fuisset ordinatus: episcopalem tamen honorem habere quæritans, et communionem, et sine omni contradictione in ea confirmatus fuit, ut ipse nominaretur episcopus, et honoris cathedræque particeps esset, et sacra perageret, non ex propria ancsoritate, sed quando secundum affectionem et in Christo charitatem a fratre et coepiscopo permitteretur. Sympathiæ autem ratione ducti Patres hujusce synodi, synodo Pamphyliæ, in qua sacra celebravit Eustathius, proposuerunt, benignius aliquid de eo statuere, aut nunc aut postea; hoc autem erat, ut vel in vacantem ecclesiam designaret, vel aliter eum manu ducerent.

ΚΑΝΟΝΕΣ Λ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΧΑΛΚΗΔΟΝΙ.

CANONES XXX

SANCTÆ ET ŒCUMENICÆ QUARTÆ SYNODI CHALCEDONENSIS.

ZΩΝΑΡ. καὶ ΒΑΛΣ. Ἡ ἁγία τετάρτη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ ἐξακοσίων τριάκοντα ἁγίων Πατέρων συναθροισθέντων ἐν Χαλκηδόνι κατὰ Διοσκόρου τῆς πρωτονύμου προστατοῦντος Ἀλεξανδρείας καὶ Εὐτυχοῦς ἀρχιμανδρίτου Κωνσταντινουπόλεως, οἳ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμοούσιον μὲν τῷ Πατρὶ ὡμολόγουν, περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐβλασφήμουν, καὶ φεύγοντες τὴν τοῦ Νεστορίου διαίρεσιν, δύο υἱοὺς εἰσάγοντος, εἰς ἄλλο κακὸν ἐκ διαμέτρου ἐνέπιπτον. Τὰς γὰρ δύο φύσεις τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν συγχραθῆναι, καὶ εἰς μίαν ἀποτελεσθῆναι φύσιν ἀσεβῶς ἐδογμάτιζον, ὡς καὶ τῇ θεότητι προσαρμόζειν τὰ πάθη. Ἀλλὰ καὶ τὴν σάρκα οὐχ ὁμοούσιον ἡμῖν ἀνειληφέναι τὸν Κύριον ἔλεγον, οὐδὲ ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων συμπαγεῖσαν, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥήτως πως καὶ θειοτέρως σεσαρκῶσθαι αὐτὸν ἀνέκλαττον· καὶ ἄλλα

111 ZONAR. et BALS. Sancta et œcumenica quarta synodus Marciano imperante celebrata fuit, sexcentis triginta Patribus adversus Dioscorum, in Alexandrina inclyta urbe præfectum, et Constantinopoleos archimandritam (seu cœnobii præfectum) Eutychetem, coactis; qui Christum Dominum Patri consubstantialem cum faterentur, de Incarnationis tamen mysterio nefarie loquebantur, dumque Nestorii Christum dissecantis, duosque filios constituentis errorem declinant, in aliud malum huic ex diverso oppositum sunt delapsi. Utramque scilicet Dei naturam et hominis, postquam sibi invicem copulatæ atque connexæ fuerunt, ita permistas esse, atque inter se penitus in unam naturam coaluisse impie asserebant, ut divinitatem quoque affectionibus et perturbationibus obnoxiam constituere minime vererentur. Corpus quoque, non ejusdem cum humanis corporibus naturæ, nec ex virginis

concretum sanguinibus suscepisse Dominum, sed inexplicabili quadam et diviniore prorsus ratione, incarnatum illum esse somniabant; aliaque deblaterabant hujusmodi, proindeque a sancta synodo depositi atque anathemate percussi sunt : eadem synodus Deum, hominemque perfectum in duabus indivisis impermistisque naturis Christum Dominum esse definivit. Et vero subjectos quoque canones edidit.

A δὲ ἐφλυάρουν, οὓς καθεῖλε, καὶ ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος· αὕτη, τέλειον θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δογματίσασα ἐν δύο φύσεσιν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως. Ἐξέθετο δὲ καὶ κανόνας τοὺς ὑπτεταγμένους.

CANON I.

Qui a sanctis Patribus in unaquaque synodo hucusque expositi sunt, observari canones æquum censuimus.

BALS. Ἐδικαίωσαν (id est) justum censuerunt Patres, ut qui a sanctis Patribus, qui eos præcesserunt, ante quartam synodum editi sunt canones, observentur, et vires suas obtineant. Nec dixeris, quomodo non meminit canon provincialium et œcumenicarum synodorum? ex eo enim quod confirmentur, qui a sanctis Patribus in unaquaque synodo ad id usque tempus compositi sunt canones, omnium synodorum decreta firma ac stabilia reddunturB.

ZONAR. Multa, fidei dogmatibus stabiliendis, et ecclesiasticæ disciplinæ, moribusque sanciendis, œcumenici, provincialesque ante sanctam hanc synodum celebrati conventus, promulgatis canonibus decrevere. Ea igitur omnia decreta Patres sancti in hac synodo congregati hoc canone confirmarunt, et obtinere judicarunt, hoc est, justum senserunt, et existimarunt.

ΚΑΝΩΝ Α'.

Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν.

ΒΑΛΣ. Ἐδικαίωσαν οἱ Πατέρες ἀντὶ τοῦ δίκαιον εἶναι ἔκριναν, κρατεῖν τοὺς πρὸ τῆς δ' συνόδου ἐκτεθέντας κανόνας ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτῶν ἁγίων Πατέρων. Καὶ μὴ εἴπῃς, Πῶς οὐκ ἐμνήσθη ὁ κανὼν τοπικῶν συνόδων καὶ οἰκουμενικῶν; Ἀπὸ γὰρ τοῦ κυρωθῆναι τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον μέχρι τοῦ τότε καιροῦ συντεθέντας κανόνας στηρίζονται πασῶν τῶν συνόδων τὰ θεσπίσματα.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι καὶ αἱ τοπικαὶ αἱ πρὸ ταύτης τῆς ἁγίας συνόδου γενόμεναι κανόνας ἐξέθεντο, τοὺς μὲν εἰς δογμάτων συντελοῦντας ἀκρίβειαν, τοὺς δὲ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἁρμονίαν κατάστασιν, καὶ τὰς ἐκκλησίας ῥυθμίζοντας. Ἅπαντας οὖν ἐκείνους οἱ ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ συναθροισθέντες ἅγιοι Πατέρες ἐπεκύρωσαν διὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ κρατεῖν ἐδικαίωσαν, ἀντὶ τοῦ δίκαιον ἔκριναν καὶ ἡγήσαντο.

ARIST. *Canones cujusque synodi sanctorum Patrum observentur.*

112 CANON II.

Si quis episcopus propter pecunias ordinationem fecerit, et non venalem gratiam in venditionem deduxerit, et propter pecunias ordinaverit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel aliquem eorum qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promoverit œconomum vel defensorem vel paramonarium (seu monasterii adminis-

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ τῶν ἁγίων Πατέρων ἑκάστης συνόδου κανόνες κρατείτωσαν.*

ΚΑΝΩΝ Β'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄτιμον χάριν, καὶ χειροτονήσοι ἐπὶ χρήμασι ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν κλήρῳ κατηριθμημένων, ἢ προβάλλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον (88), *ἢ ὅλως*

Guill. Beveregii notæ.

(88) *Ἢ παραμονάριον.* Hæc vox raro occurrit. Vetus interpres hoc loco vertit, *Ostiarium*. Dionysius Exiguus Mansionarium, Justinianus autem *Paramonarios* inter rerum ecclesiasticarum administratores recenset, dicens, *Deo amabiles episcopi, si quidem aliquos diserte hi, qui defecerunt, præposuerint rebus (veluti xenodochos, ptochotrophos, aut nosocomos, aut orphanotrophos, aut gerontocomos, paramonarios, aut œconomos, aut simpliciter dicendo, piarum actionum administratores) illos quidem permittant habere administrationem.* l. XLVI. sect. 3. c. De episcopis et clericis. Ad quem locum Dionysius Gothofredus observat, παραμοναρίους esse villicos, sive actores possessionum, ex eorum genere qui res ecclesiasticas administrant, quamvis alias hi videantur appellari, satellites, asseclæ, buccellarii : est enim Nicetæ παραμονὴ, πλεκτοφόρος βάρβαρος. Villicus autem olim agri colendi causa constitutus est, atque appellatus a villa, quod ab eo in eam convehantur fructus, et evehantur cum venecunt : ut testatur Varro de re rustica l. I, c. 2. Isidorus autem ait, quod, *Villicus proprie villæ gubernator est, unde et a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus, Tullio interprete, significat; quod est universarum possessionum et villarum dispensator.* Isidori *Etymol.* l. IX. c. 4. Et hoc quidem sensu vox οἰκονόμος Luc. XVI, 1. a veteri Bibliorum interprete non inepte redditur *Villicus*, ubi a Syro vertitur *magister domus*, ab Arabe *administrator, procurator*. Et sic quidem παραμοναρίους hoc in loco hujusmodi fuisse *villici* videntur, qui nimirum possessiones et pecunias, præcipue ad monasteria, μονὰς dicta, pertinentes administrarunt, et dispensarunt. Sed Dionysius Exiguus hic *mansionarium* vertit, ut ante etiam observatum est. Quod tamen non intelligendum est de versione ejus, in Bibliotheca Juris Canonici veteris, ex ms. Christophori Justelli edita, quippe in qua nulla Latina vox loco Græcæ παραμοναρίου occurrit : sed de aliis istius versionis editionibus in tomis Conciliorum et aliis impressis, ubi παραμοναρίου *mansionarium* vertit; quomodo etiam in nonnullis Isidori Mercatoris codicibus redditur : in aliis ipsa vox Græca *Paramonarius* retinetur. Mansionarius autem unus fuit

τινὰ τοῦ κανόνος, δι' αἰσχροκέρδειαν· ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς κινδυνευέτω περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς· ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανῇ τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασιν, καὶ οὗτος, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω.

A

ΒΑΛΣ. Ὁ κθ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ λ', καὶ ἕτεροι, μεγάλως τιμωροῦσι τοὺς διὰ χρημάτων χειροτονοῦντάς τε καὶ χειροτονουμένους. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται μὴ μόνον τούτους καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὕτω σφραγίζοντας ἢ σφραγιζομένους, πρὸς δὲ καὶ τοὺς οὕτω προβαλλομένους, ἢ προβληθησομένους. Οἱ μὲν γὰρ ἐπίσκοποι, οἱ χωρεπίσκοποι, οἱ πρεσβύτεροι, οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι χειροτονοῦνται· οἱ ψάλται, οἱ ἀναγνῶσται, οἱ ἄρχοντες καὶ ἕτεροι σφραγίζονται· οἱ δὲ οἰκονόμοι, οἱ χαρτουλάριοι, οἱ παραμονάριοι, καὶ ἕτεροι, προβάλλονται. Καὶ τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, λέγοντος· Μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελεῖσθαι χειροτονίας ἢ προβολῆς. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς χειροτονίας καὶ ἡ σφραγὶς περιέχεται, ὡς διὰ χειρὸς γινομένη, οὐ μὴν καὶ ἡ προβολή. Αὕτη γὰρ καὶ δίχα σφραγῖδος τελεῖται. Ἀναφαίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν κανόνα· Ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος οὗ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Οὐ μόνους δὲ τούτους κολάζει, ὡς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεσάσαντας μοναχοὺς ἢ λαϊκοὺς ὄντας ἀναθεματίζει. Σημείωσαι τὸ τοῦ παραμοναρίου καὶ τοῦ οἰκονόμου. Περὶ δὲ χωρεπισκόπου ζήτει τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ιγ'.

B

C

ZONAP. Καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ συνόδων ἄλλων κανόνες εἰσὶ διάφοροι περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαί τινας ἐπὶ δόσει χρημάτων, μήτε μὴν διὰ προστασίας ἀρχοντικῆς· ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὗτος πλατύτερον τὰ περὶ τούτου διατάττεται, καὶ ἀπαριθμεῖ τοὺς χειροτονουμένους, καὶ τοὺς προβαλλομένους. Οἱ μὲν γὰρ χειροτονοῦνται ὡς ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι καὶ ὑποδιάκονοι· οἱ δὲ σφραγίζονται μόνοι, (καὶ τοῦτο δὲ χειροθεσίας ἐστὶν), ὡς ἀναγνῶσται καὶ ψάλται, καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι· οἱ δὲ προβάλλονται, ὡς οἰκονόμοι καὶ ἔκδικοι καὶ παραμονάριοι. Πάντας οὖν τούτους ἀπαγορεύει ὁ κανὼν οὗτος ἐπὶ δόσει χρημάτων γίνεσθαι. καὶ τοὺς τὴν ἄπρατον χά-

D

strum), vel omnino aliquem ex canone turpis quæstus gratia: qui hoc tentasse convictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: et qui est ordinatus, ex ordinatione vel promotione quæ instar mercatorum venundatur, nihil juvetur: sed sit a dignitate vel curatione, quam pecuniis adeptus est, alienus. Si quis autem adeo turpibus et nefariis lucris intercessor apparuerit, hic quoque, si sit quidem clericus, proprio gradu excidat: sin vero laicus sit vel monachus, anathematizetur.

BALS. Vicesimus nonus canon sanctorum apostolorum et tricesimus et alii, eos valde puniunt et qui ordinant, et qui propter pecunias ordinantur. Ille vero præsens canon decernit, non solum eos deponendos, sed eos etiam qui characterem sic tribuunt, eosque quibus datur: præterea autem et eos qui sic promovent, vel etiam promovebuntur. Episcopi enim, chorepiscopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi ordinantur; cantores, lectores, præsides et alii, characterе designantur; œconomi autem, chartularii, paramonarii (seu monasteriorum administri) et alii promoventur. Et hoc ex præsenti canone apparet, qui dicit: Ex ordinatione vel promotione, quæ instar mercatorum venundatur, nihil juvetur. Ordinationis enim nomine etiam characteris impressio comprehenditur ut per manum facta: sed non itidem promotio. Ipsa enim etiam sine characteris datione perficitur. Apparet autem hoc etiam ex eo quod dicit canon: Sed sit alienus a dignitate vel curatione, quam pecuniis assecutus est. Non hos autem solos punit, ut dictum est; sed eos etiam, qui intercessores fuerint, si sint laici vel monachi, anathematizat. Nota quod dicitur de paramonario et œconomo. De chorepiscopis autem quære synodi, quæ fuit Neocæsareæ, can. 13

ZONAR. Pluribus aliis apostolorum synodorumque decretis, pretio redempta, aut principum virorum auctoritate extorta ordinum collatio prohibetur. Idem hoc canone, fusius tamen explicata constitutione, decernitur. In eo siquidem, et quibus ordines conferri, et quicunque promoveri possunt, enumerantur. Nam alii quidem, quo in numero episcopi, presbyteri, diaconi et hypodiaconi sunt, ordinantur: nonnulli, ut lectores, cantores aç hujusmodi alii (quod ipsum non sine manuum impositione contingit), solo charactere signantur, alii demum, ut œconomi, defensores, paramonariique (seu monasteriorum administri) promoventur.

Guill. Beveregii notæ.

ex officialibus regiis, cui incubuit, mansiones regi, vel homini regio, vel cuivis rege misso, una cum viatico pro personæ dignitate præparare; quo sensu Hincmarus hac voce sæpe utitur. Epist. 3, cap. 16, 25. Aliter usurpatur hæc vox mansionarius pro eo, cujus erat lampadas in templo accendere, et exstinguere: ut constat ex Gregorii *Dialog.* l. 1, c. 5. Ab hoc sensu ytus interpres non multum abludit, ubi *Ostiarium* vertit. Sed uuter horum sensuum præsenti loco quadrat. Nam παραμονάριος omni procul dubio aliquem rerum ecclesiasticarum administratorem significat. Quod etiam e supra laudato Justiniani loco egregie confirmatur: utpote in quo paramonarii inter xenodochos, ptochotrophos, œconomos, aliosque qui omnes administrationem aliquam sibi commissam habuerunt, recensiti sunt: quemadmodum etiam in hoc canone defensoribus, et œconomis connumerantur

Ne quem igitur ex his omnibus mercede interposita creari liceat, hoc canone constitutum, quique non venalem Spiritus sancti gratiam, inæstimabilem videlicet, venditioni non subjectam ob superexcellentem et incomparabilem ejus naturam vendere (hoc enim est in venditionem deducere) deprehensi fuerint, in periculum de suo gradu venire, hoc est, eo moveri ac deponi jubentur. Atque hæc quidem in eos, qui, vel ordinibus conferendis, vel alicui ad ea munera, quæ in canone recensentur, eligendo, ac omnino ecclesiasticæ militiæ adscribendo, mercenariam operam locavere, statuuntur. Qui vero eosdem ordines promotionesve sunt emercati, nihil eos ex hac sacrorum nundinatione, sordidaque negotiatione juvari decretum est. Si namque ecclesiastici ordinis homines mercenariam operam quomodocunque alteri locare, profanave negotia turpi lucro inhiantes tractare sacris constitutionibus vetitum est, **113** ut ex proximo, et ex Carthaginensis synodi decimo sexto canone facile apparet, quo susceptores esse, aut procuratores, vel ex turpi aliqua, aut indigna negotiatione sibi victum quærere episcopi, presbyteri aut diaconi prohibentur, et ex magni Apostoli præterea verbis : *Nemo*, inquit, *militans implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat* [48] qui milites delegit, ac ex ipsis quoque legum civilium sanctionibus aperte colligitur ; multo minus rerum talium mercaturam exercere, emptamque sancti Spiritus gratiam possidere, per easdem constitutiones cuiquam licere existimandum est. Quamobrem et istos movendos esse dignitate, vel gradu. Idem et de promotis decernit hic præsens canon : et eos, qui intercessores sunt in istiusmodi negotiis operamve suam in his ordinum promotionumve nundinationibus commodarint, si clerici sint, deponi, si laici, aut monachi, anathemate plecti jubet. At vicesimo nono apostolorum canone, qui ordines emercati fuerint, et depositione mutari, et, quemadmodum Simoni illi Mago factum est, communione moveri præcipiuntur. Quæ quidem communio non de sola sacrorum mysteriorum perceptione, sed de illorum quoque consuetudine et congressu cum fidelibus accipi debet. Simon enim cum oblata pecunia pro ea sibi vicissim sancti Spiritus gratiam rependi postulasset, ex universo fidelium cœtu a Petro exterminatus fuit. Neque vero eos tantum qui propter pecunias ordinarunt aut ordinati sunt, sed et quicunque facinus attentaverint, etsi deprehensis haud processerit, iisdem nihilominus pœnis canon obnoxios esse decernit.

ARIST. *Qui emit, et vendit ordinationem usque ad prosmonarium, circa gradus periclitetur. Quin*

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐξωνούμενος καὶ ὁ πιπράσκων χειροτονίαν μέχρι καὶ προσμοναρίου* (89), *περὶ τοὺς*

[48] II Tim. II, 4

Guill. Beveregii notæ.

(89) *Μέχρι καὶ προσμοναρίου.* Hæc præsentis canonis epitome in Justelli Bibliotheca tam sub Alexii Aristeni quam Simeonis logothetæ nomine edita, multo aliter legitur. Sic, ὁ ἐξωνούμενος, καὶ πιπράσκων χειροτονίαν, περὶ τοὺς βαθμοὺς ἐπικινδυνεύει· ὁ δὲ νόμος, ἕως καὶ παραμοναρίου. *Qui emit, et qui vendit ordinationem, circa gradus periclitatur : lex autem etiam usque ad paramonarium* (non *defensorem*, ut Justellus vertit) ubi, ut videre est, vox παραμονάριος retinetur, pro qua in nostris codicibus προσμονάριος substituitur. Et sic quidem ipse Balsamon in nonnullis legisse videtur. Ille enim in responsis ad Marci Alexandrini interrogationem 28, hunc canonem citans, προσμονάριον loco τοῦ παραμοναρίου ponit. Joannes Meursius in Glossario (et ex eo Christophorus in præsentem

βαθμούς ἐπιπίπτουσι. Καὶ οἱ μεσάζοντες, κληρικοὶ μὲν, ἐκπιπτέτωσαν, λαϊκοὶ δὲ ἢ μοναχοὶ, ἀναθεματιζέσθωσαν.

Κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον χείρων ἐστὶ καὶ Μακεδονίου τοῦ πνευματομάχου ὁ τὴν ἄπρατον τοῦ Θεοῦ χάριν πιπράσκων. Ἔσται οὖν καὶ ὁ χειροτονῶν καὶ ὁ χειροτονούμενος ἐπὶ χρήμασι, τοῦ οἰκείου βαθμοῦ ἀλλότριος, κἂν ἐν ἰσχάτῳ βαθμῷ τοῦ κλήρου χειροτόνηται. Ἀλλὰ καὶ οἱ μεσάζοντες ἐπὶ ταῖς τοιαύταις χειροτονίαις, εἰ μὲν κληρικοί εἰσιν, ἐκπιπτέσθωσαν τοῦ οἰκείου βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἢ μονάζοντές εἰσιν. ἀναθεματιζέσθωσαν.

etiam mediatores, clerici quidem gradu excidant, laici vero vel monachi anathematizentur.

Juxta magnum Basilium etiam ipso Macedonio qui contra sanctum pugnavit Spiritum, pejor est iste qui non venalem Dei gratiam vendit. Et iste ergo qui ordinat, et qui pecunia ordinatur, a gradu suo alienus erit, quamvis in ultimo cleri gradu ordinatus fuit. Sed et qui mediatores sunt in istiusmodi ordinationibus si quidem clerici sint, gradu suo excidant, si autem laici sint aut monachi, anathematizentur.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον ὅτι τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένων τινὲς διὰ αἰσχροκέρδειαν ἀλλοτρίων κτημάτων γίνονται μισθωταὶ, καὶ πράγματα κοσμικὰ ἐργολαβοῦσι, τῆς μὲν τοῦ Θεοῦ λειτουργίας καταρᾳθυμοῦντες, τοὺς δὲ τῶν κοσμικῶν ὑποτρέχοντες οἴκους, καὶ οὐσιῶν χειρισμοὺς ἀναδεχόμενοι διὰ φιλαργυρίαν. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος μηδένα τοῦ λοιποῦ, μὴ ἐπίσκοπον, μὴ κληρικὸν, μὴ μονάζοντα, ἢ μισθοῦσθαι κτήματα ἢ πράγματα, ἢ ἐπεισάγειν ἑαυτὸν κοσμικαῖς διοικήσεσιν (90)· πλὴν εἰ μή που ἐκ νόμων καλοῖτο εἰς ἀφηλίκων ἀναγκαίτητον ἐπιτροπὴν, ἢ ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτρέψει φροντίζειν πραγμάτων, ἢ ὀρφανῶν ἢ χηρῶν ἀκροατῶν, καὶ τῶν προσώπων τῶν μάλιστα τῆς ἐκκλησιαστικῆς δεομένων βοηθείας διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ. Εἰ δέ τις παραβαίνειν τὰ ὡρισμένα τοῦ λοιποῦ ἐπιχειρήσοι, ὁ τοιοῦτος ἐκκλησιαστικοῖς ὑποκείσθω ἐπιτιμίοις.

CANON III.

Pervenit ad sanctam synodum, quod eorum qui in clerum cooptati sunt, quidam propter turpe lucrum alienas possessiones conducunt, et sæcularia negotia exercent, divinum ministerium negligentes, sæcularium vero domos subeuntes, et eorum facultatum administrationes propter avaritiam suscipientes. Definit ergo sancta et magna synodus neminem deinceps, nec episcopum, nec clericum, nec monachum, vel possessiones vel res conducere, vel sæcularibus possessionum administrationibus seipsum ingerere: nisi utique ex lege ad inexpugnabilem impuberum tutelam vocetur, vel civitatis episcopus eum rerum ecclesiasticarum curam gerere permittat, vel orphanorum, vel viduarum, quibus non providetur, et personarum, quæ ecclesiastico auxilio maxime indigent, propter timorem Dei. Si quis autem quæ statuta sunt deinceps transgredi aggressus fuerit, is pœnis ecclesiasticis subjicietur.

ΒΑΛΣ. Διάφοροι κανόνες ἐκώλυσαν τοὺς μοναχοὺς καὶ τοὺς κληρικοὺς κοσμικῶν πραγμάτων φροντίδας μὴ ἀναδέχεσθαι, καὶ ἀλλοτρίων ὑποθέσεων καὶ δουλειῶν ἐργολάβους γίνεσθαι. Καὶ ὡς τῶν κανόνων ἴσως ἀθετουμένων, ὥρισαν οἱ ἅγιοι Πατέρες τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας ὑπὸ ἐκκλησιαστικὴν εἶναι ἐπιτίμιον. Οἷον δὲ τοῦτό ἐστιν εἴπομεν σαφέστερον ἐν τῷ ς', ἀποστολικῷ κανόνι καὶ ἐν τῷ πα' καὶ ἐν τῷ πγ'. Καὶ ἀνάγνωθι τούτους τε καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ τὸ ιγ' κεφ τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

BALS. Diversi canones prohibuerunt monachos et clericos curas sæcularium negotiorum suscipere, alienasque causas et ministeria tractare. Et tanquam fortasse non observatis canonibus, statuerunt sancti Patres, eos qui tale quid faciunt, ecclesiasticis pœnis teneri. Cujusmodi autem id sit apertius diximus in 6 canone apostolico, et in 81 et 163, et lege ea quæ in ipsos 114 scripta sunt, et 15 cap., 8 tit. præsentis Operis. Quære et Carth. syn. 16 et 7 syn. can 10. Quoniam autem statuit can.

Guill. Beveregii notæ.

canonem) locum quemdam ex Gregorii *Dialog.* l. III. citat, in quo hæc vox occurrit, his verbis, ὁ δὲ ἀπόστολος φανεὶς αὐτῇ κατ' ὄναρ εἶπε πρὸς αὐτὴν, Ἄπελθε εἰς τὸν προσμονάριον τῆς ἐκκλησίας, τὸν λεγόμενον Σακούνδιον τὸν μανσιονάριον, καὶ αὐτὸς δώῃ σοι τὴν ὑγείαν. Locus quem citat, est in lib. III, c. 25, bi tamen in nostra editione Parisiensi anno 1605, verba longe aliter se habent, viz. ἐν μιᾷ δὲ νυκτὶ παρέστη αὐτῇ δι' ὁπτασίας, καὶ εἶπεν, Ἄπελθε πρὸς Ἀβούνδιον τὸν μανσιωνάριον, καὶ παρακάλεσον αὐτὸν, καὶ αὐτὸς σοὶ τὴν ὑγείαν παρέξει. quæ quidem tralatio Latino textui exactius minodum respondet; sic enim legitur, *Nocte quadam ei per visionem astitit* (Apostolus) *et dixit, Vade ad Abundium mansionarium, et roga illum atque ipse tibi salutem restituet.* Nihil hic de prosimonario, dicitur, sed tantum de mansionario, quem etiam custodem ecclesiæ fuisse ex eodem capite constat, nam idem Abundius, qui hic mansionarius, in initio capitis *custos ecclesiæ* dictus est. Quicunque autem tralationis istius a Meursio citatæ auctor fuit, *mansionarium* hic προσμονάριον Græce vertisse videtur; propterea quod Dionysium Exiguum παραμονάριον sive προσμονάριον, *Mansionarium* Latine vertisse observaverat.

(90) Ἢ ἐπεισάγειν ἑαυτὸν κοσμικαῖς διοικήσεσιν. In Joannis Antiocheni Collectione, tit. 14, hic locus sic legitur, ἢ πραγμάτων κοσμικῶν παρεισάγειν ἑαυτὸν διοικητήν. Ac proinde ἢ πράγματα, quæ in nostris codicibus præcedunt, hic omittuntur.

episcopos, clericos et monachos, impuberum posse tutelas suscipere, si quidem ex legibus vocentur, et rerum ecclesiasticarum curam, et orphanorum quoque curationes, vel viduarum, vel aliarum personarum, quibus aliter non providetur, ecclesiastico auxilio indigent, siquidem id eis episcopus permittat: Justinianus autem 123 Novella, quæ posita est in libro III, tit. primo cap. 12 dixit: Religiosissimos episcopos et monachos nullo modo tutores vel curatores cujuscunque personæ fieri concedimus: presbyteros autem et diaconos, cognationis jure, eoque solo, ad tutelas vel curas vocatos, tale ministerium suscipere concedimus: dixerit quispiam non debere episcopos, et monachos quovis modo fieri tutores vel curatores, ut qui a Novella sint prohibiti. Mihi autem videtur Novella edita esse ad impediendum tantum episcopos vel monachos, ne sint sua sponte tutores vel curatores, nisi quando scilicet legibus ad id vocantur. Si enim episcopali permissione omnem administrationem suscipiant, ut hoc canone et sequenti continetur, eis nullum præjudicium afferetur. Presbyteri quidem, diaconi et lectores, ut vult hic præsens canon et Novella, etiam sine episcopali permissione, orphanorum tutores et curatores fiunt, quando ad hoc a lege vocantur. Scias autem quod tutores quidem dantur impuberibus masculis a primo usque ad 14 annum, et ipsum, quemadmodum feminis quoque usque ad 12 et ipsum: curatores vero minoribus, usque ad 25 annum inclusive, sive masculi sint, sive feminæ. Eis autem omnibus res ecclesiasticas exercere indistincte visum est; quamvis præsens canon dicat hoc cum episcopali permissione fieri. Dic ergo in summam contrahens, quicunque in canone continentur, episcopali quidem permissione, non solum ecclesiastica negotia, sed et civilia citra ullum præjudicium exercebunt: præterea autem etiam omnem tutelam et curam. Si talis autem non intercedat permissio, episcopi quidem et monachi nec tutelam, nec curam gerent, ne nunc quidem quando lege ad hoc vocantur. Clerici autem,

A Ζήτει καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ις', καὶ τῆς ζ' συνόδου κανόνα ι'. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν κανὼν διορίζεται τοὺς ἐπισκόπους, κληρικούς τε καὶ μοναχοὺς ἀφηλίκων ἐπιτροπὰς ἀναδέχεσθαι, εἴπερ ἐκ νόμων καλοῖντο, καὶ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων φροντίδας, καὶ προστασίας ὀρφανῶν, ἢ χηρῶν, ἢ ἄλλως ἀπρονοήτων προσώπων, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς δεομένων βοηθείας, εἴπερ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐπιτρέποιντο. Ἡ δὲ ρκγ' Ἰουστινιάνειος Νεαρὰ ἡ κειμένη ἐν βιβλίῳ τρίτῳ, τίτλῳ α', κεφ. ιβ', φησί· Τοὺς δὲ θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους καὶ μοναχοὺς ἐκ μηδενὸς τρόπου ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας οἱουδήτινος προσώπου γίνεσθαι συγχωροῦμεν· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους τῷ δικαίῳ καὶ μόνῃ τῆς συγγενείας, εἰς ἐπιτροπὰς ἢ κουρατωρείας κα-
B λουμένους, τὴν τοιαύτην λειτουργίαν ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν· εἴπῃ τις μὴ ὀφείλειν τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐξ οἱουδήτινος τρόπου γίνεσθαι ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας, ὡς ὑπὸ τῆς Νεαρᾶς κωλυθέντας. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὴν Νεαρὰν ἐκφωνηθῆναι εἰς μόνον τὸ ἐμποδίζεσθαι τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς μοναχοὺς γίνεσθαι οἴκοθεν ἐπιτρόπους ἢ κουράτωρας· ἢ ὅταν ὑπὸ τῶν νόμων εἰς τοῦτο καλῶνται. Κατὰ γὰρ ἐπισκοπικὴν ἐπιτροπὴν πᾶσαν διοίκησιν ἀναδεχόμενοι, κατὰ τὴν περίληψιν τοῦ παρόντος κανόνος καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν, οὐ προχριματισθήσονται. Οἱ μέντοι πρεσβύτεροι, διάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται κατὰ τὸν παρόντα κανόνα καὶ τὴν Νεαρὰν, χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς γίνονται ὀρφανῶν
C ἐπίτροποι καὶ κουράτωρες, ὅτε ὑπὸ τοῦ νόμου πρὸς τοῦτο καλοῦνται. Γίνωσκε δὲ ὅτι ἐπίτροποι μὲν δίδονται (91) τοῖς ἀνήβοις ἄρρεσιν ἀπὸ τοῦ πρώτου ἐνιαυτοῦ μέχρι τοῦ ιβ', καὶ αὐτοῦ· ὥσπερ καὶ ταῖς θηλείαις μέχρι τοῦ ιβ', καὶ αὐτοῦ· κουράτωρες δὲ τοῖς ἀφήλιξι μέχρι τοῦ κε' χρόνου, καὶ αὐτοῦ, κἂν ἄρρενες ὦσιν, κἂν θήλειαι· ἐνεργεῖν δὲ πάντας τούτου πράγματα ἐκκλησιαστικὰ ἀδιαστίκτως, δέδοκται, κἂν ὁ παρὼν κανὼν φησι μετὰ ἐπιτροπῆς τοῦτο γίνεσθαι· ὥστε συναγαγὼν εἰπὲ ὅτι πάντες οἱ τῷ κανόνι περιεχόμενοι κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκοπικὴν οὐ μόνον ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ πολιτικὰ ἐνεργήσουσιν ἀποκριματίστως. Πρὸς δὲ καὶ

Guill. Beveregii notæ.

(91) *Ἐπίτροποι μὲν δίδονται.* Hæc tutores impuberibus dari masculis usque ad an. 14 feminis usque ad 12, et curatores utrisque ad an. 25. Balsamon ex lege civili pronuntiat. Tutores enim dati sunt impuberibus, idque ex jure naturali; ut observat Justinianus, dicens, *Impuberes autem in tutela esse, naturali jure conveniens est: ut is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur. Cum ergo pupillorum pupillarumque curatores negotia gerant, post puberitatem tutelæ judicio rationem reddunt*, sect. 6, et Instit. de Atiliano tutore. Pubertas autem masculis an. 14, feminis anno 12, incipit; ac propterea illi impuberes esse desinunt, idque ex ejusdem institutione, dicentis, *Et ideo nostra sancta constitutione promulgata, puberitatem in masculis post decimum quartum annum completum illico initium accipere disposuimus. Antiquitatis normam in feminis bene positam in suo ordine relinquentes, ut post duodecim annos completos, viri*

D *potentes esse credantur*, ibid. Quibus modis tutela finitur. Et hinc in Pandectis dicitur, *sed si puella duodecimum annum impleverit, tutor desinit esse.* l. XIII, sect. 2, ff. de tutoribus et curatoribus datis. Post puberitatem inceptam usque ad annum 25. Curatores dati sunt utrique sexui. *Masculi quidem puberes, et feminæ viri potentes usque ad vicesimum quintum annum completum, curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint.* Instit. *De curatoribus.* Pandectæ, *Apparet minoribus annis viginti quinque eum opem polliceri, nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Et ideo in hanc usque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei suæ administratio iis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus*, l. I, sect. 2 et 3, ff. de minoribus viginti quinque annis.

πᾶσαν ἐπιτροπὴν καὶ κουρατωρείαν. Μὴ μεσολαβούσης δὲ τοιαύτης ἐπιτροπῆς, οἱ μὲν ἐπίσκοποι καὶ οἱ μοναχοὶ οὐκ ἐπιτροπεύουσιν, οὐδὲ κουρατωρεύουσιν, οὐδὲ ὅτε εἰς τοῦτο ἐκ νόμου καλοῦνται. Οἱ δὲ κληρικοὶ μόνον ὅτε καλοῦνται ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπιτροπεύουσι καὶ κουρατωρεύουσι. Πάντες δὲ κοινῶς οὐκ ἐμποδισθήσονται διοικεῖν πράγματα ἐκκλησιαστικὰ καὶ δίχα ἐπιτροπῆς ἐπισκοπῆς. Ἡ μέντοι ξη' Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου ἐνέδωκε μόνοις τοῖς μοναχοῖς καὶ τοῖς κληρικοῖς ἐπιτρόπους γίνεσθαι καὶ διοικητὰς ἐπὶ τελευταίων βουλημάτων, καὶ ἐνεργήσουσι ταῦτα, κἂν κοσμικῶν πραγμάτων διοίκησίς ἐστι καὶ δίχα ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς. Τῇ προφάσει δὲ τῆς τοιαύτης Νεαρᾶς ἐνεργήσουσι καὶ ἐπίσκοποι ἐπιτροπὰς ἐπὶ τελευταίων βουλημάτων· καὶ ἐρωτώμενοι πῶς τοῦτο ποιοῦσιν; ἐπεὶ ἀπὸ ταύτης οὐδέν τι ἐνδύναμον ἔχειν λέγουσι, προβάλλονται τοὺς κανόνας καὶ τοὺς νόμους τοὺς διοριζομένους εἰς πάσας τὰς ψυχικὰς διαδόσεις τοὺς ἐπισκόπους μεσολαβεῖν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ πρόσφορον εἶναι τοῦτο εἰς τοὺς ἐγχωρίους ἀρχιερεῖς, οὐ μὴν καὶ εἰς τοὺς παρ' ἐνορίαν γραφέντας ἐπιτρόπους. Ἀνάγνωθι οὖν καὶ ἐπιστατικώτερον τὴν ἄνωθεν καταστρωθεῖσαν Ἰουστινιάνειον Νεαράν. Ἐπὶ δὲ καὶ ἡ πς' Νεαρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως τοῦ Φιλοσόφου διορίζεται ἀφορίζεσθαι τοὺς ἐπισκόπους καὶ τοὺς κληρικοὺς συνηγοροῦντας ἢ ἐγγυωμένους, ἢ πολιτικά τινα ἐνεργοῦντας, καὶ εἰ μὴ διορθωθῶσιν, ἐπάγεσθαι αὐτοῖς καὶ καθαίρεσιν, μὴ εἶπῃς ἐναντιοῦσθαι ταύτην τοῖς διαληφθεῖσιν ἀποστολικοῖς κανόσιν, ἀλλ' εἰπὲ ἰσοδυναμεῖν ἐκείνοις, ὡς ἐκληφθεῖσι, μὴ ἄλλως τούτους καθαιρεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ παραγγελίαν οὐ παύσονται. Τὰ μέντοι περὶ τῶν συνηγορούντων καὶ ἐγγυωμένων ἱερωμένων γραφέντα εἰς τὸ ιγ' κεφ. τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος καὶ εἰς τὸν κ' ἀποστολικὸν κανόνα, ἀρκοῦσιν εἰς ἑρμηνείαν καὶ τῆς παρούσης Νεαρᾶς.

A solum quando lege ad hoc vocantur, curam et tutelam gerent. Omnes autem ex iis communiter non impedientur ecclesiastica administrare negotia etiam sine permissione episcopali. 68 autem imp. domini Leonis philosophi Novella solis monachis et clericis concessit, ut sint tutores et administratores ultimarum voluntatum, et eas exercebunt, quamvis sint sæcularia negotia, etiam sine episcopali permissione. Ejus autem Novellæ prætextu exercent etiam episcopi tutelas in ultimis voluntatibus, et interrogati quomodo hoc faciunt quoniam ex hoc nihil quod sit validum possunt dicere, canones et leges proferunt, quæ statuunt ad omnes pias et ad animas pertinentes dationes debere episcopos intercedere. Mihi autem hoc facere videtur pro antistitibus qui sunt in regione, non etiam pro iis qui ultra suæ regionis limites tutores scripti sunt. Lege ergo diligentius superius positam Justiniani Novellam. Quia autem et 86 ejusdem imperatoris philosophi Novella episcopos et clericos segregari decernit, qui causas agunt, vel fidejubent, vel civilia quædam exercent; et nisi se corrigant, eis etiam depositionem induci: ne dicas eam repugnare apostolicis superioribus canonibus, sed dic eam illis æquivalere, ut qui exponantur, eos non aliter deponi, quam si post denuntiationem non cessaverint. Quæ autem de sacerdotibus causas agentibus et fidejubentibus, in 13 cap. 8 tit. præsentis Operis, et in 20 apostolicum canonem scripta sunt, ad præsentis quoque Novellæ interpretationem sufficiunt.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων οἱ κανόνες τοῦτο κωλύουσι καὶ ἀρχαίων συνόδων, καὶ οἱ νόμοι τῆς πολιτείας, ἀλλὰ οὕτως ἐπράττετό τε καὶ πράττεται. Διὸ καὶ ἡ ἱερὰ αὕτη σύνοδος ἔσπευσε κωλῦσαι τὸ παρὰ κανόνα γινόμενον, εἰ μὴ καὶ κατορθῶσαι ὁ πρέσθετο ἰσχυσε. Φησὶ γοῦν ὅτι Τινὲς τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τεταγμένων ἀλλοτρίων κτημάτων γίνονται μισθωταὶ, καὶ πράγματα κοσμικῶν ἐργολαβοῦσι. Τὸ δὲ ἐργολαβεῖν καὶ παρὰ τοῖς νόμοις διαβεβλημένον ἐστίν. Ἐργολαβεῖν δέ ἐστι τὸ ἀλλοτρίας ὑποθέσεις ἢ πράγματα ἐπεισέρχεσθαί τινας διὰ κέρδος, φροντίδων καὶ θορύβων κοσμικῶν ἢ καὶ ἐρίδων ἀνεχομένους, καὶ οὐσιῶν ἀλλοτρίων διοικήσεσιν ἐγχειρούντας διὰ φιλαργυρίαν. Ὥρισεν οὖν ἡ ἁγία σύνοδος, μήτε ἐπίσκοπον μήτε κληρικὸν μήτε μονάζοντα τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ἢ μόνον ἐπίτροπον γίνεσθαι παίδων ἀφηλίκων, διὰ μὲν τῆς ἐπιτροπῆς τῶν ἀνήβων μνησθεῖσα (τούτοις γὰρ ἐπίτροποι δίδονται.)· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἀφηλίκων κουρατωρείας μνημονεύσασα· ἄνηβοι μὲν γάρ εἰσιν οἱ ἥττονες τῶν ιδ' ἐτῶν (92), ἀφήλικες δὲ

115 ZONAR. Et apostolicis et synodicis jam olim decretis, et legum quoque civilium sanctionibus damnata hæc consuetudo fuit, neque tamen vel antiquis vel nostris illa temporibus ullatenus intermissa. Ejus itaque convellendæ studio, quæ sacris nimirum canonibus adversaretur, hæc constitutio, quamvis irrito ea quoque successu, a synodo promulgata. Quoniam igitur quidam, inquiunt, ex iis qui clero ascripti sunt, alienis agris colendis operam locant, et negotiorum sæcularium, quod civili quoque lege vetitum est, conductores fiunt. Sunt vero conductores, qui spe lucri aliena opera vel negotia tractant, seque proinde curis humanarum rerum perturbationibusque, atque adeo contentionibus implicantes, alienarum quoque possessionum administrationem, auri cupiditate illecti, suscipere non recusant. Ne quid ergo hujusmodi in posterum episcopo aut clerico aut monacho liceat, nisi si tamen minorum quorumdam tutela suscipienda sit, hoc canone decerni-

Guill. Beveregii notæ.

(92) *Οἱ ἥττονες ιδ' ἐτῶν.* Hoc de masculis solis, non feminis, intelligendum est, ut ex ante dictis constat. Hic autem observari digna est distinctio inter ἀνήβους *impuberes*, et ἀφήλικας,

tur: ac tutelæ quidem nomine impuberum curam synodus innuit, (iis nempe tutores assignantur) quod autem minorum mentionem fecerit, curatoris munus indicavit. Sunt namque impuberes, qui annis 14 minores sunt: minores vero, qui puberes cum sint, annum tamen ætatis 25 nondum attigere, quibus quidem curatores dari solent. Sed hæc ipsa, inquit, tutoris curatorisve munia tum demum subeant, cum ea legibus suscipere necessario coguntur, non ea sibi ultro ipsi deposcant atque appetant. Et cum episcopus urbis, in qua sacerdotes in clerum cooptati sunt, et juxta quam monachi inhabitant (nam et monachos cujusque urbis episcopis subjectos esse debere proxime sequenti canone constitutum reperias), negotiorum ecclesiasticorum procurationem, pupillorumve aut viduarum, quibus non providetur, curam commendaverit. Sic etenim, in Actis quoque sanctus Lucas factum fuisse ab apostolis memorat, qui septem diaconos elegerunt, ne in ministerio videlicet quotidiano viduæ spernerentur [a]. Certorum quoque hominum patrocinium, qui sese maxime auxilii ecclesiastici indigentes obtulerint, ecclesiasticis viris, qui in eo non spe lucri, aut inanis gloriæ cupiditate, sed sola erga Deum pietate ducantur, eodem episcopo permittente, amplecti liceat. Tales sunt, qui dynastarum metu, per quos injuste vexantur, ad Ecclesiam confugiunt; quive, licet aliquid forte offenderint, suppetias sibi nihilominus ab Ecclesia ferri postulant, tales, et qui injuste in servitutem rediguntur, cæterique hujusmodi, quibus sublevandis defensores creari consuetum est. Si quis autem contra hujus decreti constitutiones quidpiam admiserit, pœnis hominem obnoxium esse decreuit. Pœnarum tamen nomina nulla sigillatim adjuncta. Quid ita? Quia scilicet apostolici hac de re promulgati canones 6 et 83 qui se negotiis sæcularibus implicaverint aut Romanum magistratum simul cum sacerdotali administratione invadere attentarint, depositione multari jubet: 81 vero eorumdem canonum, postquam a quacunque publicæ administrationis procuratione sacris initiatos homines abstinere jussit, et subjungit, aut hoc igitur, non facere sibi persuaderi sinant, aut deponantur. Pœnarum igitur certa designatione, quippe quæ jam antea apostolorum auctoritate delimitæ fuerunt sancta synodus, hoc loco sibi supersedendum esse statuit. Quod idem Carthaginensis quoque synodus tenuit: etenim illa canone 16 decreto hac de re edito, eamdem prorsus rationem secuta, nullam pœnam apposuit. Verum tali licet canonicis constitutionibus ita definita fuissent, nihil tamen is morbus videlicet remittebat, eademque proinde decreta sexta synodus 11 canone renovanda censuit. Neque tamen idcirco facta malo huic medicina, quod omnibus locis nunc quoque grassatur, et nemo coercendæ huic pesti, non patriarcha, non imperator, non episcopus animum intendit. Despectui itaque jam habentur tam multi

A οἱ τὴν μὲν ἡβὴν ὑπεραναβάντες, ἧττους δὲ τῶν κ' ἐνιαυτῶν, ὧν προΐστανται οἱ κουράτωρες, καὶ τὸν καλούμενοι ἐκ τοῦ νόμου εἰς ἐπιτροπὴν ἢ κουρατορείαν, ἀπαραιτήτως ὑπεισέναι ταύτας κελεύει τοὺς, οὐ μὴν ἑαυτοὺς ἐπιῤῥίπτειν τοιαύταις διοικήσεσι. Καὶ ὅτε δὲ ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος ἐν ᾗ κληρώνται οἱ ἱερωμένοι, ἢ παροικοῦσιν οἱ μονάζοντες (καὶ τοὺς μοναχοὺς γὰρ τῷ ἑκάστης πόλεως ἐπισκόπῳ ὑποκεῖσθαι ὁ μετὰ τοῦτον θεσπίζει κανὼν) πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν ἀναθήσει φροντίδα, καὶ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἀπρονοήτων. Οὕτω γὰρ κἂν τοῖς Πράξεσιν ἱστόρηται τῷ θείῳ Λουκᾷ τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι προχειρισαμένους τοὺς ἑπτὰ διακόνους, ἵνα μὴ ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ παραθεωρῶνται αἱ χῆραι. Ἡ προσώπων ἐπιτρέψει ἀντέχεσθαι διὰ

B τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, οὐ διὰ κέρδος, οὐ διὰ δόξαν, τῶν μάλιστα ἐκκλησιαστικῆς δεομένων βοηθείας, οἷοί εἰσιν οἱ τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ προσφεύγοντες, ἰδιῶται δυνάσται ὑφ' ὧν ἀδικοῦνται, ἢ πταίσαντες ἴσως, καὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιτοῦντες ἐπιεικείαν, καὶ οἱ ἀδίκως εἰς δουλείαν ἑλκόμενοι, καὶ ἕλα τοιοῦτοι, δι' οὓς ἔκδικοι γίνονται. Τοὺς δὲ παραβαίνοντας τὰ ὡρισμένα ταῦτα ἐπιτιμίοις ὑποκεῖσθαι κελεύει. Τὰ δὲ τῶν ἐπιτιμίων οὐ προστέθεικεν εἶδη. Τί δήποτε; Ὅτι οἱ περὶ τούτων τῶν σεπτῶν ἀποστόλων κανόνες, ὁ μὲν ἕκτος καὶ ὁ πγ', τοὺς κοσμικὰς

C φροντίδας ἀναλαμβάνοντας, ἢ Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ διοίκησιν ἱερατικὴν ὀξίαν μετιέναι ἐπιχειρήσαντας καθαιρεῖσθαι προστάττει· ὁ δὲ πα' τῶν αὐτῶν κανόνων μὴ καθιέναι αὐτοὺς τοὺς ἱερωμένους εἰς δημοσίαν ὁρίζει διοίκησιν, καὶ ἐπιφέρει· Ἢ καθῃρέθωσαν οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρεῖσθωσαν. Εἰ οὖν ἤδη τῶν ἐπιτιμίων τούτων ὁρισθέντων παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἡ σύνοδος αὕτη παρεσιώπησε ταῦτα, ὅπερ καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ πεποίηκε σύνοδος. Κἀκείνη γὰρ, ἐν ις' κανόνι περὶ τούτου εἰσενεγκοῦσα, οὐκ ἐπήγαγεν ἐπιτίμιον διὰ τὴν αὐτὴν πάντως αἰτίαν. Ἀλλὰ ταῦτα καὶ τῶν εἰρημένων κανόνων διαταξαμένων, τὸ κακὸν ἀθεράπευτον ἔμεινε.

D Διὸ καὶ ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν ια' κανόνι τὰ αὐτὰ πάλιν ἀνενεώσατο· καὶ οὐδ' οὕτως ἔσχε τῆς νόσου ταύτης ἐγένετο. Καὶ μέχρι γὰρ νῦν γίνεται τὸ κακὸν, καὶ οὐδεὶς ὁ ἀνακόπτων αὐτὸ, οὐ πατριάρχης, οὐ βασιλεὺς, οὐκ ἐπίσκοπος. Παραθεωροῦνται γοῦν οἱ τοιοῦτοι κανόνες, καὶ τοῖς οὕτω καθῃρημένοις ἐκ τῶν κανόνων συλλειτουργοῦσι καὶ συγκοινωνοῦσιν οἱ πατριάρχαι καὶ οἱ ἐπίσκοποι.

[a] Act. vi, 5.

Guill. Beveregii notæ.

minores. *Impuberes* enim masculi sunt usque ad annum 14 completum, fœminæ usque ad 12. Minores autem dicuntur puberes, qui annum 25 nondum compleverunt. Istis tutores, his curatores dati sunt.

canones, et iis qui sic a canonibus deponuntur, patriarchæ et episcopi comministrent et communicant.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ κοσμικῶν οἴκων ἐπιμέλειαν ἀναδεχόμενοι ἐπιτιμητέοι, πλὴν εἰ μὴ καλέσοι νόμος εἰς ἀφηλίκων διοίκησιν ἀπαραίτητος ἢ ὁ ἐπίσκοπος ὀρφανῶν καὶ χηρῶν ἐπιμέλειαν ἐπιτρέψειεν.*

Οἱ τοῦ κλήρου ἐν τοῖς οἴκοις τῶν κοσμικῶν πρὸς διδασκαλίαν τῶν παίδων αὐτῶν καὶ τῶν οἰκετῶν προσλαμβανέσθωσαν, κατὰ τὸν δέκατον κανόνα τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον. Ἐπιμέλειαν δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῶν μὴ ἀναδεχέσθωσαν, εἰ μὴ βούλονται ἐπιτιμηθῆναι. Ὀρφανῶν δὲ καὶ χηρῶν καὶ ἄλλων ἐλεεινῶν διοίκησιν ἐπιτρεπέσθωσαν· ὥσπερ καὶ συγγενῶν ἰδίων ἀφηλίκων ὄντων κηδεμονίαν, εἰπερ νόμος αὐτοὺς ἐς τοῦτο καλέσει δικαίῳ τῆς συγγενείας. Ἐπίσκοποι δὲ ἢ μοναχοὶ οὐδὲ συγγενῶν ἐπίτροποι ἢ κουράτωρες γίνεσθαι συγχωροῦνται. Διοικηταὶ δὲ οὗτοι πάντες τῶν μετὰ τὴν ἐκδημίαν καταλιμπανομένων πραγμάτων ὑπό τινων εἰς ψυχικὰς διαδόσεις γίνονται. Καὶ καλοῦνται καὶ οἱ τοιοῦτοι ἐπίτροποι, κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ὀγδόην Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου.

A **116** ARIST. *Qui domorum sæcularium curam suscipiunt, corripiendi sunt, nisi forsitan ad inexcusabilem impuberum administrationem lex eos vocaverit: vel episcopus orphanorum, vel viduarum curam permittit.*

Clerici in sæcularium domos ad filios servosque eorum edocendos recipiantur, juxta decimum Nicænæ synodi secundæ canonem: negotiorum autem eorum curam ne suscipiant, nisi reprehensioni se subjecerint. Verum orphanorum et viduarum et aliorum miserorum administrationem sibi commissam habeant, ut et cognatorum suorum si impuberes sint curam, si a lege, cognationis jure, ipsi ad hoc vocantur. Episcopis autem vel monachis nec cognatorum suorum tutoribus esse licet. At illi B omnes rerum ad spirituales distributiones post discessum a quibusvis relictarum administratores fiunt. Et tales vocantur etiam tutores, juxta sexagesimam octavam imperatoris domini Leonis Philosophi Novellam.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τὸν μοναχὸν μετιόντες βίον τῆς προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. Ἐπειδή τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προσχήματι τά τε τῆς Ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διαπαράσσουσι πράγματα, περιιόντες διαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς συνιστᾶν ἐπιτηδεύοντες· ἔδοξεν μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον (93) ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· τοὺς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ προσέχειν μόνῃ τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, ἐν οἷς τόποις ἐτάχθησαν προσκαρτεροῦντας, μήτε δὲ ἐκκλησιαστικοῖς μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασιν ἢ ἐπικοινωνεῖν καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια (94), εἰ μήποτε ἄρα ἐπιτραπείη διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ὑπὸ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου· μηδένα δὲ προσδέχεσθαι ἐν τοῖς μοναστηρίοις δοῦλον ἐπὶ τῷ μονάσαι παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου δεσπότου, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς κανόσι τοῖς ἁγίοις ἀπηγόρευται. Εἰ δέ τις τολμήσειε τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐπὶ τῷ μονάσαι προσδέξασθαι, ἀναθεματίζεσθαι αὐτὸν ἐκελεύσαμεν, μέχρις ἂν τῷ δεσπότῃ τοῦ δούλου ἐξομολογήσηται καὶ τὴν ἐκείνου συγχώρησιν ἐπιτύχῃ. Τοὺς δὲ ἀνδραποδισμοῦ ἐνόχους ἐν τοῖς μοναστηρίοις ἐκβάλλεσθαι ἐκελεύσαμεν, ἐλευθέρους ἀποκαθισταμένους. Εἰ δέ τις τὸν παρὰ τοῦτο τὸ ὅρισμα τολμήσαντα παραβῆναι ἐπιχειρήσειεν, ἀφορισμῷ ὑποκεῖσθαι ἐκελεύσαμεν.

CANON IV.

Qui vere et sincere monasticam vitam aggrediuntur, digni convenienti honore habeantur. Quoniam autem nonnulli monachico prætexto utentes, et ecclesiastica et civilia perturbant negotia, temere et citra ullam discriminis rationem in urbibus circumcursantes, quinetiam monasteria sibi constituere studentes; visum est nullum usquam ædificare nec construere posse monasterium, vel oratoriam domum, præter sententiam ipsius civitatis episcopi: monachos autem, qui sunt in unaquaque regione et civitate, episcopo subjectos esse, et quietem amplecti, et soli jejunio et orationi vacare, in quibus ordinati sunt locis fortiter perseverantes, nec ecclesiasticis nec sæcularibus negotiis se ingerere vel communicare propria relinquentes monasteria, nisi quandoque a civitatis episcopo propter usum necessarium eis permissum fuerit, nullum autem in monasteriis servum recipi ad hoc ut sit monachus, præter voluntatem sui domini. Eum autem, qui hanc nostram definitionem transgreditur, definimus esse excommuni-

Guill. Beveregii notæ.

(93) *Μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον.* Concilium Agathense, *Monasterium novum, nisi episcopo aut permittente aut probante, nullus incipere aut fundare præsumat.* Conc. Agath. can. 27. Idem a Justiniano constituitur, Novel. 5, c. 1, et Nov. 131, cap. 7.

(94) *Καταλιμπάνοντας τὰ ἴδια μοναστήρια.* Ne quis monachus monasterium suum relinquat, civilibus quoque legibus confirmatur. *Qui in monasteriis degunt, potestatem inde exeundi ne habento, sed in Antiochensi civitate, seu aliis quibuscunque civitatibus conversandi, exceptis duntaxat apocrisiariis, quibus licentiam damus volentibus, ut apocriseon solarum causa exire possint,* l. XXIX, c. de Episcopis et Clericis. Justinianus. *Si monachus reliquerit suum monasterium, et in aliud ingrediatur; quascunque res, tempore quo monasterium derelinquit, habere videbitur, proprio monasterio, in quod ab initio ingressus est, eas competere jubemus. Providere autem sanctissimos locorum episcopos, ut neque monachi neque monachæ circumeant civitates, sed si quod necessarium responsum habuerint, per proprios responsarios hoc agant, in propriis manentes monasteriis.* Justin. Nov. 123, c. 42. Idem fere a Stephano archiepiscopo Cantuariensi statuitur, in Provinciali Lyndwodi. *Item tam a monachis quam canonicis regularibus et monialibus silentium præcipimus observari in locis et temporibus constitutis: nec viris aut mulieribus absque licentia superioris egredi liceat septa domus, nec sine certa causa et honesta, egrediendi iis licentia concedatur.* De statu Regularium cap. *Inhibemus.*

catum, ne nomen Dei blasphemetur : civitatis autem episcopum oportet eam quam par est monasteriorum curam gerere.

A

BALS. Nota permitti episcopis, ut monachis civilium negotiorum administrationem concedant : quod si episcopis hoc indultum est, multo magis imperatoribus permittitur. Eos qui pure, hoc est vere et non simulate sunt monachi, honorari debere dicit canon : eos vero qui monachali amictu tanquam prætextu utuntur, et homines decipiunt, reprimendos et in suæ tonsuræ locum remittendos esse visum est, ut qui cum ecclesias tum negotia civilia perturbent. Per medium enim forum progredientes, et se sæcularibus negotiis ingerentes,

B

fortasse etiam docentes, perturbant, hoc est humana et divina dividunt ac confundunt, nec sinunt, ut ea ex propria sua natura exerceantur : sæcularia scilicet negotia a laicis : monachica autem et ecclesiastica ab iis qui sunt Deo dedicati. Quoniam autem, inquit, iidem propter ambitionem etiam monasteria de integro excitare conantur, ne episcopo subjiciantur, definitum est nemini licere vel monasterium vel oratorium præter episcopi mentem usque excitare : subjici autem monachos omnes regionis episcopo, et fortiter perseverare in ea mansione in qua tonsi sunt. Adjicit autem eos etiam rerum ecclesiasticarum communionis et administrationis non esse participes, nec etiam earum

C

quæ ad vitam pertinent, seu civilium, nisi forte civitatis episcopus eis propter usum necessarium hoc permiserit. Servos autem præter dominorum voluntatem non esse tondendos decretum est : vel eum certe, qui hoc decretum transgreditur, esse excommunicatum. Jam vero **117** civitatis episcopum oportet, inquit, monasteriorum curam gerere. Nota ergo quod monachi illic perseverare et permanere debent, ubi sæculo renuntiarunt seu tonsi fuerunt: et quod ex permissione episcopi possunt monachi non solum ecclesiastica negotia administrare, sed ea etiam quæ ad vitam pertinent, hoc est civilia. Si autem hoc potest facere episcopalis permissio, id multo magis faciet potestas imperialis, quæ etiam episcopos promovet. Propterea enim, ut est

D

consentaneum, ille etiam metropolitanus Sides absque ullo impedimento imperii negotia administrabat, in persona imperatoris domini Michael Ducæ. Quin et ille Neocæsareæ metropolitanus maritima civitatis jura conscripsit : et alii etiam antistites ac monachi imp. et publica ministerio exercuerunt. Lege et primum caput synodi congregatæ in templo sanctorum apostolorum. Quære etiam de servis, qui præter dominorum voluntatem sunt monachi, **26** cap. primi tit. præsentis operis.

ZONAR. Qui vere ac sincere, hoc est animo puro, nec ulla simulationis aut pravitatis labe infuscato,

του. Τὸν δὲ παραβαίνοντα τοῦτον ἡμῶν τὸν ὅρον ὡρίσαμεν ἀκοινώνητον εἶναι, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημῆται· τὸν μέντοι ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρὴ τὴν δέουσαν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι ὅτι ἐφεῖται τοῖς ἐπισκόποις τὸ ἐπιτρέπειν μοναχοῖς διοίκησιν πολιτικῶν πραγμάτων· καὶ ἐὰν τοῖς ἐπισκόποις τοῦτο ἐνεδόθη, πολλῷ πλέον τοῖς βασιλεῦσιν ἐγκεχώρηται. Τοὺς καθαρῶς, τουτέστιν ἀληθῶς καὶ μὴ καθ' ὑπόκρισιν, μονάζοντας τιμᾶσθαί φησιν ὁ κανών· τοὺς δὲ τῷ μοναχικῷ σχήματι κεχρημένους ὡς ἐν προσχήματι, καὶ πλανῶντας τοὺς ἀνθρώπους, σωφρονίζεσθαι, καὶ εἰς τὰς ἀποκάρσεις αὐτῶν πέμπεσθαι δέδοκται, ὡς ταράττοντας τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ πράγματα. Προϊόντες γὰρ διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς, καὶ παρεμβάλλοντες ἑαυτοὺς κοσμικοῖς πράγμασι, ἴσως δὲ καὶ διδάσκοντες, ταράττουσι, τουτέστι μερίζουσι καὶ συγχέουσι τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, μὴ ἐῶντες ταῦτα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐνεργεῖσθαι, ἤγουν τὰ μὲν πραγματικὰ ὑπὸ τῶν λαϊκῶν, τὰ δὲ μοναχικὰ καὶ ἐκκλησιαστικὰ ὑπὸ τῶν ἀνατεθειμένων τῷ Θεῷ. Ἐπεὶ δέ, φησὶν, οἱ αὐτοὶ διὰ φιλαρχίαν καὶ μοναστήρια πειρῶνται ἐκ καινῆς ἀνεγείρειν ἐφ' ᾧ μὴ ὑποκεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, ὡρίσθη μὴ ἔχειν ἐξ' ἀδείας τινὰ ὁπουδήποτε μοναστήριον ἀνεγείρειν ἢ εὐκτήριον παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ὑποκεῖσθαι δὲ πάντας τοὺς μοναχοὺς τῷ κατὰ χώραν ἐπισκόπῳ, καὶ προσκαρτερεῖν ἐν ᾗ ἀπεκάρησαν μονῇ. Προστίθησι δὲ εἶναι τούτους καὶ ἀμεθέκτους τῆς κοινωνίας καὶ διοικήσεως τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἢ τῶν βιωτικῶν, ἤτοι πολιτικῶν, εἰ μή πως ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος διὰ χρείαν ἀναγκαίαν ἐπιτρέψει τούτοις. Τοὺς δούλους δὲ παρὰ γνώμην τῶν δεσποτῶν μὴ ἀποκείρειν ὥρισται ἢ μὴν τὸν παραβαίνοντα ταῦτα, τοῦτον τὸν ὅρον, ἀκοινώνητον εἶναι. Τὸν μέντοι ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρὴ, φησὶ, προνοεῖσθαι τῶν μοναστηρίων. Σημείωσαι οὖν ὅτι ἐκεῖσε οἱ μοναχοὶ προσκαρτερεῖν καὶ μονάζειν ὀφείλουσιν, ἔνθα δὴ καὶ ἀπετάξαντο, ἤγουν ἀπεκάρησαν· καὶ ὅτι κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ ἐπισκόπου δύνανται μοναχοὶ διοικεῖν οὐ μόνον ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, ἀλλὰ καὶ βιωτικὰ, τουτέστι πολιτικά. Εἰ δὲ δύναται τοῦτο ποιεῖν ἡ ἐπισκοπικὴ ἐπιτροπὴ, πολλῷ πλέον ποιήσει ἡ βασιλικὴ ἐξουσία ἡ προβαλλομένη καὶ ἐπισκόπους. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ ὁ μητροπολίτης ἐκεῖνος ὁ Σίδης ἀπαρεμποδίστως τὰ τῆς βασιλείας ᾠκονόμει προσώπῳ τοῦ βασιλέως κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δουκός. Καὶ ὁ μητροπολίτης ἐκεῖνος Νεοκαισαρείας ἀνεγράψατο τὰ τῆς πόλεως θαλάσσια δίκαια, καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἀρχιερεῖς καὶ μοναχοὶ παρομοίως ἐνήργησαν δουλείας βασιλικὰς καὶ δημοσιακάς. Ἀνάγνωσον καὶ τὸν α' κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συγκροτηθείσης συνόδου. Ζήτει καὶ περὶ δούλων μοναζόντων παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου τοῦ λς' κεφαλ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Τιμῆς ἀξίους τοὺς ἀληθῶς μονάζοντας καὶ εἰλικρινῶς, ἀντὶ τοῦ καθαρῶς, καὶ οὐχ ὑποκι-

κριμένως ἢ τινὶ κακίᾳ ἐπιμίκτως μετιόντας τὴν μοναδικὴν πολιτείαν ἡ ἁγία σύνοδος ἔκρινε. Τοὺς δὲ τῷ μοναδικῷ σχήματι κεχρημένους ὡς ἐν προσχήματι, ἀνεῖ τοῦ δι' ἐπίδειξιν μόνον εἰς δέλεαρ, ὥστε δι' αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους ἀπατᾶν, ἵνα ὡς τὸ ἅγιον σχῆμα ἡμφιεσμένοι τιμῶνται, τὰς ἐκκλησίας ὑπεισδύοντας, καὶ διδάσκειν ἴσως ἐπιχειροῦντας, ἢ τι ἕτερον ἐκκλησιαστικὸν ἐνεργεῖν, καὶ εἰς τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἑαυτοὺς εἰσωθοῦντας, καὶ διοικεῖν ταῦτα θέλοντας, καὶ οὕτω ταράσσοντας τὰς ἐκκλησίας τε καὶ τὰς πολιτείας, οὐκ ἀληθῶς μοναχοὺς ἡγεῖται ἡ σύνοδος. Καθάπαξ δὲ παντὶ ἀπηγόρευσε μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον, μὴ ἐν πόλει, μὴ ἐν κώμῃ, μὴ ἐν ἐρήμοις, καὶ δρεσι παρὰ γνώμην τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, καὶ τοὺς μοναχοὺς τῷ ἑκάστης πόλεως ἐπισκόπῳ ὑποτετάχθαι ἐκέλευσε, καὶ ἡσυχάζειν ἐν οἷς ἀπετάξαντο τόποις, ἐργαζομένους τὰς ἀρετὰς, καὶ ἀμεθέκτους ὄντας πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν ὁμοῦ καὶ πολιτικῶν, μηδὲ καταλιμπάνειν τὰ ἴδια μοναστήρια, καὶ διοικήσεσι κοινωνεῖν πραγμάτων, εἰ μή που ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος ἐπιτρέψει τισὶ πραγμάτων οἰκονομίαν διὰ χρείαν ἀναγκαίαν, κρίνας ἴσως αὐτοὺς ἐπιτηδείους πρὸς τοιαύτην διοίκησιν, καὶ ἀπορῶν ἑτέρων πρὸς τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον. Ταῦτα καὶ ἡ σύνοδος ἡ ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συγκροτηθεῖσα ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι διακελεύεται, καὶ ὁ ιζ' κανὼν τῆς ἑβδόμης συνόδου. Ἐξῆς δὲ ὁ κανὼν οὗτος οἰκονομεῖ μὴ προσδέχεσθαι δούλους ἐν μοναστηρίῳ μονάσαι θέλοντας, εἰ μὴ γνώμῃ τῶν δεσποτῶν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ βλασφημῆται. Εἰ γὰρ ἄκοντος τοῦ δεσπότου δοῦλός τινος καρῇ, βαρὺ τοῦτο ἡγήσεται ὁ κύριος αὐτοῦ, καὶ βλασφημήσει κατὰ τοῦ ἁγίου σχήματος καὶ τῶν μοναχῶν· ἡ δὲ κατ' αὐτοῦ βλασφημία καὶ εἰς τὸ Θεῖον αὐτὸ διαβήσεται. Βλασφημηθήσεται δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ ὅτι τοὺς μοναχοὺς ὁρῶσιν ἐν πόλεσι περιερχομένους, καὶ πολιτικὰ χειρίζοντας πράγματα. Ὑποτάξας δὲ ὁ κανὼν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τοὺς μοναχοὺς, καὶ τὰ μοναστήρια, ἐπάγει. Τὸν μέντοι ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρὴ τὴν δέουσαν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων· δύο πραγματευόμενος ἐν ταυτῷ τό τε μὴ πράγματα ἔχειν τοὺς μοναχοὺς μηδὲ ὀχλήσεις τὰς δι' αὐτὰ, ἀλλ' εἶναι ἀπερισπάστους, καὶ ἡσυχάζειν, καὶ μόνων φροντίζειν τῶν εἰς ψυχικὴν συντεινόντων ὠφέλειαν, καὶ τὸ τὸν ἐπίσκοπον κἀντεῦθεν κέρδος ψυχικὸν περιποιεῖν ἑαυτῷ, καὶ εἰς δόξαν εἶναι Θεοῦ. *Λαμψάτω* γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, *τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν χρήματα πτωχικὰ ὀνομάζονται, καὶ εἰς ἐνδείας ἐτάχθησαν ἀναλίσκεσθαι, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ εἰς ἑαυτὸν ἐκ τούτων πλὴν τῶν ἀναγκαίων πάνυ, ὅτε μὴ ἔχοι οἰκοθεν, οὐδὲν δαπανᾶν ἐφεῖται, ὡς ὁ μα' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φησὶ καὶ ὁ κα' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Καὶ τοῖς μοναχοῖς

monasticum vitæ genus elegere, iis honorem ex merito deberi sancta synodus existimavit. At quicunque habitu, in prætextum, id est, in ostentationem solum ad decipiendum utuntur, ut illius obtentu facilius homines in fraudem alliciant, ac in sancta veste ipsi sibi honorem aucupentur, cum interea et ecclesias obeant, et in iis sibi forte vel docendi munus, vel aliam ecclesiasticæ auctoritatis partem usurpent, iidemque se urbanis negotiis immisceant, eaque administrare velint, ecclesiæque simul ac civitatis statum proinde perturbent, iis vero monachi nomen convenire synodus haud putat. A monachis vero quibuscunque monasterium oratoriumve, sive in urbe, sive in oppido, sive in locis desertis, aut montibus, aut ubivis denique, invito cujusque regionis episcopo, exædificari prorsus vetat, eosdemque singularium urbium episcopis subjectos esse, et in iis quibus destinati sunt locis, silentio vitam agere, virtutumque exercitationi vacare, cæterum neque ecclesiasticorum neque civilium negotiorum partem ullam attingere jubet: neque vero, ut rebus gerendis vacare liceat, monasterii sui stationem relinquant, nisi re necessaria coactus episcopus, aliorumque hominum facultate destitutus, monachorum alicui, probatæ sibi in eo genere industriæ, negotii procurationem committendam esse existimaverit. Eadem, in templo quoque sanctorum apostolorum habita synodus canone primo, et decimo septimo canone synodus sexta decernit. Hinc de servis ad monasticam vitam, nisi dominorum voluntate, non admittendis, ne Christi nomen scilicet blasphemetur, hoc canone constitutum. Cujus etenim servus invito ipso detonsus fuerit, rem totam nimirum iniquo animo feret, sanctumque habitum exsecrabitur, totumque monachorum genus convitiis proscindet, convitia vero in habitum eum conjecta ad ipsum etiam Deum transibunt. Divinum quoque nomen, qui monachos tota urbe volitantes, publicæque administrationi intentos viderint, a fide alieni homines blasphemabunt. Quoniam vero, cujusque regionis episcopis, ejus loci monachos et monasteria subjici canon hic voluit; episcopus civitatis, inquit, vicissim opportunam monasteriis curam impendat oportet. Ac duo quidem hæc simul curabit, alterum, ut operosis negotiorum curis ac molestiis soluti, tranquillam et quietam vitam, ea solum, unde fructus animo exsistat, meditantes, monachi agant: alterum, ut eadem opera spiritualibus incrementis, divinæque gloriæ emolumentis, ipse quoque episcopus proficiat. *Luceat* enim, inquit Dominus, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est*[99]. Quoniam vero ecclesiarum bona, bona pauperum appellantur, egenorumque sublevandæ inopiæ destinata sunt; ne episcopo quidem, nisi cui nullæ domesticæ **118** facultates suppetant, atque in usus

[99] Matth. v, 16.

tantum maxime necessarios, aliquid ex eorum proventibus ad se avertere concessum est : ut quadragesimo primo apostolico, et Antiochenæ synodi vigesimo quinto canone explicatur. Quomodo etiam monachis, quibus nullæ sunt facultates, si necessariis ad vitam subsidiis destituantur, ut egentibus ea, quæ ad victum utilia sunt, ab episcopo suppeditari, canon hic jubet.

A τοίνυν πράγματα μὴ ἔχουσι καὶ λειπομένοις τῶν ἀναγκαίων ἀπαιτεῖ ὁ κανὼν χορηγεῖν τὸν ἐπίσκοπον, ὡς ἐνδέοντα τὰ χρειώδη πρὸς τὴν ζωήν.

ARIST. *Domus oratoria, vel monasterium citra episcopi sententiam, non sunt exstruenda. Omnis autem monachus episcopo subjiciatur, et e mansione, nisi ab eo invitetur, ne discedat. Servus autem, nisi domino consentiente, monasticam vitam ne ingrediatur.*

ΑΡΙΣΤ. *Εὐκτήριος οἶκος ἢ μοναστήριον γνώμης δίχα τοῦ ἐπισκόπου ἀσύστατα. Ἅπας δὲ μοναστὴς ὑποτετάχθω τῷ ἐπισκόπῳ· καὶ τῆς μονῆς, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ προτρέποιτο, μὴ ἀφιστάσθω. Δοῦλος δὲ, εἰ μὴ γνώμῃ τοῦ δεσπότου, μὴ μοναζέτω.*

Præter provincialis episcopi sententiam monasterium aut ecclesiam condere non oportet. Sed et omnes monachos ei subjectos esse, et a monasterio in quo collocati fuerunt non recedere, nisi ob aliorum emolumentum ab episcopo permittantur. Servus autem præter domini voluntatem in monasterium, ut monasticam agat vitam, ne admittatur. Qui hæc autem decreta transilierit, excommunicabitur. Oportet vero et episcopum necessariam monasteriorum curam gerere.

Ἄνευ γνώμης τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, οὐ δεῖ μοναστήριον ἢ ἐκκλησίαν κτίζεσθαι· ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς ὑποτάσσεσθαι αὐτῷ, καὶ τῇ μονῇ, ἐν ᾗ ἀπετάξαντο, μὴ ὑπαναχωρεῖν, εἰ μὴ ἐπιτραπῶσι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου δι' ἑτέρων ὠφέλειαν· δοῦλος δὲ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἐν μοναστηρίῳ μὴ προσδεχέσθω ἐπὶ τῷ μονάσαι. Ὁ δὲ παραβαίνων τὰ ὁρισθέντα ἔσται ἀκοινώνητος. Χρὴ δὲ καὶ τὸν ἐπίσκοπον τὴν δέουσαν πρόνοιαν τῶν μοναστηρίων ποιεῖσθαι.

CANON V.

De episcopis, vel clericis, qui a civitate in civitatem transeunt, placuit eos qui editi sunt a sanctis Patribus canones, vires obtinere.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν ἔδοξε τοὺς περὶ τούτων τεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἔχειν τὴν ἰσχύν.

BALS. Varie expositus est hic canon, nec de eo frustra est labor suscipiendus.

ΒΑΛΣ. Διαφόρως ἐξηγήθησαν τὰ τοῦ τοιούτου κανόνος, καὶ οὐ χρὴ περὶ τῶν αὐτῶν ματαιοπονεῖν.

ZONAR. Plures sanctorum apostolorum canones in hanc sententiam editi atque a nobis explicati sunt : plures quoque synodici, quos quidem hic canon servandos esse decernit. Eadem iterum inculcare supervacui, vel etiam stulti laboris fuerit. Quid iis constitutionibus hac de re definitum sit, si quis scire velit, ipsosmet canones adeat, ex iis namque totius decreti rationem, et quibus ex locis, et quo modo ex sua civitate in aliam migrare episcopo permissum sit, facile intelliget.

ΖΩΝΑΡ. Κανόνες διάφοροι τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης εἰσὶν, οἳ καὶ ἐξηγήθησαν· ἀλλὰ μὴν καὶ διαφόρων συνόδων, οὓς καὶ κρατεῖν παρὼν κανὼν διατάττεται. Τὸ γοῦν πάλιν τὰ αὐτὰ ἐξηγεῖσθαι περιττὸν, ἢ καὶ ματαιοπονία ἐστὶν. Ὁ δὲ βουλόμενος γνῶναι τί περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης οἱ κανόνες ἐκεῖνοι ὁρίζουσι, ζητησάτω αὐτούς, καὶ γνώσεται, τὰ ὁρισθέντα, καὶ πότε, καὶ πῶς ἐπίσκοπος ἐκ τῆς ἰδίας πόλεως ἄπεισιν εἰς ἑτέραν.

ARIST. *Qui e civitate in civitatem transeunt, canonibus de his rebus sanctis subjiciantur.*

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ μεταβαίνοντες ἐκ πόλεως εἰς πόλιν τοῖς περὶ τούτων κανόσιν ὑποπιπτέτωσαν.*

Dicitur et in 13 synodi Antiochenæ canone, ne ausit episcopus e sua ad aliam transire provinciam, aut aliquos præter episcopi provincialis voluntatem ordinare, aut aliquod aliud episcopale munus obire, nisi veller ea quæ a se facta sunt irrita manere, et se confusionis suæ pœnam dare, ut hinc a sancta triade depositum : idem igitur et hic canon decernit. καθηρημένον ἐντεῦθεν ὄντα ὑπὸ τῆς ἁγίας Τριάδος ὁρίζει.

Εἴρηται καὶ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου μὴ τολμᾷν ἐπίσκοπον μεταβαίνειν ἐκ τῆς ἰδίας ἐπαρχίας εἰς ἑτέραν, καὶ χειροτονεῖν τινας ἄνευ γνώμης τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, ἢ ἕτερόν τι ἐπισκοπικὸν δίκαιον πράττειν, εἰ μὴ βούλεται καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα ἄκυρα μένειν, καὶ αὐτὸν δίκην δοῦναι τῆς ἀταξίας αὐτοῦ (95). Τοῦτο γοῦν καὶ ἐνταῦθα ὁ κανὼν ὁρίζει.

CANON VI.

Nullum absolute ordinari, nec presbyterum, nec diaconum, nec omnino aliquem eorum qui sunt in

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι (96) μήτε πρεσβύτερον μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τῶν

Guill. Beveregii notæ.

(95) Ὑπὸ τῆς ἁγίας Τριάδος. Legendum haud dubie ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου. Sic enim legitur in syn. Antioch. can. 13, quem hic citat Aristenus, καθηρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου.

(96) *Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι.* Quid per ἀπολελυμένως intelligendum sit, ex ipsomet canone constat, in quo isti ἀπολελυμένως ordinari dicuntur, qui, cum ordinantur, certum non habent locum, quo munus susceptum obeant.

τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι· εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ ἢ μοναστηρίῳ, ὁ χειροτονούμενος ἐπικρύττοιτο. Τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ἄκυρον ἔχειν τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, καὶ μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν ἐφ' ὕβρει τοῦ χειροτονήσαντος.

A

ordine ecclesiastico : nisi specialiter in ecclesia civitatis vel pagi, vel martyrio, vel monasterio, in qui ordinatur, designetur. Eos autem, qui absolute ordinantur, decrevit sancta synodus irritam ac invalidam habere ejusmodi manuum impositionem, et nusquam exercere ac operari posse ad ejus, qui ordinavit, contumeliam.

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ χειροτονοῦνται οἱ ἀρχιερεῖς εἰς τήνδε τὴν ἐκκλησίαν (97), οὕτω φησὶν ὁ κανὼν χειροτονεῖσθαι καὶ τοὺς κληρικοὺς ἰδικῶς εἰς τόνδε τὸν ναὸν, ἢ εἰς τόδε τὸ μοναστήριον, καὶ μὴ ἀπολελυμένως· τὴν δὲ μὴ οὕτω γενομένην χειροτονίαν ἄκυρον εἶναι, καὶ τὸν παρὰ γνώμην τοῦ χειροτονήσαντος ἄλλαχοῦ ἐνεργήσαντα ἐφ' ὕβρει τούτου μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ οἱ χειροτονούμενοι μοναχοὶ κληρικοὶ λέγονται, καὶ τῷ κατὰ τόπον ὑπόκεινται ἐπισκόπῳ, καὶ οὐκ ἀφείλουσι χωρὶς συστατικῆς γραφῆς καὶ ἀπολυτικῆς τοῦ ἐπισκόπου εἰς ἑτέραν ἐνορίαν ἱερουργεῖν. Ἀνάγνωσον καὶ τὸν ιη' κανόνα τῆς παρούσης συνόδου. Ἐπεὶ δέ τινες ἐκλαμβάνεσθαι λέγουσι τὸν κανόνα εἰς μόνους πρεσβυτέρους, διακόνους καὶ ὑποδιακόνους, οὐ μὴν καὶ εἰς ἀναγνώστας, διὰ τὸ μὴ χειροτονεῖσθαι καὶ τούτους, κἀντεῦθεν δύνασθαι αὐτοὺς ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβαίνειν, καὶ δίχα ἐπισκοπικῆς συστατικῆς γραφῆς καὶ ἀπολυτικῆς· φαμὲν ὅτι καὶ οἱ ἀναγνῶσται κληρικοί εἰσι, καὶ χειροθεσίαν ἀρχιερέων ἔχουσι, διὰ χειρὸς τοῦ ἀρχιερέως δηλαδὴ σφραγῖδα (98)· καὶ πάντως κρατήσει καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ κανών.

B

C

BALS. Quemadmodum ordinantur antistites ad hanc vel illam ecclesiam, ita dicit canon clericos quoque specialiter ad hoc templum, vel hoc monasterium, et non absolute ordinari : quæ autem non ita facta fuerit, ordinationem irritam esse ac invalidam, eumque qui alibi præter ordinantis voluntatem celebravit ad ejus contumeliam, nequaquam posse celebrare. Nota ergo, quod etiam, qui ordinantur monachi, dicuntur clerici, et loci episcopo subjiciuntur, et non debent sine commendatitia et dimissoria episcopi scriptura in alia regione sacra celebrare. Lege etiam 8 can. præsentis syn. Quoniam autem dicunt nonnulli canonem accipi de solis presbyteris, diaconis et subdiaconis, non autem etiam de lectoribus, eo quod per manus impositionem non ordinentur, et ideo posse eos ex urbe in urbem transire, etiam sine episcopali scriptura dimissoria et commendatitia : dicimus etiam lectores esse clericos, et habere antistitis manuum impositionem, eam scilicet quæ per antistitis manus fit characteris datione : et omnino in his etiam valebit hic canon.

119

Guill. Beveregii notæ.

Sic præter Balsamonem et Zonaram, etiam Josephus Ægyptius hanc vocem interpretatus est, primam canonis hujus partem sic explicans, *Nemo ordinationem accipiat, nisi declaretur ei locus et sedes in qua resideat : non presbyter, nec diaconus, nec alius ab iis, nec qui istis inferior est, sed locus ejus declaretur, et in eo constans manent.* Et Ebertus Eboracensis vim vocis hujus, et totius canonis sensum, breviter sic exprimit, *Ut nullus absolute ordinetur, et sine pronuntiatione loci, ad quem ordinandus.* Egbert. excerpt. can. 51. Hoc posterioribus est, *sine titulo* neminem ordinari. Concilium Lateranense, anno D. 1179. *Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu necessaria ei administret, donec in aliqua ei ecclesia convenientia stipendia militiæ clericalis assignet : nisi forte talis, qui ordinatur, exstiterit, qui de sua vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere.* Concil. Later. cap. 5. Hoc decretum a concilio Londoniensi sub Huberto Cantuariensi archiepiscopo anno D. 1200, celebrato confirmatum est, statuente, *Illud etiam juxta tenorem Lateranensis concilii firmiter observari præcipimus, ut si episcopus aliquem sine titulo certo diaconum vel presbyterum ordinaverit, tandiu ei subministret, donec ei in aliqua ecclesia convenientia stipendia militiæ clericalis assignet, nisi forte talis, qui ordinatur, exstiterit, qui de sua vel paterna hæreditate subsidia vitæ possit habere. Idem in subdiaconi ordinatione statuimus, adjungentes ut si archidiaconus citra speciale mandatum episcopi sui aliquem prædictorum ordinationi præsentaverit, et is ad ejus præsentationem ordinatus fuerit, prædictæ pœnæ subjaceat.* Concil. London. can. 6. Concil. Bin. tom. III, part. 2, p. 666, 667, edit. Colon. 1618.

(97) *Εἰς τήνδε τὴν ἐκκλησίαν.* Codex Æthiopicus legit εἰς τήνδε ἢ τήνδε ἐκκλησίαν. Sed alter loquendi formula a Balsamone et Zonara magis usitatur : ut in proxima linea, εἰς τόνδε τὸν ναόν, et εἰς τόδε τὸ μοναστήριον. Et Zonaras, ἐν τῇδε τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς πόλεως.

(98) *Διὰ χειρὸς τοῦ ἀρχιερέως δηλαδὴ σφραγῖδα.* Σφραγὶς a Græcis scriptoribus sæpe usurpatur pro *signo crucis*, ut et σφραγίζω pro *signare cruce*, ut a Gregorio Nazianzeno, qui de Juliano loquens, ait, Ἐπὶ τὸν σταυρὸν καταφεύγει, καὶ τὸ παλαιὸν φάρμακον, καὶ τούτῳ σημειοῦται κατὰ τῶν φόβων, καὶ βοηθὸν ποιεῖται τὸν διωκόμενον (καὶ τὰ ἐξῆς φρικωδέστερα) ἴσχυσεν ἡ σφραγὶς, ἠττῶνται οἱ δαίμονες. λύονται οἱ φόβοι, *Ad crucem et vetus illud remedium confugit, hocque se adversus terrores consignat, eumque, quem persequebatur, epitulatorem asciscit* (at quæ sequuntur magis tremenda) *prævaluit* σφραγὶς, *cedunt dæmones, pelluntur timores.* Greg. Naz. orat. 3, adv. Julian. ubi palam est σφραγῖδα *signaculum crucis*, quo se consignasse autea dictum est, significare. Idem alibi, Ἔδοξεν ἐμὲ τὸν αὐτῇ φίλτατον (προετιμᾶτο γὰρ ἡμῶν ἄλλος οὐδ' ἐν ὀνείρῳ) ἀθρόως ἐπιστάντα νυκτὸς μετὰ κανοῦ καὶ ἄρτων τῶν λαμπροτάτων, ἐπευξάμενόν τε αὐτοῖς καὶ σφραγίσαντα, ὥσπερ φίλον ἡμῖν, θρέψαι τε καὶ ζῶσαι καὶ συναγαγεῖν τὴν δύναμιν. Hoc est, *Visum est ipsi, me quem charissimum habebat* (neque enim quemquam alium nostrum nec in somnis mihi præferebat) *noctu repente supervenientem, cum canistro panibusque imprimis candidis, et pro more meo benedictis, atque cruce consignatis eam alusse, sicque consaluisse, et vires collegisse.* Id. orat. 19. In Euchologio hoc verbum passim dicto sensu occurrit ; et quod in primis observandum est, in ritu de ordinatione presbyteri, ubi una editio legit.

ZONAR. Sacerdotes et diaconos absolute ordinari, aut alium quemvis hominem ita clero ascribi, ut ubicumque voluerit proficiscatur sacraque administret, aut sacerdotalem aliquam exerceat functionem, hic canon vetat. Sed unumquemque ecclesiæ cuipiam urbanæ, aut oppidanæ, aut dicato martyribus templo, vel monasterio nominatim adjectum, ita demum ordinibus insigniri jubet. Et ut nunc dierum quemlibet antistitum certæ cujusdam civitatis episcopum, qui eum ordinat promoveri dicit, sic quicumque olim ordinibus insignitus esset, certæ cujusdam ecclesiæ sacerdos, diaconus, clericusve (quamvis hæc postea tota ratio sit neglecta) simpliciter nuncupatur. Qui sic vero ordinantur, iis nihil prodesse manuum impositionem sancta synodus decrevit, iis enim exercitium negavit, adeo ut nullum opus sacrum peragant, in ejus qui ordines contulit contumeliam. Inuritur enim haud dubie collatori nota dedecoris, cum ei, cui sacros ordines contulit, ab ipso antistite communicata obeundi sacra ministeria facultas eripitur, hominemque eodem loco, ac si nunquam initiatus fuisset, haberi decernitur.

non indiscriminatim, ac citra inquisitionem admittere ad accusationem, nisi eorum existimatio prius examinata fuerit.

BALS. Quære 6 canonem 2 syn. et præsentis canonis disces interpretationem.

ZONAR. Sexto quoque secundæ synodi canone idem statuitur. Quæ in eum igitur scripsimus, ad hujus quoque canonis explicationem satis superque sufficiunt.

ARIST. *Clericus vel laicus, qui episcopum temere accusat, non admittendus.*

Oportet existimationem eorum, qui episcopos aut clericos accusant, examinare, et non sine probatione eos ad accusationem admittere, sive clerici sint ii qui accusant, sive laici. Ne forte ejecti sint, aut excommunicati, aut criminum aliquorum accusati, et nondum compertum sit illos vitio vacare; aut aliter vita culpata, et a religione aliena. Multi enim hujusmodi ecclesiasticum confundere et evertere volentes ordinem, calumniosas contra inculpatos et orthodoxos episcopos clericosque accusationes consarcinant.

CANON XXII.

Non licere clericis post mortem proprii episcopi res quæ ad ipsum pertinent, rapere, quemadmodum et assumentibus, prohibitum est: aut qui hoc fecerint, de proprio gradu in periculum venire.

BALS. Præsens canon deponi jubet clericos, qui post mortem proprii episcopi res, quæ ad illum pertinent, rapiunt; et non solum ipsos, sed et reliquos, qui eorum sibi custodiam vindicant; metropolitanos scilicet, et alios, apud quos mortuus est episcopus, qui etiam παραλαμβάνοντες, hoc est assumentes, dicuntur. Tunc autem dicitur episcopus res habere, et de iis disponere ac testari potest, quando, ut vult 40 canon apostolicus, cum primum fuit electus, quæ sunt sua propria, et

ἢ κληρικῶν ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη αὐτῶν ἡ ὑπόληψις.

ΒΑΛΣ. Ζήτει κανόνα ς' (28) τῆς β' συνόδου, καὶ μάθῃς τὴν τοῦ παρόντος κανόνος ἐξήγησιν.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς δευτέρας συνόδου περὶ τούτων διατάττεται. Ἃ οὖν ἐγράφη ἐκεῖ, εἰς ἐξήγησιν καὶ τοῦ παρόντος κεφαλαίου ἀρκοῦσι.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀδοκιμάστως κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἐπισκόπου κατηγορῶν ἀνεπίδεκτος.*

Δεῖ τὰς ὑπολήψεις τῶν κατηγορούντων ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν ἐξετάζεσθαι· καὶ μὴ ἀποδοκιμάστως αὐτοὺς εἰς κατηγορίαν αὐτῶν παραδέχεσθαι, κἂν κληρικοί εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, κἂν λαϊκοί· μή ποτε ἀποβεβλημένοι οὗτοι εἶεν, ἢ ἀκοινώνητοι, ἢ ἐπ' ἐγκλήμασί τισι κατηγορούμενοι, καὶ μήπω φανέντες ἀνεύθυνοι, ἢ ἄλλως πως τὸν βίον ἐπιμεμπτοι, ἢ τὴν θρησκείαν ἀλλότριοι. Πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι, τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν συγχέειν καὶ ἀνατρέπειν βουλόμενοι, συκοφαντικὰς αἰτίας συῤῥάπτουσι κατὰ τῶν ἀνεπιλήπτων καὶ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἁρπάζειν τὰ διαφέροντα αὐτῷ πράγματα, καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται (29)· ἢ τοὺς τοῦτο ποιοῦντας κινδυνεύειν περὶ τοὺς οἰκείους βαθμούς.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαί φησι τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἁρπάζοντας τὰ τούτῳ διαφέροντα πράγματα· καὶ οὐ μόνον αὐτούς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς χρεωστοῦντας φυλακὴν τούτων, μητροπολίτας δηλαδὴ καὶ ἑτέρους παρ' οἷς ἐτελεύτησεν ὁ ἐπίσκοπος, οἳ καὶ *παραλαμβάνοντες* καλοῦνται. Τότε δὲ λέγεται ἔχειν ὁ ἐπίσκοπος πράγματα, καὶ δύνασθαι διατίθεσθαι, ὅταν κατὰ τὸν μ' ἀποστολικὸν κανόνα ἀπογράψηται, ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, τὰ οἰκεῖα

Guill. Beveregii notæ.

(28) *Ζήτει κανόνα.* Hæc Balsamonis ἑρμηνεία in ms. Basileensi non exstat. Exstat autem, non modo in impressis, verum etiam in Bodleiano nostro et Ætoniensi codicibus.

(29) *Καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται.* Hic codices mirum in modum dissentiunt. Huic enim Bodleiani ms. lectioni, Ætoniensis, Basileensis; item quo usus est Gentianus Hervetus, necnon Balsamonis et Zonaræ codices suffragantur. Joannes Antiochenus e contra legit, Καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται. Collect. can. tit. 4, cui Latini interpretes adstipulantur, ut in annotationibus ad can. apost. 40 observatum est. Sic etiam Josephus Ægyptius legisse videtur; alio qui enim nescio quo ista ejus verba referantur, quæ suæ hujus canonis paraphrasi inseruit, *Neque res ejus usurpabunt, nisi eas de quibus Patres locuti sunt, et mandatum ediderunt.* Quin etiam in Græco Balsamonis codice antehac impresso eadem lectio retinetur. Ipsum autem Balsamonem, æque ac Zonaram, τοῖς παραλαμβάνουσιν legisse, ex ipsorum scholiis constat, quibus παραλαμβάνοντας metropolitanos aliosve contendunt esse, quibus res episcopi defuncti commendatæ sunt, vel apud quem moritur. Verum quomodo ista vox hunc sensum ferat, me prorsus fugit. Neque enim metropolitanis solis, aliisve, apud quos episcopus diem obit, sed omnibus omnino clericis res episcopi vita functi παραλαμβάνειν *assumere* vel *sibi arripere* hic prohibetur. Nec quidem hariolari possum, quid hæc vox hoc in loco significet. Quin etiam verbum ἀπηγόρευται in præterito ostendit hoc antea vetitum fuisse. Vetitum autem τοῖς παραλαμβάνουσι fuisse, nemo, ut opinor, demonstrare aggredietur. Sed Balsamon et Zonaras locum hunc sic legerunt, ac proinde aliquem huic voci sensum affingere necessum habuerunt; præsertim cum aliter nemo eam intelligat. Cum alii autem codices, iique longe antiquiores, aliam nobis lectionem exhibeant, eamque et intellectu facilem, et loco congruam; ea haud dubie præferenda est, nimirum καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται. Quibus verbis Patres antiquum aliquem de eadem re prius exstitisse canonem indigitant, qualis est quadragesimus apostolorum, ad quem propterea eos hoc loco respexisse plus quam verisimile est.

καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιήσει, πάντα τὰ τούτου τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνήκουσιν. Ἀπογραφῆς δὲ γενομένης, ὡς εἴρηται, ἐὰν ἀδιάθετος ὁ ἐπίσκοπος τελευτήσῃ, νομίζω ὅτι κατὰ νόμους ὑπὸ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων προσγενῶν αὐτοῦ κληρονομηθήσεται. Κἂν γάρ τινες ἀπὸ τοῦ πα' κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἶπον ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν μετ' ἐκεῖνον ἐπίσκοπον τὰ πράγματα τοῦ ἀδιαθέτως τελευτήσαντος ἐπισκόπου κατὰ τὸ βουληθὸν αὐτῷ οἰκονομεῖν· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου κανόνος, λέγοντος ὀφείλειν ἐπιγινόμενον ἐπίσκοπον τοῦ ἀδιαθέτου ἐπισκόπου τὴν διατύπωσιν ἁρμοδίαν τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι ποιήσασθαι, μάλιστα παρίσταται κατὰ νόμους γίνεσθαι τὴν διαδοχὴν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἁρμοδίαν διατύπωσιν ποιήσει τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι. Ζήτει τὸν κδ' κανόνα (30) τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ κανόνα λε'.

quæ episcopatus, descripsit. Nisi enim ita fecerit, omnia quæ sunt ejus ad ecclesiam pertinebunt. Descriptione autem facta, ut dictum est, si intestatus morietur episcopus existimo quod secundum leges cognati ejus, qui ab intestato vocantur, ei succedent. Et si enim nonnulli ex 81 can. syn. Carth. dixerunt esse in potestate succedentis episcopi, ut bona ejus qui mortuus est intestatus, ut voluerit, administret : sed mihi videtur, quod ex eo canone statuente debere eum, qui intestato episcopo succedit, episcopum, descriptionem facere ejus voto congruentem, ostenditur maxime debere fieri secundum leges rerum defuncti successionem. Hoc enim si fecerit, ejus voto convenientem descriptionem faciet. Quære etiam 24 can. Antioch. syn. et syn. in Trull. can. 55.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ τεσσαρακοστὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν φανερὰ εἶναι ὁρίζει τὰ ἴδια πράγματα τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τὰ Κυριακὰ φανερὰ, καὶ ἐξουσίαν δίδωσι τῷ ἐπισκόπῳ τὰ οἰκεῖα, οἷς βούλεται, καταλιμπάνειν. Καὶ ὁ κδ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν τὰ αὐτὰ διατάττεται. Καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν ἀπαγορεύει τὰ τῷ ἐπισκόπῳ διαφέροντα πράγματα παρὰ τῶν κληρικῶν διαρπάζεσθαι ἐκείνου θανόντος. Τὸ δὲ, Καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται, νοητέον κατὰ τὸν λε' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, κωλύοντα καὶ τὸν μητροπολίτην ᾧ ὑπέκειτο ὁ τελευτήσας ἐπίσκοπος, μήτε τι τῶν τῆς ἐκκλησίας μήτε τῶν ἰδικῶν τοῦ ἐπισκόπου σφετερίζεσθαι· ἀλλ' εἰ μὲν εἶεν ἐν τῇ ἐπισκοπῇ κληρικοὶ, παρ' ἐκείνων κελεύονται τὰ πράγματα φυλάττεσθαι, μέχρις ἂν ἕτερος ἐπίσκοπος γένηται· εἰ δ' οὐκ εἶεν ἴσως κληρικοὶ, τῷ μητροπολίτῃ τὴν τούτων ἀνατιθέμενον φυλακὴν, ἵν' ἀποδοίη ταῦτα ἀκαινοτόμητα τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ. Παραλαμβάνοντας οὖν τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς μητροπολίτας φησὶν, ὡς τὴν τῶν πραγμάτων φυλακὴν ἐμπιστευομένους. Τοῖς δὲ διαρπάζουσιν ἢ νοσφιζομένοις τι τῶν τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων ἐπιτίμιον ἐπάγει, τὴν ἔκπτωσιν τῶν οἰκείων βαθμῶν. Καταλιμπάνειν δὲ ἐπίσκοπον αἱρετικοῖς τὰ οἰκεῖα κεκώλυται, μᾶλλον δὲ τοιούτοις καταλιπὼν καὶ ὑπὸ ἀνάθεμά ἐστιν· ἀδιαθέτου δὲ τοῦ ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἐπίσκοπος τὰ ἐκείνου ὡρίσθη οἰκονομεῖν πράγματα θαρίστως κατὰ τὸν κβ' καὶ πα' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα.

ZONAR. Quadragesimus quoque sanctorum apostolorum canon, quænam episcopi propriæ possessiones, quæque Deo dicatæ sint, notum omnino ac testatum esse decernit ; episcopoque, quod ad proprias possessiones attinet, illas testamento cuicunque libitum fuerit legandi potestatem facit. Eadem Antiochenæ synodi quarto et vicesimo canone constituta. Hoc etiam canone, quæ 139 episcopus propria possedit, eo vita functo clerici rapere atque ad se avertere prohibentur. Verba autem illa [quemadmodum assumentibus quoque vetitum est] ex synodi Trullanæ canone tricesimo quinto intelligere facile est. Eo siquidem loci ne metropolitano etiam episcopo, cum aliquis ex subjectis sibi episcopis decesserit, vel ex ecclesiæ vel ex ipsius episcopi bonis quidquam in rem suam convertere liceat interdictum : sed siquidem in episcopatu clerici aliqui sint, eorum fidei ac diligentiæ, quoad alter episcopus subrogetur, ea bona commendata esse ; sin vero nulli forsitan sint clerici, a metropolitano interea asservari, eique, qui suffectus fuerit episcopo, ad libellum omnia reddi jubetur ; assumentium ergo nomine clericos aut metropolitanos intelligit, quorum fidei res illæ creditæ atque commendatæ sunt. Qui vero aliquid ex bonis episcopatus, aut episcopi propriis rapiunt aut alienant, ordinum suorum gradibus amoveri decernit. Hæreticos autem testamento hæredes scribere episcopi prohibentur : quin, si fecerint, etiam anathemate eos teneri constitutum. Quod si nullo facto testamento episcopus decesserit, quicunque in ejus locum fuerit suffectus, de illius fortunis ex 22 et 81 syn. Carth. can. quod Deo gratissimum fore arbitrabitur, statuet.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ δὲ ἀνθρώπων ἐπισκόπου γεγενημένου τὰ ἐκείνου ἁρπάζων τοῦ βαθμοῦ ἁμαρτήσεται.*

ARIST. *Qui episcopo vita functo, illius bona rapit, gradu dejicietur.*

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Ζήτει τὸν κδ' κανόνα.* Pro his verbis, usque ad finem interpretationis, nihil aliud in priori Balsamonis editione Græca occurrit, quam ζήτει καὶ τὸν ἐν τῷ Τρούλλῳ κεφ. λε'. Sed nostræ lectioni suffragantur ms. Basileensis, isque quem Gentianus Hervetus transtulit. Locum etiam in priori editione corruptum esse, ex ipsis verbis cuivis ea consideranti patet.

Quicunque clerici episcopi bona post mortem ipsius diripiunt, de gradibus suis in periculum veniunt.

A

Ὅσοι τῶν κληρικῶν τὰ τοῦ ἐπισκόπου πράγματα διαρπάζουσι μετὰ θάνατον ἐκείνου, περὶ τὸν ἴδιον βαθμὸν κινδυνεύουσι.

CANON XXIII.

Pervenit ad aures sanctæ synodi, quod clerici quidam et monachi, quibus nihil a proprio episcopo mandatum est, et sunt etiam nonnunquam ab ipso communione segregati, ad imp. Constantinopolis urbem se conferunt, et in ea diu morantur, turbas excitantes, statumque ecclesiasticum perturbantes, et aliquorum domos subvertunt. Statuit ergo sancta synodus, ut ii prius a sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ defensore admoneantur, ut imp. urbe excedant : si autem in iisdem negotiis impudenter perseverent, ut per ipsum defensorem

ΚΑΝΩΝ ΚΓ'.

Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἴστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ' αὐτοῦ, καταλαμβάνουσι τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐκεῖ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες, καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν· ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου (31) τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτά-

Guill. Beveregii notæ.

(31) *Διὰ τοῦ ἐκδίκου.* De generali hujus vocis ἔκδικος significatione non est ut dubitemus. Nam Dionysius Exiguus et antiquior ille Latinus interpres, *Defensorem*, recte verterunt : quibus suffragatur ipse Balsamon dicens : Σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι ἡ δόσις τῶν ἐκδίκων καὶ τῶν ξενοδόχων λεγομένων. Bals. in syn. Carthag. can. 78. Sic etiam in veteribus juris verborum glossis, Ἀφένσωρ, Ἔκδικος. Verum ἔκδικοι *Defensores* alii civiles fuerunt, alii ecclesiastici. Canon de ecclesiasticis solis loquitur, uti ex sequentibus verbis constat, Διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας. De defensoribus civitatis Justinianus totam novellam constitutionem edidit, quæ ordine quindecima est. Defensores Ecclesiæ sæpe commemorantur. Maxentius : *Non ergo, ut iste mentitur populus, sed defensores Ecclesiæ eos exinde egredi compulerunt.* Max. resp. ad Epit. Hormisdæ. Theodorus Anagnosta : Παῦλος ὁ ἔκδικος τῆς Ἐκκλησίας, μαχρὸς ὢν τὴν πληγὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀντὶ Εὐφημίου λαβὼν ἐκινδύνευσεν. Theod. Anagn. eclog. 2. Justinianus imperator eos ἐκκλησιεκδίκους, *Ecclesiecdicos* vocat l. XLII, c. De episcopis et clericis. Prima autem ecclesiasticorum defensorum origo a politicis deducta videtur. Cum singulæ enim in imperio Romano civitates defensores suos habuerit, ecclesiis ibidem constitutis visum est tales etiam sibi officiales ab imperatoribus impetrare. Et quidem eos ab imperatoribus primo impetratos fuisse, ex synod. Carthag. c. 78, abunde constat. Editus est iste canon a concilio Carthag. an. 398 habito, his verbis : *Ab imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores iis adversus potentias divitum, cum episcoporum provisione, delegentur.* Conc. Carth. 5, can. 9, qui in codice canonum istius Ecclesiæ his impresso est 78, ubi etiam in titulo Græce vocantur ἔκδικοι τῶν ἐκκλησιῶν. Et hæc prima fuit et antiquissima, ni fallor, quæ ullibi occurrit, ecclesiasticorum defensorum mentio ; quos etiam vix credibile est synodum Carthaginensem ab imperatoribus postulare voluisse, si in Ecclesiam antea introducti fuerant. Ex eo autem, quod ab imperatoribus eos tunc temporis postulandos decreverat, Balsamon in Meditatis observat, eos laicos fuisse, atque in præsenti synodi Chalcedonensis canone intelligendos esse, utpote de quo sit : Ὁ τοιοῦτος κανὼν ἐπεφώνηται, ὅτε λόγος οὐκ ἦν ἐκδίκων ὄντων ἀπὸ τοῦ βήματος, λαϊκῶν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις διδομένων ἐκάστοτε πρὸς ἐκδίκησιν. Καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ος' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, οὕτως διεξιόντος ῥητῶς, περὶ ἐκδίκων τῶν ἐκκλησιῶν. Bals. *Medit. in Juris Græco-Romani*, l. VII, p. 454. Et quidem eos in nullo ecclesiastico gradu ordinatos olim fuisse, ex secundo præsentis vocati canone colligatur ; ubi non ordinati dicuntur, sed promoti ; neque cum clericis, sed cum œconomo et paramonario conjunguntur, quemadmodum et Justinianus eos, non cum clericis cujuscunque dignitatis, sed cum xenodochis, nosocomis, aliisque istiusmodi officialibus recensel, qui nullo clericatus gradu constituti sunt. Postea autem nonnullos eorum clericos fuisse extra dubium est, cum ad thronum etiam Constantinopolitanum nonnunquam promoti fuerint ; ut Balsamon in Meditatis ante citatis tradidit. Quod ad numerum eorum spectat, Heraclius Augustus in Novella sancivit, decem in Constantinopolitana majore Ecclesia constitutos esse. Τοὺς μὲν θεοφιλεῖς συγκέλλους εἰς δύο τὸν ἀριθμὸν περιστῆναι, χαγκελλαρίους δὲ εἰς ιβ', ἐκδίκους δὲ εἰς δέκα. Joannes episcopus Citri in Resp. ad Constant. Cabasilam quatuor solummodo defensores numerat. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσιν, ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἔκδικοι. *Jur. Gr.-Rom.* t. V, pag. 328. Euchologium a Jacobo Goar Paris. editum duos exhibet officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ catalogos, in quorum primo præter πρωτέκδικον duodecim ἐκδίκους, in altero duos solos esse traditur ; qui etiam assessores tantum fuerunt πρωτεκδίκῳ sive summo et proprie sic dicto defensori. De cujus etiam officio, ut pauca delibemus, in primis observandum est ei ex hoc canone concessum esse auctoritatem clericos et monachos ex urbe Constantinopoli expellendi, quicunque ab episcopo suo non missi ibi commorantur. Si quidem autem Patres Chalcedonenses hoc defensoribus injungunt, eos antea constitutos supponunt. Ac proinde hoc non primarium et principale, sed secundarium fuit eorum officium. Primo autem instituti sunt a concilio quodam Carthaginensi, ut pauperes contra divites defenderent. Syn. Carthag. can. 78. Cum hoc autem aliter facere non potuerint, minores a divitibus contra pauperes, vel e contra, motas causas audiendi potestas iis commissa est, ejusmodi præsertim, quas ab episcopo antea determinari consuetum fuit. Hoc e supradicto synodi Carthaginensis canone palam est, utpote in quo decernitur, ut defensores ab imperatoribus postulentur, διὰ τὴν τῶν πενήτων κάκωσιν, ὧν ταῖς ἀκαταβλήτοις ἀπαιτήσεσι ἡ Ἐκκλησία παρενοχλεῖται, *propter pauperum vexationem, quorum molestiis assidue fatigatur Ecclesia.* Instituti sunt ergo defensores, ne pauperum vexationibus Ecclesia diutius fatigaretur ; ac propterea frustranea prorsus esset eorum institutio, nisi eas audirent et determinarent causas, quibus Ecclesia antea fatigari solita fuit. Et quidem πρωτέκδικον minores ecclesiasticas audiisse causas ex ordine officialium

της Ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως· εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένουσιν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

A *vel inviti ejiciantur, et in propria loca reveriantur.*

BALS. Prohibent Patres clericos vel monachos, præter proprii episcopi voluntatem, et qui sunt sæpe etiam segregati, Constantinopolim accedere, et diu in ea manere, eo quod non habeant forsasse ecclesiastica ministeria : hoc enim, inquit, everiit statum ecclesiasticum, et domos eorum qui illos suscipiunt. Et hic quidem jubet canon eos vel invitos expelli, si a defensoribus moniti nolint sua sponte recedere. Vicesimus autem præsentis synodi canon excommunicatos esse dicit, tam eum qui susceptus est, quam eum qui suscepit. Nec id tibi esse contrarium videatur ; sed dic, quod illic quidem jam suscepti erant, et propterea excommunicatione condemnantur, cum iis, qui illos susceperunt, episcopis : hic autem non erant suscepti, et propterea expelluntur, et eo redire coguntur, ubi ordinati fuerant. Lege et 16 canonem apostolicum.

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύουσιν οἱ Πατέρες κληρικοὺς ἢ μονάζοντας παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, πολλάκις καὶ ἀφωρισμένους ὄντας, καταλαμβάνειν τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβειν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἴσως διακονίας ἐκκλησιαστικάς· τοῦτο γάρ φησιν ἀνατρέπειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, καὶ τοὺς οἴκους τῶν παραδεχομένων αὐτούς. Καὶ ἐνταῦθα μὲν ἐκδιώκεσθαι τούτους καὶ ἄκοντας ὁ κανὼν διορίζεται, εἰ μὴ θελήσουσι παρὰ τῶν ἐκδίκων ὑπομιμνησκόμενοι ἐκόντες ὑποχωρῆσαι· ὁ δὲ κ' κανὼν τῆς παρούσης B συνόδου ἀκοινωνήτους εἶναί φησι καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον. Καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι· ἀλλ' εἰπὲ ὅτι ἐκεῖ μὲν ἔφθασαν δεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀκοινωνησίᾳ κατακρίνονται σὺν τοῖς δεξαμένοις αὐτοὺς ἐπισκόποις, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐδέχθησαν εἰσέτι, καὶ διὰ τοῦτο διώκονται, καὶ ἀναγκάζονται ἀπελθεῖν ἔνθα ἐχειροτονήθησαν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ις' ἀποστολικὸν κανόνα.

ZONAR. Ut clerici quamvis forsitan ecclesiæ suæ regendæ sive administrandæ ab episcopo minus idonei judicentur, imo vero etiamsi communione forte privati sint, in ecclesiis maneant quibus in clerum coptati sunt, et non se subducant, aut alio C commorandi causa se conferant, ecclesiasticamque tranquillitatem per tumultum seditionemque perturbent, exemplo aliis item clericis noxii, ac privatæ quoque quietis eversores, sive clericorum, quos imitatione sui ad ecclesiasticos ordines turbandos pelliciunt, **140** sive aliorum, a quibus recepti negotiis forte administrandis præficiuntur, hoc canone constitutum. Qui secus fecerint, a defensore admo-

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς κληρικοὺς βούλεται ὁ κανὼν ταῖς ἐκκλησίαις προσμένειν, αἷς ἐκληρώθησαν, κἂν ἴσως μὴ κρίνοιντο παρὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰς ἐγχείρισιν πραγμάτων ἤτοι διοίκησιν ἐπιτήδειοι, κἂν ἴσως καὶ ἐπτιμηθῶσι παρ' αὐτοῦ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ἐπιμίξ, καὶ μὴ ἀποσκιρτᾷν, καὶ ἀλλαχοῦ ἀπιέναι C καὶ διατρίβειν ἐκεῖ, καὶ ταραχὰς καὶ θορύβους ποιεῖν, καὶ συγχέειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν κακὸν ὑπόδειγμα τοῖς ἄλλοις κληρικοῖς γινομένους καὶ οἴκους τινῶν ἀνατρέποντας ἢ τῶν μιμουμένων αὐτοὺς κληρικῶν, καὶ τῇ τάξει μὴ ἐμμενόντων τῆς Ἐκκλησίας, ἢ τῶν δεχομένων αὐτοὺς καὶ εἰς οἰκονομίαν πραγμάτων ἴσως χρωμένων αὐτοῖς τοὺς τοιούτους

Guill. Beveregii notæ.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ constat; ubi dicitur : Ὁ πρωτέκδικος κριτὴς μετὰ δώδεκα ἐκδίκων μικρὰς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἀναφέρει δὲ ταύτας τῷ ἀρχιερεῖ. Defensor autem hujusmodi causas, non suo nomine, sed ut episcopi locum tenens examinavit; ut ex altero Catalogo dictorum officialium colligimus, dicente, Ὁ πρωτέκδικος κριτὴς ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως· κρίνει δὲ ὑποθέσεις μικρὰς μετὰ τῶν δύο ἐκδίκων, τὰς εἰσερχομένας εἰς τὴν ἐπισκοπήν. *Defensorum supremus in pontificis persona* (id est, in ejus absentia) *judex constituitur, et cum duobus defensoribus parvi momenti negotia ad episcopatum delata judicat.* Quin etiam in Ecclesia Romana antiquitus *defensores* episcopos adjuverunt, in causis nimirum audiendis; ut testatus est antiquus Glossarius Papias, dicens, *Defensores a Romanis pontificibus constituti sunt episcoporum adjutores, quibus honores inter clericos, sicut et regionariis concedimus.* Pap. in *Gloss.* Hos autem non proprio, sed episcoporum, quorum vices suppleverunt, nomine causas discussisse, et lites decidisse, colligere etiam licet ex libro de officio primi defensoris; cujus hæc verba Balsamon, in Meditato de officiis chartularii et primi defensoris, citat : Δεῖ ὑμᾶς (πρωτεκδίκους) εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων δίκην ἕξει μετά τινος ποιεῖσθαι τὸν διεγκαλούμενον ἐκ τρίτου κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ μὴ ὑπείκοντα κατεπείγειν. *Oportet vos* (primos defensores) *si quis presbyterorum et diaconorum cum aliquo litem habebit, eum, qui accusatur, tertium citare, secundum judicatum modum, et non obsequentem condemnare.* Hinc enim constat, presbyteris et diaconis, μετά τινος indelinito, cum quocunque vel clerico vel laico litem habentibus, eamdem olim licuisse apud πρωτέκδικον movere; quod quidem non fas esset, nisi defensor iste episcopi vicem ageret, apud quem clerici causas suas agere tenentur, ex nono canone hujus concilii. Hæc eo nomine fusius prosecuti sumus, quod ex iis rite perpensis sole meridiano clarius elucescat, hodiernos episcoporum cancellarios in Ecclesia nostra constitutos, non nudius tertius introductos esse, ut nonnulli ridicule asseruerunt, sed majorum instituto receptos, et antiquissimarum synodorum decretis confirmatos. Si quis enim ea, quæ hactenus de defensorum Ecclesiæ officio commentati sumus, cum iis contulerit, quæ ab episcoporum cancellariis hodie agitantur, illico deprehendet, hosce nullos alios esse ecclesiasticos officiales, quam qui olim ἔκδικοι, πρωτέκδικοι, ἐκκλησιέκδικοι, et *defensores Ecclesiæ* nuncupati sunt.

nitos, ex urbe in quam immigrarunt excedere vult canon; contumaces vero ac in sua importunitate, inobedientia videlicet impudentiaque obfirmatos, vel commissorum sibi etiam negotiorum administrationem mordicus retinentes, ejici a defensore vel invitos, atque in suam stationem compelli jubet. Eademque constitutione monachos quoque teneri decretum est.

ARIST. *Clerici et monachi qui episcopi injussu Constantinopoli commorantur, et turbas excitant, urbe expellantur.*

Clerici aut monachi qui præter episcopi sui sententiam Constantinopoli inveniuntur, et ibi ecclesiasticum perturbant statum, ab Ecclesiæ Constantinopolitanæ exarcho civitate expellantur.

CANON XXIV.

Quæ semel voluntate episcopi consecrata sunt monasteria, perpetuo manere monasteria, et res quæ ad ea pertinent servari, eaque non amplius fieri sæcularia habitacula. Eos autem, qui hoc fieri permittunt, canonum pœnis subjici.

BALS. Præsens canon, qui statuit non fieri sæcularia diversoria, nec communia fieri quæ de episcopi sententia consecrata sunt monasteria, eas quoque res servari, quæ ad ipsa pertinent, ut et de monasteriorum ædificatione tacite præcipit, ea quod dicit episcopi voluntate. Sed quomodo fieri debeant monasteria, a primo canone synodi quæ fuit in templo Sanctorum Apostolorum, fusius disces; et etiam a primo capite primi tit. IV libri Basilic. quod est cap. 52, 123 Justiniani Novellæ, quæ compendio posita est in 1 cap. 11 tit. præsentis operis. Interrogaverit autem quispiam, cum quanam custodia res monasteriorum servari jubeat canon, et quænam eæ sint. Ac nonnulli quidem dixerunt omnia monasteriorum tam mobilia quam immobilia ut ipsa etiam monasteria inalienabilia conservari. Mihi autem videtur canon hic loqui de magna custodia, summa scilicet diligentia. Immobilium enim ad ea pertinentium, et præterea etiam sacrorum vasorum nonnunquam alienatio permittitur. Lege totum 2 tit. lib. V Basilic. docentem justis quibusdam de causis, non solum dari pignori, sed quavis etiam alienatione alienari ecclesiarum immobilia et sacra vasa. Quoniam autem dicit eos, qui permittunt communia fieri monasteria, canonum pœnis subjici, rogaverit quispiam, quænam eæ sint. Scias ergo quod 13 canon 7 syn. dicit, eos qui sacra communia faciunt, et ea in antiquam formam non restituunt, si sint quidem sacerdotes, debere deponi:

τους οὖν παρὰ τῶν ἐκδίκων ὑπομιμνήσκεσθαι βούλεται ὁ κανὼν ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, ἢ παροικοῦσιν· εἰ δὲ μὴ πείθοιντο, τοῖς αὐτοῖς δὲ πράγμασιν ἐπιμένοιεν, τῇ ἀνυποταξίᾳ δηλαδὴ καὶ ἀναισχυντίᾳ, ἢ τῇ διοικήσει τῶν αὐτοῖς ἐγχειρισθέντων πραγμάτων, ἐκδάλλεσθαι καὶ ἄκοντας ὁ κανὼν διατάττεται παρὰ τοῦ ἐκδίκου, καὶ εἰς τοὺς ἰδίους ἀπιέναι τόπους. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ μοναχῶν.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐπισκόπου δίχα τῆ Κωνσταντίνου διατρίβοντες πόλει κληρικοὶ καὶ μονάζοντες, καὶ ταραχὰς ἀνεγείροντες, τῆς πόλεως ἐλαυνέσθωσαν.*

Οἱ παρὰ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εὑρισκόμενοι ἐν Κωνσταντινουπόλει κληρικοὶ καὶ μονάζοντες (32), καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν θορυβοῦντες κατάστασιν, διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν Ἐκκλησίας τῆς πόλεως ἐλαυνέσθωσαν.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

Τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια κατὰ γνώμην ἐπισκόπου μένειν εἰς τὸ διηνεκὲς μοναστήρια καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα φυλάττεσθαι, καὶ μηκέτι γίνεσθαι ταῦτα κοσμικὰ καταγώγια. Τοὺς δὲ συγχωροῦντας τοῦτο γίνεσθαι ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν διοριζόμενος μὴ γίνεσθαι κοσμικὰ καταγώγια, μηδὲ κοινοῦσθαι τὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα, ἀσυμφανῶς παρακελεύεται, καὶ τὰ περὶ τῆς κτισεως τῶν μοναστηρίων, διὰ τοῦ εἰπεῖν, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου. Μαθήσῃ δὲ πλατύτερον πῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι τὰ μοναστήρια ἀπὸ τοῦ α' κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ α' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ Ε' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ὅπερ ἐστὶ κεφ. νβ' τῆς ρκγ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς, συνοφισθὲν εἰς τὸ α' κεφ. τοῦ ια' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐρωτήσει δέ τις μετὰ ποίας φυλακῆς τὰ πράγματα τῶν μοναστηρίων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν παρακελεύεται, καὶ ποῖα ταῦτά εἰσι. Καί τινες μὲν εἶπον ὀφείλειν πάντα τὰ τῶν μοναστηρίων κινητὰ καὶ ἀκίνητα, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ μοναστήρια συντηρεῖσθαι ἀνεκποίητα· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι ὁ κανὼν ἐνταῦθα περὶ φυλακῆς λέγει μεγάλης, δηλονότι ἄκρας ἐπιμελείας. Τῶν γὰρ διαφερόντων τούτοις ἀκινήτων, πρὸς δὲ καὶ τινῶν ἱερῶν σκευῶν, ἔστιν ὅτε ἡ ἐκποίησις ἐπιτρέπεται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ὅλον δεύτερον τίτλον τοῦ α' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, διδάσκοντα ἐξ εὐλόγων αἰτιῶν τινων, μὴ μόνον ὑποτίθεσθαι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀκίνητα καὶ ἱερὰ σκεύη, ἀλλὰ καὶ ἐκποιεῖσθαι κατὰ πᾶσαν ἐκποίησιν. Ἐπεὶ δέ φησι τοὺς συγχωροῦντας κοινοῦσθαι τὰ μοναστήρια ὑποκεῖσθαι τοῖς τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις, ἐρωτήσει τις ποῖα ταῦτά

Guill. Beveregii notæ.

(32) *Κληρικοὶ καὶ μονάζοντες.* In hac Alexii Aristeni, necnon Symeonis Logothetæ epitome a Justello edita, hæc verba desunt: quæ tamen ad plenum verumque canonis exprimendum sensum necessario interserenda sunt, juxta nostrum hunc codicem.

ιʹσι. Γίνωσκε οὖν ὅτι ὁ ιγ' κανὼν τῆς ζ' συνόδου φησὶ τοὺς τὰ ἱερὰ κοινοῦντας, καὶ μὴ ἀποκαθιστῶντας αὐτὰ εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἢ μοναχοὺς ἀφορίζεσθαι. Ἀνάγνωσον καὶ τὸν μθ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

A laicos vero vel monachos segregari. Lege et 49 can. syn. in Trullo.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ πρῶτος κανὼν τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου περιέχει μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα· Ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μηδενὶ ἐξεῖναι μοναστήριον οἰκοδομεῖν ἄνευ τῆς τοῦ ἐπισκόπου γνώμης καὶ βουλῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ τῶν Βασιλικῶν κείμενος, τίτλῳ πρώτῳ, τὰ αὐτὰ διορίζεται. Τὰ γοῦν οὕτω κατὰ γνώμην δηλονότι τοῦ ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, ἤγουν διὰ τῆς εὐχῆς ἐκείνου ἀνατεθέντα τῷ Θεῷ, μὴ κοινοῦσθαι οὕτος ὁ κανὼν διατάττεται, μένειν δὲ ἀεὶ μοναστήρια, καὶ μὴ κοινὰ καὶ κοσμικὰ καταγώγια γίνεσθαι, φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰ αὐτοῖς ἀνήκοντα πράγματα ὡς, εἴγε μὴ κατὰ γνώμην ἐπισκόπου συσταίη μονή, οὐδ' εὐχὴ αὐτοῦ τῆς οἰκοδομῆς προηγήσηται, καὶ οἷά τις ἀρραγὴς καταβληθείη θεμέλιος, οὐδὲ μονὴ λογισθήσεται· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ κανὼν ἐπήνεγκε τὸ, κατὰ γνώμην ἐπισκόπου. Τοὺς δὲ ταῦτα παραβαίνοντας κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκεῖσθαι ἐψηφίσατο.

ZONAR. Cum aliis, quæ primo canone synodi in templo Sanctorum Apostolorum habitæ continentur, et hæc definivit sancta synodus, ne cuiquam nisi episcopi sententia ac voluntate monasterium exstruere liceat et deinceps. Idem libro IV Basilic. titulo primo, civili quoque lege decretum est. Quæ igitur ea conditione, hoc est episcopo consentiente, religiosasque preces adhibente monasteria consecrata ac Deo dicata sunt, ne communia reddantur præcipit canon, sed usum monasterii in posterum B semper obtineant, nec profana ac sæcularia habitacula fiant, ut et bona quoque ad se pertinentia sine fraude possideant. Monasterium vero quodcunque, aut nulla **141** episcopi auctoritate, aut consecratione legitima nulla instar fundamenti longe firmissimi præeunte excitatum, ne monasterii quidem loco haberi placet. Idcirco namque verba illa, [ex episcopi sententia] in canone adjuncta. Qui vero hanc constitutionem violaverint, ex canonicis sanctionibus puniendos esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. *Μοναστήριον ἐπισκόπου γνώμῃ παγὲν, μενέτω ἀμεταποίητον· καὶ ὅ τι τούτῳ ἀνήκει, ἧτω ἀνεκποίητον. Ὁ δ' ἄλλως ἐπιχειρῶν οὐκ ἀνεύθυνος.*

ARIST. *Monasterium episcopi sententia exstructum immutabile maneat: et quidquid ad ipsum pertinet, ne alienetur. Qui vero secus facere aggredietur, non est innoxius.*

Τὰ μὲν δίχα γνώμης τοῦ ἐπισκόπου κτισθέντα μοναστήρια καὶ ἀσύστατά εἰσι καὶ ἄνιερα· τὸ δὲ C μετὰ βουλῆς ἐπισκόπου κτισθὲν μοναστήριον, ὡς θείου δικαίου ὄν, ὀφείλει μένειν ἀμεταποίητον, καὶ μὴ κοσμικῶν καταγώγιον γίνεσθαι· φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰς ἀκινήτους αὐτοῦ κτήσεις ἀνεκποιήτους. Τὸν δὲ ἀθετοῦντα ταῦτα τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἔνοχον εἶναι ἐπιτιμίοις.

Quæ præter episcopi sententiam exstruuntur monasteria, nec stare possunt nec sacra esse. Quod autem ex episcopi voluntate excitatur monasterium, cum divini sit juris, immutabile debet manere, et sæcularium non fieri diversorium, sed et servari bona ipsius immobilia nullo modo alienata. Qui hæc autem transgressus fuerit, pœnis canonicis obnoxius erit.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ'. CANON XXV.

Ἐπειδή τινες τῶν μητροπολιτῶν ὡς περιηχήθημεν, ἀμελοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων, καὶ ἀναβάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, εἰ μήποτε ἄρα ἀπαραίτητος ἀνάγκη παρασκευάσοι ἐπιταθῆναι τὸν τῆς D ἀναβολῆς χρόνον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. Τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας σῶαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι.

Quoniam nonnulli metropolitani, ut sæpe a nobis auditum est, et greges sibi commissos negligunt, et episcoporum ordinationes differunt: sanctæ synodo placuit, ut intra tres menses ordinationes fiant, nisi inexorabilis utique necessitas effecerit ut dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, eos ecclesiasticæ pœnæ subjici. Viduæ vero ecclesiæ reditum apud ecclesiæ œconomum salvum custodiri.

ΒΑΛΣ. Οἱ θεῖοι Πατέρες, τὰς τῶν πολλῶν κακεντρεχείας ἀνακόπτοντες, ὥρισαν μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς μητροπολίτας τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀναβάλλεσθαι χειροτονίας ἐπὶ πολὺ, ἀλλ' ἐντὸς τριμήνου ταύτας ποιεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν μὴ ψηφιζομένων μητροπολιτῶν τὰς ἰδίας ἐπισκοπάς· περὶ δὲ τῶν

BALS. Divini Patres improbas multorum invasiones amputantes, statuerunt non esse in metropolitanorum potestate episcoporum ordinationes diu differre, sed eas intra trimestre spatium facere. Et hæc quidem de metropolitanis qui neminem in episcopatus suos eligunt: de electis autem et diffe-

Guill. Beveregii notæ.

(53) *Ἐπειδή τινες τῶν μητροπολιτῶν.* Laudatur hic canon ex versione Dionysii Exigui, a concil. Wormatiensi anno 868 habito, can. 71, quemadmodum et canones 15, 18, 22 et 27, ex eadem versione ibidem citantur. Quod hic solum observasse sufficiat.

rentibus susceptionem aut renuntiationem sæpe quæsitum fuit quid fieri debeat, et nondum determinatur quid sit faciendum. Dico itaque quod trimestre spatium post electionem electo extendi debet ad suscipiendum, vel renuntiandum: quod etiam metropolitano ad aliquem in episcopatum suum eligendum ab hoc canone conceditur. Et si intra tres istos menses qui electus est nec suscipit, nec renuntiat, altera fieri debet electio; iste vero qui distulit post trimestre spatium ordinationem revocare nequit, sed potius ecclesiastice corrigitur, utpote qui futiliter ludit in rebus minime ludicris, Deique gregem injuria afficit. Electum autem ab eo qui elegit citari non oportet, quoniam nec metropolitanus a patriarcha ad eligendum citatur. Collige autem hanc interpretationem etiam ex capit. 8 tituli primi et lib. III Basilic., quo examinatio emergentis de electo controversiæ in trimestre spatium contrahitur. Quod etiam situm est in interpretatione capit. 8 tituli primi præsentis operis. Debet autem ordinationes celebrare intra trimestre spatium, ne res episcoporum ex ea re detrimento afficiantur, et populi doctrina ac instructio negligatur. Si autem propter inevitabilem aliquam necessitatem, inquiunt, episcopi provectio prohibetur (forte enim civitas, quæ est episcopo vidua, a gentibus capta est, nec facile potest illuc quisquam venire), prorogabitur omnino ordinatio. Porro episcopatus 142 reditus ab ejus œconomo inferri vult canon, qui quidem debent dari, non metropolitano, sed episcopo, qui est eligendus, etiamsi ad tres menses differatur electio, vel etiam ultra. Metropolitanos autem, qui præter hæc faciunt, pœnæ subjicit: quænam vero sit ista nescio. Existimo autem eam esse quæ a synodo definietur. Nota ergo quomodo intelligitur illud, inexorabilis necessitas. Neque enim si episcopatus injuria aliqua forensi vexetur, aut aliqua alia ejusmodi ratione agitetur, id justam episcopi electionis dilationem metropolitano concedit. Lege etiam nonum cap. primi tituli præsentis operis, et quæ in illud scripta sunt.

ZONAR. Ne metropolitani quos penes episcopos creandi jus est, diu eam rem differant, hoc canone constitutum. Proinde tempus quoque ultra quod creationem hujusmodi extendere minime licet, trium videlicet mensium intervallum, definivit. Nec enim commissos eorum curæ populos suo episcopo diu carere, ac incertos consilii nemine ipsis viam præmonstrante, vagari par est. Si tamen interea, quo minus intra spatium trimestre constitui episcopus possit, causa aliqua necessaria aliquando impediat; ut si forte captam urbem Barbarus occupaverit, nec ad eam aditus cuiquam ita facile pateat: tum demum præfinitum illud tempus extendi et ordinationem deferri licere decernit; qui vero contra constitutionem hanc fecerit, ecclesiasticis pœnis subjici jubet. Quandiu autem

A ψηφιζομένων καὶ ὑπερτιθεμένων τὴν καταδοχὴν ἢ τὴν παραίτησιν, ἐζητήθη διαφόρως τί μέλλει γίνεσθαι· καὶ οὐχ ὡρίσθη τὸ ποιητέον. Διό φημι ὅτι τρίμηνον ὀφείλει μετὰ τὴν ψῆφον ὑφαπλοῦσθαι τῷ ψηφισθέντι χάριν τοῦ καταδέξασθαι, ἢ παραιτήσασθαι, ὅπερ καὶ τῷ μητροπολίτῃ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐδόθη χάριν τοῦ ψηφίσασθαι τὴν ἐπισκοπήν. Καὶ εἰ ἐντὸς αὐτῶν οὐ καταδέξεται ὁ ψηφισθεὶς ἢ οὐ παραιτήσεται, ὀφείλει ἑτέρα γίνεσθαι ψῆφος, μὴ δυναμένου τοῦ ὑπερθεμένου ἀνακαλεῖσθαι τὴν χειροτονίαν μετὰ τὴν τρίμηνον. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ εὐθυνομένου ἐκκλησιαστικῶς ὡς παίζοντος διαχειρὶς ἐν οἷς πικτοῖς καὶ λυμαινομένου τὸ πρέπον τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδὲ ὀφείλει ἐπιφωνεῖσθαι ὁ ψηφισθεὶς παρὰ τοῦ ψηφισαμένου, διότι οὐδὲ ὁ μητροπολίτης ἐπιφωνεῖται παρὰ τῷ πατριάρχῃ ψηφίσασθαι. Συγκρότει δὲ τὴν τοιαύτην ἑρμηνείαν καὶ ἀπὸ τοῦ η' κεφ. τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, εἰς τρίμηνον στενοχωροῦντος τὴν δοκιμασίαν τῆς συμβάσης ἀντιλογίας κατὰ τὸν ψηφισθέντος. Ὅπερ κεῖται εἰς τὸ σχόλιον τοῦ η' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ὀφείλει δὲ ποιεῖν τὰς χειροτονίας ἐντὸς τριμήνου, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τὰ τῶν ἐπισκόπων λυμαίνωνται, καὶ ἡ τοῦ λαοῦ ἀμελῆται διδασκαλία. Εἰ δέ, φασί, διά τινα περίστασιν ἀπαραίτητον κωλύεται ἡ τοῦ ἐπισκόπου προχείρισις (τυχὸν γὰρ ἡ χηρεύουσα πόλις ἐπισκόπου ὑπὸ ἐθνῶν ἑάλω, καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἀπελθεῖν ἐκεῖσέ τινα), πάντως ὑπερτεθείη καὶ ἡ χειροτονία. Τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς ἐπισκοπῆς παρὰ τοῦ οἰκονόμου ταύτης εἰσοδιάζεσθαι θέλει ὁ κανών, δοθῆναι ὀφείλουσαν οὐ τῷ μητροπολίτῃ, ἀλλὰ τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ, κἂν ἐπὶ τρίμηνον ἡ χειροτονία ὑπερτεθῇ κἂν ἐπὶ πλέον. Τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας μητροπολίτας ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλει· οἷον δὲ τοῦτό ἐστιν, οὐκ οἶδα. Νομίζω δὲ τὸ παρὰ τῆς συνόδου ὁρισθησόμενον. Σημείωσαι οὖν πῶς νοεῖται τὸ τῆς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης. Τὸ γὰρ ἐπηρεάζεσθαι τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ὑπὸ πρακτορικῆς ἀδικίας, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἀναβολὴν εὔλογον χειροτονίας ἐπισκόπου τῷ μητροπολίτῃ οὐ δίδωσιν. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. β' τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

ZONAP. Τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας μὴ ἐκ πολὺ ὑπερτίθεσθαι τοὺς μητροπολίτας, οἷς ἡ ἐκείνων ἀνήκει προχείρισις, ὁ παρὸν κανὼν διορίζεται. Διὸ καὶ χρόνον, οὗ ἐντὸς χειροτονεῖσθαι δέον τοὺς ἐπισκόπους, ἔταξεν· ὁ δ' ἔστι τρίμηνον. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ πολὺ χρὴ τοὺς ὑπ' ἐκείνους λαοὺς ἀνεπισκόπητους εἶναι, καὶ ὡς ἔτυχε φέρεσθαι, μὴ ὄντος τοῦ καταρτίζοντος αὐτούς. Εἰ δέ ποτε συμβαίη ἀναγκαίᾳ τινὶ αἰτίᾳ κωλύουσα τὴν διὰ τοῦ τριμήνου προχείρισιν, ἐπιταθήσεται, φησίν, ὁ χρόνος, καὶ ὑπερτεθήσεται ἡ χειροτονία. Ἴσως γὰρ ἑάλω ὑπὸ Βαρβάρων ἡ πόλις ἐκείνη, καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἀπελθεῖν ἐκεῖσέ τινα. Τοὺς δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντας ὑποκεῖσθαι κελεύει ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις. Ἐφ' ὅσον δὲ ἡ χειροτονία τοῦ ἐπισκόπου ὑπερτεθῇ, εἴτε ἐπὶ τρίμηνον, εἴτ' ἐπὶ πλέον ἀνάγκης ἐπικειμένης·

ἡ πρόσοδος φυλάττεσθαι ὀφείλει τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ παρὰ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἐκκλησίας ποιοῦντος τὰς ἀναγκαίας ἐξόδους τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ περιττεύοντα ἕως φυλάττοντος.

A episcopi ordinatio differatur, sive per tres menses, sive urgente aliqua necessitate, per plures, proventus futuro episcopo ab ecclesiæ œconomo reservari debent; ita scilicet, ut quæ opus fuerint in episcopatus necessarios usus erogatis, reliqua deinde, si qua forte supererunt, sarta tecta conservet.

ΑΡΙΣΤ. *Ἔσω μηνῶν τριῶν αἱ τῶν ἐπισκόπων τελοῦνται χειροτονίαι· παρατείνει δὲ τὸν καιρὸν ἀνάγκη τις ἀπαραίτητος· εἰ δὲ μή, ὁ χειροτονῶν τὸ ἐπιτίμιον εἴσεται· ἡ μέντοι πρόσοδος μενέτω τῷ οἰκονόμῳ.*

ARIST. *Intra tres menses episcoporum ordinationes fiant: necessitas autem inevitabilis tempus prorogat. Aliquin autem, qui ordinat pœnæ obnoxius erit. Reditus vero penes œconomum maneat.*

Τινὲς τῶν μητροπολιτῶν, τῶν ἐγχειρισμένων αὐτοῖς ἀμελοῦντες ποιμνίων, καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας ἀναβαλλόμενοι, ὡρίσθησαν ἐντὸς τριῶν μηνῶν μετὰ τελευτὴν τοῦ ἐπισκόπου ἕτερον χειροτονεῖν ἐπίσκοπον· εἰ μὴ διά τινα ἀπαραίτητον ἀνάγκην ἐπιτραθῇ ὁ καιρός. Εἰ δὲ πλέον τῆς τριμήνου ἐπισκόπου χηρεύσει ἡ ἐκκλησία ἄνευ τινὸς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης, ὁ μητροπολίτης ἐπιτιμηθήσεται· ἡ μέντοι πρόσοδος τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας ἐν τῷ μεταξὺ παρὰ τοῦ οἰκονόμου σῶα φυλαχθήσεται.

Metropolitanorum nonnulli greges sibi commissos negligentes, et episcoporum differentes ordinationes, in mandatis habent intra tres menses post unius episcopi mortem alium ordinare episcopum. Nisi forsitan ob inevitabilem aliquam necessitatem prorogetur tempus. Si autem plusquam tres menses episcopo vacaverit ecclesia sine inevitabili necessitate, metropolitanus reprehensioni subjicietur. Reditus autem vacantis ecclesiæ ab œconomo salvi interea custodientur.

ΚΑΝΩΝ ΚΣ'.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς περιηχήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα, ἔδοξεν πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου σκορπίζεσθαι τὰ αὐτῆς πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι· εἰ δὲ μὴ ταῦτα ποιήσοι, ὑποπεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσιν.

CANON XXVI.

Quoniam in nonnullis ecclesiis, ut sæpe a nobis auditum est, episcopi absque œconomis tractant res ecclesiasticas, placuit, omnem ecclesiam episcopum habentem, ex proprio clero œconomum quoque habere, qui ex episcopi sui sententia res ecclesiasticas dispenset; ut nec sine testibus sit ecclesiæ administratio, atque ideo res ejus dissipentur, et probrum ac dedecus sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum divinis etiam canonibus subjici.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε περὶ τοῦ παρόντος κανόνος οἱ τηλίκους τῶν ἐπισκόπων λαϊκοὺς ἐποίουν οἰκονόμους. Τοῦτο οὖν οἱ θεῖοι Πατέρες διορθούμενοι παρακελεύονται διὰ κληρικῶν οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου· ἐφ᾽ ᾧ καταδήλους τε εἶναι τὰς εἰσόδους τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ σκορπίζεσθαι, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ἀδιάβλητον συνηρεῖσθαι· τὸν δὲ μὴ ποιοῦντα οὕτως ἀρχιερέα ὑπηρεῖσθαι τοῖς κανόσι παρακελεύονται. Μὴ γοῦν ἐναντιωθῇς τῷ λη' καὶ τῷ μα' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Κἂν γὰρ ἀναλόγιστον ἐξουσίαν ἔχωσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐφεῖται τούτοις ὡς ἰδιοκτῆ, καὶ δεσποτικῶς αὐτοῖς διαφέρουσι τοῖς ἐκκλησίας χρᾶσθαι πράγμασι· τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὰ περιττεύοντα μετὰ τὰς ἀναγκαίας ἐξόδους τοῖς πτωχοῖς διαδιδόναι ἀναγκάζονται, ὅτι καὶ πτωχικὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα. Εἰ γοῦν οἰκονομοῦνται ταῦτα διὰ κληρικῶν, ἀνέγκλητος ἔσται ὁ ἐπίσκοπος, καὶ οὐδέ τις γογγύσει κατ᾽ αὐτοῦ, ὡς μὴ τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ κληρικοὺς ἢ καὶ ἄλλους πενομένους χειραγωγοῦντος. Εἰ τάχα δὲ τὸ ἐπιτίμιον τῶν παραβαινόντων τὸν παρόντα κανόνα ἐνταῦθα οὐ κεῖται, ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸν ια' κανόνα τῆς ζ' συνόδου, καὶ μάθῃς τί γίνεται εἰς τοὺς μὴ διοικοῦντας ἐπισκόπους διὰ κληρικῶν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς τοὺς ἡγουμένους.

BALS. Ut est verisimile, ante præsentem canonem, complures episcopi laicos faciebant œconomos. Divini ergo 143 Patres, hoc corrigentes, jubent per clericos res ecclesiasticas administrari de sententia episcopi: ut et manifesti sint ecclesiæ reditus, nec dissipentur, et episcopus a probro ac reprehensione alienus conservetur. Antistitem autem, qui non ita facit, canonibus subjici jubent. Ne repugnare autem hunc existimes 38 et 41 can. sanctorum apostolorum. Etsi enim potestatem reddendæ rationi non obnoxiam habeant episcopi, iis tamen non permittitur ut tanquam propriis et jure dominii ad se pertinentibus ecclesiæ rebus utantur: adeo ut, post necessarias impensas, ea quæ superant pauperibus erogare cogantur. Res enim ecclesiasticæ dicuntur bona pauperum. Si ea ergo per clericum administrentur, a reprehensione alienus erit episcopus, neque quisquam adversus eum murmurabit, quod clericos qui ei subsunt, aut et alios egentes forte non sublevet, nec sustentet. Si autem forte pœna eorum, qui præsentem canonem transgrediuntur, hic non sita est, sed lege 11 canonem 7 syn., et intelliges quid fiat in episcopos qui per clericos suarum ecclesiarum bona non administrant, et quid in eos etiam, qui præficiuntur.

ZONAR. Penes episcopos episcopalia bona administrandi jus, et auctoritatem, canones esse voluerunt. Non volunt autem ut ea per seipsos administrent, nemine conscio. Neque vero ex domesticis ipsius episcopi cuiquam, propinquo forte, aut uni e familia, sed homini ex episcopatus clero delecto, œconomi munus ab eodem mandari placet. Quo quidem, ex episcopi tamen sententia, bona procurante, et quos in usus ecclesiastici reditus insumantur facile apparebit, nec erit cur quispiam in ecclesiæ patrimonio dissolutum episcopum fuisse suspicari queat (id enim dissipandi verbo ostenditur) eumque, quasi sacros proventus perdite irrelligioseque effundentem, conviciis contumeliisque proscindat. Qua quidem ex re, cum episcopi fides multitudini suspecta esse consuevit, tum offensiones quoque populi, velut ex odio male gestæ potestatis, excitantur. Huc illa namque magni Pauli spectant: *Videte ne licentia vestra offendiculum fiat infirmis* [33]; Et paulo infra: *Sic in fratres peccantes, et verberantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis* [34]. Qui vero administrandis ecclesiarum bonis delectos ex clero œconomos non præfecerint, canonicis in eos pœnis animadverti jubent. Quæ item de monasteriorum præfectis eodem modo accipienda sunt; quamvis hoc tempore decreti hujus auctoritatem, et plerique præsules, et nonnulli etiam monachorum rectores omnino contemnant.

ARIST. *Œconomus in omnibus ecclesiis de clero constituatur. Episcopus autem qui hoc contemnit, non est extra noxam.*

Quemque episcoporum oportet e clero suo œconomum constituere, ad negotia ecclesiastica secundum ipsius sententiam administranda. Si quis autem episcopus sine œconomo constituto ecclesiastica administrare inveniatur, ut convicium sacerdotio fiat, canonicis pœnis subjicietur.

144 CANON XXVII.

Eos, qui nomine conjugii mulieres rapiunt, vel opem ferunt, vel consentiunt iis qui rapiunt, statuit synodus, si sint quidem clerici, proprio gradu excidere: sin autem laici, anathematizari.

[33] I Cor. VIII, 9. [34] Ibid. 12.

ΖΩΝΑΡ. Την μὲν ἐξουσίαν τῆς διοικήσεως τῶν ἐπισκοπῆς ἑκάστης πραγμάτων οἱ κανόνες τοῖς ἐπισκόποις ἀνατιθέασιν· οὐ βούλονται δὲ καθ' ἑαυτοὺς ταῦτα διοικεῖν, μή τινος ἔχοντος εἰδῆσιν. Οὐδὲ οἰκείους τινὰς, συγγενεῖς τυχὸν ἢ ἰδίους θεράποντας, προϊστᾶν οἰκονόμους, ἀλλ' ἐκ τοῦ κλήρου τῆς ἐπισκοπῆς τὸν οἰκονόμον προσάλλεσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου· ὥστε, ἐκείνου τὰ τῆς Ἐκκλησίας διοικοῦντος κατὰ γνώμην ἐπισκόπου, δῆλον εἶναι ὅτι προχωρεῖν καὶ δαπανᾶσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, καὶ μὴ ὑπόνοιαν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου φύεσθαι ὡς κακῶς ἀναλίσκοντος τὰ τῆς Ἐκκλησίας· σοῦτο γὰρ δηλοῦται διὰ τοῦ σκορπίζεσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι τὸν ἀρχιερέα ὡς ἀθέσμως καὶ οὐκ εὐσεβῶς χρώμενον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, καὶ οὕτως ἀπιστίαν τοῖς ὑπ' αὐτὸν τίκτεσθαι κατ' αὐτοῦ, καὶ σκανδάλων ἀφορμὰς διδόναι αὐτοῖς διὰ τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐξουσίας. Ἁρμόσουσι γὰρ αὐτῷ τὰ τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητὰ λέγοντος· *Βλέπετε μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν·* καὶ μετά τινα· *Οὕτως δὲ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἁμαρτάνοντες καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.* Τοὺς δὲ μὴ διὰ οἰκονόμων ἐκ τοῦ κλήρου ὄντων διοικοῦντας τὰ πράγματα τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιτιμᾶσθαι κανονικῶς. Τὰ αὐτὰ δὲ νοητέον καὶ ἐπὶ τοῖς προεστῶσι μονῶν, εἰ καὶ νῦν οὔτε τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχιερέων οὔτε τισὶν ἡγουμένοις μοναχῶν ταῦτα παραφυλάττονται.

ΑΡΙΣΤ. *Οἰκονόμος ἀνὰ πάσας ἔστω τὰς ἐκκλησίας ἀπὸ τοῦ κλήρου. Ὁ δὲ τούτου καταφρονῶν ἐπίσκοπος οὐκ ἀνέγκλητος.*

Ἀπὸ τοῦ κλήρου δεῖ τοῦ οἰκείου ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων προχειρίζεσθαι οἰκονόμον εἰς τὸ τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα διοικεῖν κατὰ γνώμην αὐτοῦ· εἰ δὲ ὄψα οἰκονόμου κεκληρωμένου τὰ τῆς Ἐκκλησίας εὑρίσκεταί τις ἐπίσκοπος διοικῶν, ὡς λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβων διὰ τὴν ἀδιάγνωστον καὶ ἀμάρτυρον οἰκονομίαν, κανονικῶς ἐπιτιμηθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ΚΖ'.

Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας (34) ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρουμένους (35) τοῖς ἁρπάζουσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰ μὲν κληρικοί εἶεν, ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ, εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι.

Guill. Beveregii notæ.

(34) *Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας.* Hic canon non solum a concilio Wormatiensi can. 77, verum etiam a Cabilohensi laudatur, dicente: *De puellis raptis nondum desponsatis, in concilio Chalcedonensi statutum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sint, decidant proprio gradu: si vero laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes consilii et conniventes tanto anathemate feriuntur, ut juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possint.* Concil. Cabil. apud Gratian. 36, quæst. 2, vide Balsam. respons. ad Marc. Alexandrini interrog. 65. —Joannes Antiochenus in Collect. can. tit. 42, legit κόρας. Sed non solum Bodleianus noster, reliquique Græci codices, verumetiam Latini veteres interpretes γυναῖκας legunt, nam *mulieres* vertunt.

(35) *Συμπράττοντας ἢ συναιρουμένους.* Joannes Antiochenus rectius legit συμπράττοντας ἢ συναιρομένους. Codex Amerbachianus, ἢ συμπραττομένους, ἢ συναιρομένους. Scholiastes enim omnes συναιρομένους; legisse ex ipsorum verbis constat.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καὶ ὁ λβ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου ἀπαραλλάκτως ἔχουσι, διοριζόμενοι τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρομένους τοῖς ἁρπάζουσι, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀναθεματίζεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ τίτλου θ' τοῦ παρόντος συντάγματος κεφάλ. λ' καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ τὸν ξζ' ἀποστολικὸν κανόνα. Ἐκεῖσε γὰρ πλατύτερον ἐδιδάξαμεν πῶς τιμωρεῖται ὁ ἅρπαξ, καὶ πῶς ὁ βίαν πεποιηκώς. Ἴσως δέ τις ἐρεῖ, καὶ πῶς ὁμοίως ὁ ἁρπάζων, καὶ ὁ συμπράττων, καὶ ὁ συναιρόμενος, κολάζονται; Εἰπὲ οὖν ὅτι καὶ τοὺς συμπράττοντας καὶ τοὺς συναιρομένους οὐχ ἧττον τοῦ ἁρπάσαντος μυσάττεται ὁ κανών. Ὁ μὲν γὰρ ἁρπάζων ἔχει τὸν ἄθεσμον ἔρωτα πρόφασιν, οἱ δὲ κακίας μόνης· καὶ ἀδίκου κατηγοροῦνται προθέσεως, καταστρεφούσης τὴν τῆς πόλεως κοσμιότητα. Ἔστι δὲ συμπράττων ὁ πραγματικῶς τὴν ἁρπαγὴν καταρτύων σὺν τῷ ἁρπάζοντι· συναιρόμενος δὲ ὁ διὰ συμβουλῆς ἢ καὶ ἐπικουρίας ἄλλης συντρέχων τῷ πλημμελήσαντι. Ζήτει καὶ λε' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου τιμωροῦσαν τὸν μετὰ ἁρπαγῆς βιασάμενον κόρην οὐ μόνον διὰ πραγμάτων ἀφαιρέσεως, ἀλλὰ καὶ διὰ σωματικῆς ποινῆς· ὡσαύτως καὶ τοὺς συναιρομένους αὐτοῖς· καὶ διαλαμβάνουσαν ἄλλως τιμωρεῖσθαι τοὺς ἐνόπλων ἁρπαγὴν πονηραμένους, καὶ ἄλλως τοὺς μὴ οὕτως ἀτακτήσαντας· τιμωρεῖσθαι δὲ καὶ τὸν πατέρα ἐὰν καταδέξηται τὸ γεγονός.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι σφοδρῶς τοὺς ἁρπαγας γυναικῶν κολάζουσι, καὶ οὐδὲ εἰς γυναῖκα συζεύγνυσθαι τὴν ἁρπαγεῖσαν συγχωροῦσι τῷ ἁρπαγι, κἂν ὁ ταύτης πατὴρ συναινῇ συγχωρῶν τὸ ἔγκλημα· καὶ οἱ κανόνες δὲ κολάζουσι τοὺς τοιούτους. Οὗτος δὲ ὁ κανὼν δριμύτερον τῶν ἄλλων ἐπεξέρχεται τοὺς ἁρπαγὴν πλημμελοῦντας, τοὺς μὲν κληρικοὺς καθαιρῶν, τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀναθεματίζων. Καὶ οὐ μόνον τοὺς ἁρπάζοντας τιμωρεῖται, ἀλλὰ καὶ τοὺς συμπράττοντας ἢ συναιρομένους ὑπὸ τὰς αὐτὰς ποιεῖται κολάσεις, καὶ εἰκότως. Ὁ μὲν γὰρ ἑαυτῷ ἁρπάζων γυναῖκα ἔχει τὸν ἔρωτα πρὸς τὴν ἀθέμιτον πρᾶξιν αὐτὸν βιαζόμενον· ὁ δὲ συμπράττων ἢ συναιρόμενος μᾶλλον ἂν εἴη ἀσύγγνωστος, μηδὲν ἔχων πρὸς τὴν ἐξάγιστον πρᾶξιν συνελαύνον αὐτὸν ἢ τὴν οἰκείαν κακίαν, δι' ἣν μόνην συντρέχει τῷ τὴν ἁρπαγὴν ἁμαρτάνοντι· συμπράττοντας δὲ νοητέον τοὺς συνεργοῦντας ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ· συναιρομένους δὲ τοὺς μὴ ἔργῳ συμβοηθήσοντας, συμβουλὴν δὲ καὶ (36) σπουδὴν εἰσαγαγόντας, καὶ οὕτως ἐπικουρήσαντας καὶ ἀντιλαβομένους τῶν πλημμελούντων.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἁρπάζων γυναῖκα, ἀνεκκλησίαστος· ὁ δὲ λαϊκὸς ἔστω ἀνάθεμα· κατὰ τοῦτο καὶ ὁ συναιρόμενος.*

A BALS. Præsens canon, et 32 canon syn. in Trull. eodem omnino modo se habent, definientes, eos qui mulieres rapiunt, vel rapientibus opem ferunt, vel consentiunt, si sint quidem clerici, deponendos; laicos autem anathematizandos. Lege et tit. 9 præsentis operis, cap. 30 et quæ ibi sunt. Similiter et 67 apostolicum canonem. Illic enim fusius docuimus, quomodo punitur raptor, et quo modo qui vim attulit. Dicet autem fortasse quispiam, et quomodo similiter qui rapit, et qui fert opem, et qui consentit, puniuntur? Dic igitur, quod et eos qui opem ferunt, et qui consentiunt, non minus quam eum qui rapuit, aversatur et odio habet canon. Qui enim rapuit, nefarium amorem prætextum habet. Illi vero, solius improbitatis et B iniqui propositi accusantur, quod quidem civitatis honestatem ac decus evertit. Is autem opem ferre dicitur, qui facto ipso, cum eo qui rapit, raptum struit ac molitur. Consentiens autem, qui per consilium, vel aliud etiam auxilium cum eo, qui peccatum admisit, concurrit. Quære et 55 imp. domini Leonis Philosophi Novellam, punientem eum, qui una cum raptu puellæ vim attulit, non solum per rerum publicationem, sed etiam per pœnam corporalem; similiter et eos qui illi consenserunt: et tractantem, aliter puniri eos qui vi armata rapuerunt, et aliter eos qui non sic se improbe gesserunt; puniri autem etiam et patrem, si factum approbaverit.

ZONAR. Et legum civilium decretis in raptores C mulierum graves admodum pœnæ constitutæ, vetitis etiam, quamvis eas offensione dimissa virginis pater approbet, raptoris cum rapta muliere nuptiis: et canonem quoque sanctionibus, ne impunitum id facinus relinqueretur, provisum. Verum hic canon aliis severius in raptores animadvertit, clericos quidem deponens, in laicos vero anathema denuntians. Nec solum rapinæ auctores, sed eos etiam qui opem ferunt vel consentiunt iisdem pœnis subjicit. Neque id quidem injuria. Qui etenim ex raptu sibi uxorem comparavit, ad facinus illud perpetrandum impellentem se amorem pro excusatione habet, qui vero opem fert aut consentit, cum nihil sit quod ad nequissimam actionem incitare illum poterat, præter propriam pravitatem, per quam solam cum raptore convenit concurritque venia magis indignus est. Ac adjutores quidem intelligimus, qui ad scelus patrandum operam suam raptori commodarunt: consentire vero eos dicimus, quorum manus quidem a scelere abfuit, consilio tamen ac studio delinquentibus suppetias ac opem tulerunt.

ARIST. *Clericus mulierem rapiens ecclesia expellatur: laicus autem, sit anathema; ut et quicunque isti opitulatur.*

Guill. Beveregii notæ.

(36) *Συμβουλὴν δὲ καὶ.* Hæc, usque ad ἐπικουρήσαντας inclusive, in codice Amerbachiano desiderantur. Sed sensus loci sine illis pessime confunditur, vel potius nullus omnino est.

Magnam quidem etiam a legibus habet multam qui mulierem rapit, nec minus a canonibus habet supplicium. Clericus enim, ut loquitur præsens canon, deponitur; laicus autem, et qui ei in raptu mulieris opem ferunt, anathematizantur, usquedum raptam, si desponsata quidem fuerit, suo sponso, si soluta autem parentibus ejus restituerunt, juxta vicesimum secundum Basilii magni canonem.

A Ἔχει μὲν καὶ ἀπὸ τῶν νόμων μεγάλην τὴν κατάδικην ὁ ἁρπαγὴν ποιούμενος γυναικός· οὐκ ἔλαττον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων ἔχει τὸ ἐπιτίμιον. Ὁ μὲν γὰρ κληρικὸς, ὡς ὁ παρὼν διαλαμβάνει κανὼν, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς καὶ οἱ συναιρόμενοι τούτῳ ἐν τῇ τῆς γυναικὸς ἁρπαγῇ ἀναθεματίζονται, μέχρις ἂν τὴν ἁρπαγεῖσαν, εἰ μὲν προμνηστευθεῖσα ἦν, τῷ οἰκείῳ μνηστῆρι ἀποκαταστήσωσιν· εἰ δὲ σχολάζουσα, τοῖς γονεῦσιν αὐτῆς, κατὰ τὸν εἰκοστὸν δεύτερον κανόνα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

145 CANON XXVIII.

Sanctorum Patrum decreta ubique sequentes, et canonem, qui nuper lectus est, centum et quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes, eadem quoque et nos decernimus ac statuimus de

B *privilegiis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuere. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, sanctissimo novæ Romæ throno æqualia privilegia addixerunt, recte judicantes, urbem, quæ et imperio et senatu honorata sit, et æqualibus cum antiquiori regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam, extolli ac magni fieri, secundam post illam existentem. Ut et Pontica, et Asiana, et Thracica diœcesis metropolitani soli, præterea et episcopi prædictarum diœcesium, quæ sunt inter Barbaros, a prædicto throno sanctissimæ Con-*

C *stantinop. Ecclesiæ ordinentur; unoquoque scilicet prædictarum diœcesium metropolitano provinciæ episcopos ordinante, quemadmodum divinis canonibus est traditum: ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum diœcesium metropolitanos a Constantinop. archiepiscopo, conrenientibus de more factis electionibus et ad ipsum relatis.*

CANΩN KΗ'.

Παντοχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων (37) *Πατέρων* ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἄρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων· (38) γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ Πατέρες εἰκότως ἀπεδέδωκαν τὰ πρεσβεῖα. Καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. Καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς (39) ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται· χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων (40) παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

διοικήσεων χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται· χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων (40) παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.

Guill. Beveregii notæ.

(37) *Παντοχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων.* Hic cum duobus sequentibus canonibus nec in Joannis Antiocheni Collectione, nec in Latina Dionysii Exigui versione, nec in Arabica Josephi Ægyptii paraphrasi exstat. Reperitur autem in omnibus Balsamonis, Zonaræ, et Aristeni codicibus; citatur etiam a Photio in Nomocanone, tit. 1, cap. 5 et 6. Latine etiam vertitur a veteri interprete ante Dionysium Exiguum, a quo tamen, non inter præsentis, sed Constantinopolitanæ synodi canones collocatur. In Actis etiam hujus concilii habetur, decima sexta nimirum Actione: ubi tamen Paschasinus et Lucentius, legati episcopi Romani, hoc decretum ipsis absentibus et clanculum editum fuisse conquesti sunt.

(38) *Θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων.* Codex Ætoniensis addit, τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει τῇ νέᾳ Ῥώμῃ. Quæ verba leguntur etiam in Actis concilii, nisi quod pro ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, ibi legatur ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς τὴν μνήμην.

(39) *Ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς.* Vetus interpres legit, *in Barbaris.* Omnia nimirum loca imperio Romano non subjecta barbara olim et barbarica a Romanis ipsis appellata sunt; ut totus orbis Romanus, una voce *Romania* dicta est. Isto sensu usurpatur vox βαρβαρικὸν Syn. Carthag. can. 56; item Barbaria, a S. Augustino, epist. 178, et ἡ Βάρβαρος, a Synesio epist. 101. Et populi ultra limites imperii Romani degentes *Barbari* audierunt omnes. Sic Evagrius dicit omnes Zenonis imperatoris subjectos, tam in Oriente quam in Occidente, gravibus affectos esse incommodis, ἔνθα μὲν τῶν Σκηνιτῶν Βαρβάρων πάντα ληϊζομένων, *quippe Barbari, Scenitæ di ti, loca omnia populati sunt*, Evagr. *Eccles. Hist.* l. III, cap. 2. Alia exempla passim occurrunt.

(40) *Τῶν προειρημένων διοικήσεων.* Codex Ætoniensis addit μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονοῦντος. Quomodo etiam hic locus in Actis concilii legitur ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων. In ms. nostro Bodleiano, post ultima hæc canonis

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ πῶς ἐτιμήθη ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνος εἴπαμεν εἰς τὸν γ' κανόνα τῆς δευτέρας συνόδου· καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον καὶ τὸ α' κεφ. τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν, μετὰ τὸ εἰπεῖν ἔχειν μὲν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τὰ πρεσβεῖα τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, εἶναι δὲ δεύτερον μετ' ἐκεῖνον, προστίθησί τινας μητροπολίτας ὑπὸ τούτου χειροτονεῖσθαι, ὡς καὶ ἑκάστου αὐτῶν ὀφείλοντος πάλιν χειροτονεῖν μετὰ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου τοὺς ὑπὸ τούτων ἐπισκόπους. Τὰς μέντοι ψήφους τῶν μητροπόλεων γίνεσθαι παρὰ μητροπολιτῶν κατὰ τὸ ἔθος, καὶ ἀναφέρεσθαι τὸ γινόμενον παρὰ τούτων τῷ πατριάρχῃ, ὡς ἂν τῇ δοκιμασίᾳ τούτου ἀπὸ τῶν ψηφισθέντων τριῶν ὁ εἷς χειροτονηθῇ. Σημείωσαι οὖν ὅτι πρὸ τοῦ κανόνος τούτου οὐκ ἐχειροτόνουν οἱ πατριάρχαι τοὺς μητροπολίτας, ἀλλ' οἱ ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπίσκοποι· καὶ ὅτι οἱ μητροπολῖται ἔχουσι τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια τὸ ποιεῖν ἐπισκόπους, καὶ ὅτι οὐκ ὀφείλουσιν οἱ πατριάρχαι ἢ οἱ μητροπολῖται παρουσιάζειν εἰς τὰς ψήφους τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶν ἐπισκόπων. Ζήτει καὶ τὸν δ' κανόνα τῆς α' συνόδου, τῆς β' συνόδου κανόνα β', τῆς γ' η', καὶ τῆς ς' λθ'. Γίνωσκε δὲ ὅτι Ποντικοὶ λέγονται μητροπολῖται οἱ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ παρακείμενοι μέχρι τῆς Τραπεζοῦντος, καὶ ἐνδοτέρω· Ἀσιανοὶ, οἱ περὶ τὴν Ἔφεσον (41), Λυκίαν, Παμφυλίαν, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν· οὐχὶ ἀνατολικοὶ, ὡς φασί τινες. Τῆς ἀνατολῆς ὁ Ἀντιοχείας ἔχει χειροτονίαν. Καὶ Θρᾳκικοὶ οἱ δυτικοί· καὶ γάρ τινες τὴν Θρᾴκην μέχρι τῶν ὁρίων Μακεδονίας ἐστενοχώρησαν, καὶ εἶπον τοὺς Μακεδονίας μητροπολίτας Θετταλοὺς, Ἑλλαδικούς τε καὶ Πελοποννησίους, ποτὲ χειροτονεῖσθαι παρὰ τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ παρίστασθαι τοῦτο δῆθεν ἐκ τοῦ μὴ ἐνδεδῆναι τῷ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τούτους χειροτονεῖν· ἀλλὰ σὺ τοῖς λεγομένοις μὴ προσέχῃς. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς Θρᾴκης περιέχονται αἱ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Δυρραχίου μητροπόλεις. Τὸν δὲ πάππαν κακῶς λέγουσί τινες χειροτονεῖν ποτε τὸν Θεσσαλονίκης, καὶ ἑτέρους δυτικοὺς μητροπολίτας. Λεγάτους γὰρ εἶχε τούτους. Ἐπισκοπὰς δὲ εἶπε εἶναι ἐν τοῖς Βαρβάροις τὴν Ἀλανίαν, τὴν Ῥωσίαν καὶ ἑτέρας. Οἱ μὲν γὰρ Ἀλανοὶ τῆς Ποντικῆς εἰσι διοικήσεως, οἱ δὲ Ῥῶσοι τῆς Θρᾳκικῆς. Περὶ δὲ τῶν λεγάτων τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ τίνες οὗτοί εἰσι, καὶ πῶς ἐνεδόθη αὐτῷ ἡμετέρους μητροπολίτας ἔχειν λεγάτους, εἰρήσεται μετὰ τὸ προσφώνημα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

A BALS. Quomodo sit honoratus thronus Constantinopolitanus, in 3 can. syn. secundæ dictum est: et lege eum, et primum cap. tit. 8 præsentis operis. Præsens autem canon postquam dixit, habere quidem thronum Constantinopolis Romanorum Ecclesiæ privilegia, esse autem secundum post illum, adjicit, quosdam metropolitanos ab illo ordinari, ut et unusquisque ipsorum rursus debeat cum sua synodo, eos qui subsunt episcopos ordinare. Metropoleon vero electiones a metropolitanis de more fieri, et quod factum est ab illis ad patriarcham referri, ut ejus examinatione ex tribus electis unus ordinetur. Nota ergo, quod ante hunc canonem patriarchæ non ordinabant metropolitanos, sed uniuscujusque provinciæ episcopi: et quod metropolitani antistitum jure habent ad faciendos episcopos, et quod non debent patriarchæ seu metropolitani in metropolitanorum aut episcoporum electionibus interesse. Quære 4 can. primæ syn., secundæ syn. can. 2, tertiæ 8 et sextæ 39. Scias autem, quod metropolitani dicuntur Pontici, qui prope Euxinum Pontum habitant Trapezuntem usque, et interius; Asiani, qui sunt circa Ephesum, Lyciam et Pamphyliam et partes circumjacentes; non Orientales, ut dicunt quidam. Antiochia enim habet Orientis ordinationem. Et Thracici, Occidentales. Etsi enim nonnulli Thraciam ad Macedoniæ usque terminos in angustum redegerunt, dixerunt Macedoniæ metropolitanos, Thessalos, Helladicos et Peloponnesios a papa Romano aliquando fuisse ordinatos, et hoc utique ex eo probari, quod non concessum sit Constantinopolitano patriarchæ eos ordinare: sed tu his fidem ne adhibueris. Thraciæ enim nomine comprehenduntur metropoles usque ad ipsum Dyrrachium. Quidam autem male dicunt, papam aliquando ordinasse Thessalonicensem, et alios Occidentales metropolitanos. Hos enim habuit legatos. Episcopatus autem dic esse inter Barbaros, Alaniam, Russiam et alios. Alani enim sunt Ponticæ diœcesis: Russi vero Thraciæ. De legatis autem papæ Romani et quinam hi sunt, et quomodo illi concessum est, ut nostros metropolitanos legatos haberet, dicetur post allocutionem synodi quæ fuit in Trullo.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

Ὁ μὲν παρὼν κανὼν διορίζεται ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα

148 *Altera expositio.*

Ac præsens quidem canon statuit Constantinopolitanum archiepiscopum habere privilegia Papæ

Guill. Beveregii notæ.

verba hæc adduntur, Ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐνεδόθη τῷ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονεῖν τοὺς μητροπολίτας καὶ τοὺς ἀρχιεπισκόπους τῶν ἐν τούτῳ δηλουμένων ἐπαρχιῶν· πρὸ τούτου γὰρ αὐτοκέφαλοι ἦσαν. *A præsenti canone episcopo Constantinopolitano conceditur ordinare metropolitas et archiepiscopos provinciarum, quæ in eo commemorantur. Antea enim sui juris erant.* Hæc neque ad ipsum canonem nec scholium quodlibet pertinentia, hic potius, quam in ipso libro apponere visum est.

(41) Ἀσιανοὶ οἱ περὶ τὴν Ἔφεσον. Pro his, usque ad ἔχει χειροτονίαν, in prioribus Balsamonis editionibus hæc sola lecta sunt, Ἀσιανοὶ οἱ μέχρι τῶν Ταυρείων διήκοντες, quibus codices Ætoniensis et Amerbachianus consentiunt; nisi quod in iis legatur, μέχρι τῶν Ταυρείων ὀρῶν διήκοντες.

Romæ, et eum quemadmodum et ille, in omnibus rebus ecclesiasticis honorari ac magni fieri, convenienter 3 canoni secundæ syn. Nonnulli autem, videntes eum nolle papæ Romani privilegio se jactare et extollere (neque enim imp. loro ei caput tegitur, nec cum imp. sceptris, signis, et vexillis progreditur, nec imperial. præ se fert auctoritatem, nec revera induitur et equitat secundum id quod imperiali decreto continetur a sancto Magno Constantino ad papam Romanum sanctum Silvestrum et successores ejus facto) dicunt ea quæ his canonibus continentur exolevisse et in usu non esse, id etiam quod dicunt ex hoc confirmantes, quod in imperialibus longo post tempore scriptis et repurgatis non sitæ sint leges, quæ definiant Constantinopolitanum archiepiscopum habere Romani papæ privilegia, quemadmodum et nos ea declaravimus in primo cap. tit. 8 præsentis operis. Ego vero, cum Constantinopolitanus civis sim integerrimus, et sanctissimi Constantinopolitani throni factus Dei gratia pars opportunissima, volo et opto, ut archiepiscopus Constantinopolitanus, citra ullum tamen offendiculum, habeat omnia privilegia, quæ a divinis canonibus sunt illi honorifice concessa.

ZONAR. Constantinopolitanæ urbis thronum antiquæ Romæ throno nullo pacto dignitate cedere, sed æqualibus illi prærogativis honestatum fuisse, non sunt qui evincere contendant. Verum hæc controversia secundæ synodi tertio canone satis jam explicata est, hallucinarique in ea re ejusmodi homines demonstratum; quem locum quicunque animadverterit, regiam hanc urbem secundam honoris ac dignitatis ordine constituendam esse facile intelliget. Nam æqualibus frui privilegiis ob imperium et senatum dicitur: quamvis illud, mutato rerum statu, in tyrannidem degeneravit; hic vero, splendore pristino amisso, defecit. Ut sanctorum illorum Patrum ea mens fuerit, quoniam urbs imperio ac senatu, sicut olim Roma, ornata fuit, eam ecclesiasticis quoque prærogativis iisdem omnibus, quibus illa, honestari oportere, ac primum quidem inter alias omnes ecclesias, ab illa vero secundum dignitatis locum obtinere. Omnibus namque modis æqualem, propter allatas eo loco rationes, intelligere non possumus, nisi forte dixerit quispiam quoniam divini illi Patres Spiritu sancto illuminati præviderunt, Romanam Ecclesiam propter errores suos ab orthodoxorum cœtu segregandam, atque omni fidelium consortio eliminandam fore, primas huic detulerunt; atque ita iisdem eam prærogativis in omnibus decoraruni, quæ ut illa aliquando, principatum olim obtinebit. Nam præpositionem *post*, juxta eos de post in tempore constitutæ reginæ urbium, intelligi non permittit canon 36 synodi Trullanæ, secundum Constantinopolis thronum post veteris Romæ thronum constituens et subjungens, Post hunc Alexandrinus numeretur thronus, deinde

τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ κατ' ἐκεῖνον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι μεγαλύνεσθαι ἀκολούθως τῷ τρίτῳ κανόνι τῆς β' συνόδου. Τινὲς δὲ, βλέποντες τοῦτον διὰ μηδενὸς τῶν προνομίων τοῦ πάπα Ῥώμης ἀποσεμνυνόμενον (οὔτε γὰρ ὑπὸ βασιλικοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καταλύπτεται, οὔτε μετὰ βασιλικοῦ σκήπτρου καὶ σήγνων καὶ βάντων προοδεύει, οὔτε ἀξιώματα προβάλλεται βασιλικὰ, οὔτε ἀληθινὰ ἐνδιδύσκεται, καὶ καβαλικεύει κατὰ τὴν περίληψιν τοῦ γεγονότος βασιλικοῦ θεσπίσματος παρὰ τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης ἅγιον Σιλβέστρον καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν), λέγουσι ἀπρακτῆσαι τὰ τῶν κανόνων, κατασκευάζοντες τὸν οἰκεῖον λόγον καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ καταστρωθῆναι εἰς τὰ βασιλικὰ, τὰ μεταγενεστέρως καταπολὺ συγγραφέντα καὶ ἀναθαρθέντα, τοὺς νόμους τοὺς διοριζομένους ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως τὰ προνόμια τοῦ πάπα Ῥώμης, καθὼς καὶ ἡμεῖς παρεδηλώσαμεν τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ α' κεφ. τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τῷ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονὼς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ καιριώτατον, θέλω τε εὔχομαι ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀσκανδαλίστως πάντα τὰ παρὰ τῶν θείων κανόνων φιλοτιμηθέντα αὐτῷ προνόμια.

ΖΩΝΑΡ. Διάζονταί τινες κατασκευάζειν μὴ ἴσχειν τοῦσθαι τῇ τιμῇ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἀλλὰ τῶν ἴσων πρεσβείων ἐκείνῃ καταπολαύειν. Ἤδη μὲν οὖν ἐν τῷ γ' κανόνι τῆς δευτέρας συνόδου εἴρηται περὶ τούτου, καὶ ἀποδέδειχται μὴ εὐστόχως ἐκείνους λέγειν· καὶ ζητητέον τὰ ἐκεῖ εἰρημένα ἀρκοῦντα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ δευτέραν ταύτην βασιλίδα πόλιν κατὰ τάξιν τῆς τιμῆς κρίνεσθαι. Τὸ γὰρ τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων διὰ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν σύγκλητον εἴρηται· εἰ καὶ ἡ μὲν εἰς τυραννίδα μετήμειπται, ἡ δὲ συγκέκλειστα καὶ ἐκλέλοιπε. Τοῦτο λεγόντων τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκείνων, ὅτι ἐπὶ βασιλείᾳ ἐτιμήθη ἡ πόλις αὕτη καὶ συγκλήτῳ ὡς πάλαι Ῥώμη, δεῖ αὐτὴν καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς προνομίοις, ὡς ἐκείνην τιμᾶσθαι, πᾶσι τῶν ἄλλων προτιμωμένην ἐκκλησιῶν, δευτέραν δὲ μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. Τῶν ἴσων γὰρ ἐν ἅπασιν ἀξιοῦσθαι ταύτην ἀμήχανον, δι' ἃς αἰτίας ἐκεῖσε εἰρήκαμεν, εἰ μή πού τις εἴποι τοὺς προορῶντας ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκείνοι, ὡς ἀποτμηθήσεται τῆς τῶν ὀρθοδόξων ὁλοκληρίας, καὶ ἐξοστρακισθήσεται τῆς ὁμηγύρεως πιστῶν διὰ δόγματα ἀτρόδοξα ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία, πρώτην ταύτην ἐλογίσαντο· καὶ οὕτως τῶν αὐτῶν ἐκείνῃ δικαίων ἐν πᾶσιν ἠξίωσαν πρωτεύειν μέλλουσαν, ὡς ἐκείνη ποτέ. Τὴν γὰρ μετὰ πρόθεσιν οὐ συγχωρεῖ κατ' ἐκείνους νοεῖσθαι ἐπὶ τῷ μετὰ χρόνῳ τῆς συστάσεως τῆς βασιλίδος τῶν ἄλλων ὁ λς' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, δεύτερον τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως τάττων μετὰ τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐπάγων, Μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα

ὁ τῆς Ἀντιοχείας, καὶ μετὰ τοῦτον, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων θρόνων ἡ μετὰ πρόθεσις ὑποβιβασμὸν δηλοῖ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐτέθη. Καὶ οὕτω νοεῖσθαι χρεών. Καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις δὲ ἀοίδιμος Νικηφόρος ὁ θεῖος ἐν τῷ ιβ' τῶν παρ' αὐτοῦ συγγραφέντων κεφαλαίων κατὰ τῶν εἰκονομάχων ταῦτά φησιν· Ὅτι δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐκπεπρίμμενοί εἰσι, σαφῶς μαρτυροῦσι καὶ τὰ πεμφθέντα γράμματα διὰ τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τουτέστι τοῦ πρώτου καὶ ἀποστολικοῦ θρόνου. Ταῦτα περὶ τῆς τάξεως καὶ τιμῆς διαταξαμένη ἡ ἱερὰ σύνοδος τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοπόλεως ταύτης διαλέγεται καὶ περὶ τῶν ὑποκεῖσθαι μελλουσῶν αὐτῇ διοικήσεων, καὶ ταύτας εἶναί φησι τὴν Ποντικὴν, τὴν Ἀσιανὴν, καὶ τὴν Θρᾳκικήν· ὧν δὴ διοικήσεων καὶ τὰς χειροτονίας τῶν μητροπολιτῶν μόνων ἀνατίθησι τῷ Κωνσταντινουπόλεως. Εἴρηται δὲ τὸ μόνων, ἵνα μὴ καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας ἀφαιρῆσηταί τις τῶν Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπων. Ἐκεῖναι γὰρ ἑκάστῳ τῶν μητροπολιτῶν, οἷς ἀνέκαθεν ἀνῆκον, εἰάθησαν. Διὸ καὶ ἐπιφέρεται κανὼν τὸ δηλοῦν ἑκάστου μητροπολίτου χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους μετὰ τῶν ἐπισκόπων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας. Ἀνατίθησι δὲ τῷ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τὴν χειροτονίαν τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι, τοῖς οὖσιν ἐν ταῖς ῥηθείσαις διοικήσεσιν, οἷοί εἰσιν οἱ Ἀλανοὶ καὶ οἱ Ῥῶσοι· οἱ μὲν γὰρ τῇ Ποντικῇ διοικήσει, οἱ δὲ Ῥῶσοι τῇ Θρᾳκικῇ συμπαράκεινται. Ἵνα δὲ μὴ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως νομισθῶσιν οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκεῖνο τὸ πᾶν τῆς χειροτονίας ἀνατιθέναι, ὥστε μηδὲν ἐκείνον ἐπὶ ταῖς χειροταγίαις κατ' ἐξουσίαν ἃ βούλεται, πραξέθαι χειροτονεῖσθαι παρ' αὐτοῦ τοὺς μητροπολίτας συμφώνων ψηφισμάτων γενομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες, ὅτι Οὐχ οὗ; βούλεται ὁ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονήσει μητροπολίτας, ἀλλ' ἡ ὑπ' αὐτὸν σύνοδος τὰς ψήφους ποιήσεται· καὶ ἐφ' οὓς ἂν οἱ ψηφιζόμενοι συμφωνήσουσιν, ἐξ ἐκείνων χειροτονήσει ἀναφερομένων τῶν ψηφισμάτων πρὸς αὐτόν. Τοσὶ μὲν οὖν τὸ μόνων οὕτω γενόηται, καθὼς εἴρηται· ἄλλοι δὲ εἰς διαστολὴν φασι τεθῆναι τῶν λοιπῶν διοικήσεων, διαστελλόντων τῶν πατέρων τὰς ἄλλας διοικήσεις, καὶ τὰς εἰρημένας μόνας ἀνατιθεμένων τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Αἱ γὰρ λοιπαὶ διοικήσεις, ἡ τῆς Μακεδονίας δηλαδὴ καὶ Θετταλίας, Ἑλλάδος τε καὶ τῆς Πελοποννήσου, καὶ τῆς λεγομένης Ἠπείρου καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῇ Ῥώμῃ τῆς παλαιᾶς ἐπισκόπῳ τότε ἀνέκειντο.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ τῆς νέας ἐπίσκοπος Ῥώμης τῷ τῆς παλαιᾶς ἐμσίμιος διὰ τὴν τῶν σκήπτρων μετάθεσιν· ὅθεν οἱ Πόντου, καὶ Ἀσίας καὶ τῆς Θρᾴκης καὶ οἱ βάρβαροι, τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κεχειροτόνηνται.*

Ἰσότιμος ὁ Κωνσταντινουπόλεως τῷ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπῳ, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύσει πρεσβείων,

A Antiochenus, et post eum Hierosolymitanus. Sicut igitur, ubi de aliis sedibus sermo est, inferiorem dignitatis gradum præpositio illa, post, significet, ita etiam, cum de Constantinopolitana sede agitur, eodem modo accipiendam esse facile constat. Et vero clarissimus patriarcha Nicephorus divinus in duodecimo scriptorum suorum contra Iconomachos capite hæc habet: Esse vero istos (Iconomachos scilicet) ab Ecclesia catholica prorsus exclusos atque ejectos, vel ipsæ litteræ quæ a beatissimo antistite veteris Romæ, hoc est a prima et apostolica sede missæ sunt satis superque testantur. Iis igitur de throni magnæ hujusce civitatis ordine et honore a sacra synodo constitutis, de diœcesibus etiam illi olim subjiciendis disserit, B quas dicit esse Ponticam, Asianam 147 et Thraciam: quarum quidem diœcesium metropolitanos solos a patriarcha Constantinopolitano ordinari jubet. Sed *solos* inquit, metropolitanos, ne episcopos quoque creandi jus Constantinopolitanus sibi quandoque antistes assumeret. Illud enim unicuique metropolitano, quos penes olim quoque fuerat, est relictum. Idcirco subjungit canon, hoc viz. unoquoque metropolitano provinciæ suæ episcopos, adhibitis aliis ejusdem provinciæ episcopis, ordinante. Episcoporum vero illorum, qui apud barbaras nationes in dictis diœcesibus degunt, quales Alani sunt et Rossi, illi quidem Ponticæ diœcesi, hi vero Thracicæ adjuncti, Constantinopolitano etiam præsuli ordinationem demandat. Verum ne C a divinis Patribus, quæ ad creationem metropolitanorum pertinent, universa Constantinopolitani auctoritati concessa esse putarentur, ut ipsi quæcunque collibitum esset, pro potestate facere liceret; idcirco, ab illo quidem, sed consentientibus tamen aliorum suffragiis, atque ad eum delatis, metropolitanos creandos esse decernunt. Quibus nimirum verbis id aperte indicare voluerunt, non fas esse Constantinopolitano præsuli metropolitanos, arbitratu suo quos voluerit, constituere, sed quos, suffragiis inspectis, concordibus votis per subjectam synodum designatos esse cognoverit, ex eo numero aliquem ab ipso scilicet esse deligendum existimavere. Ac verbum quidem (solum) hoc pacto nonnulli intelligendum existimavere. Alii, ut D enumeratas diœceses a reliquis segregarent, easque tantum Constantinopolitanæ ditioni adjudicatas esse declararent, id verbum a Patribus adhibitum fuisse arbitrantur. Nam aliæ diœceses, Macedoniæ scilicet ac Thessaliæ, totiusque Græciæ et Peloponesi, et ejus quæ Epirus dicitur, ac Illyrici veteris Romæ episcopo tunc temporis ascriptæ fuerunt.

ARIST. *Novæ Romæ episcopus eadem atque veteris honore fruitur, propter imperii translationem. Quapropter Ponti, Asiæ, Thraciæque episcopi ut et Barbari a Constantinopolitano ordinantur.*

Episcopus Constantinopolitanus æqualem habet Romano honorem, et æqualibus fruetur privilegiis,

quia ipsa imperio et senatu honoratur. Subjecti autem ipsi erant soli Ponti, et Asiæ, et Thraciæ metropolitani, et ab ipso ordinati. Similiter et qui in istiusmodi sunt diœcesibus Barbarorum episcopi. Nam Macedoniæ, et Illyriorum, et Thessaliæ, et Atticæ, et Peloponnesi, et Epiri universæ, et illius gentium diœcesis sub Romano tunc temporis erat.

διὰ τὸ βασιλείᾳ τε καὶ συγκλήτῳ ταύτην τιμηθῆναι· ὑποκείσονται δὲ αὐτῷ μόνοι οἱ τοῦ Πόντου, καὶ Ἀσίας, καὶ τῆς Θράκης μητροπολῖται, καὶ χειροτονηθήσονται ὑπ' αὐτοῦ. Ὡσαύτως καὶ οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διοικήσεσι τῶν Βαρβάρων ἐπίσκοποι. Ἡ γὰρ τῆς Μακεδονίας, καὶ Ἰλλυριῶν, καὶ Θετταλίας, καὶ Ἀττικῆς, καὶ Πελοποννήσου, καὶ πάσης Ἠπείρου, καὶ τῶν ταύτῃ ἐθνῶν διοίκησις ὑπὸ τὸν Ῥώμης τῷ τότε ἦτιλει.

CANON XXIX.

Episcopum in presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem justa causa illos ob episcopali actione removet, nec presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque ullo crimine dignitate moti sunt, ad episcopalem dignitatem redibunt. Anatolius religiosissimus Constantinopolitanus archiepiscopus dixit: Ii qui dicuntur ab episcopali dignitate ad presbyteri ordinem descendisse, si justis quidem aliquibus de causis condemnantur, jure nec presbyteri quidem honore digni sunt: sin autem sine aliqua probabili causa ad inferiorem gradum depressi sint, jure, si quidem nulli crimini obnoxii deprehendantur, episcopatus auctoritatem et sacerdotium recipient.

ΚΑΝΩΝ ΚΘ'.

Ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν (42) φέρειν ἱεροσυλία ἐστίν. Εἰ δὲ αἰτία τις δικαία ἐκβάλοι αὐτοὺς ἀπὸ τῆς πράξεως τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινεῖ, οὐδὲ πρεσβυτέρου τόπον κατέχειν ὀφείλουσιν. Εἰ δὲ ἐκτός τινος ἐγκλήματος ἀπεκινήθησαν τοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίαν ἐπαναστρέψουσιν. Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος (43) ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· « Οὗτοι οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας εἰς τὴν πρεσβυτέρου τάξιν κατεληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπό τινων αἰτιῶν κατεδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσιν εἶναι τιμῆς· εἰ δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὸν ἡτινα κατεβιάσθησαν βαθμὸν, δίκαιοι τυγχάνουσιν, εἴ γε ἀνένδυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπαναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην.

BALS. Scriptum est in fine Actorum 4 synodi relatum fuisse a Photio metropolis Tyri episcopo ad regem Marcianum, quod episcopus Beritensis civitatis arrepta occasione, aliversos episcopatus ab Ecclesia Tyriorum avulsit, Byblum, Botrin, Tripolin, Orthosiadem, 148 Arcadem et Antaradum, et eos qui ab ipso Photio ordinati fuerant, depositos episcopos, in presbyteri locum deduxit. Hoc cum observassent, qui secundum imperiale decretum Chalcedone convenerant Patres, cum civilibus magistratibus statuerunt æquum esse, Tyriorum Ecclesiæ restitui ablatos, ut dictum est, episcopatus, et habere depositos episcopos priores honores. Et Romæ quidem Ecclesiæ loci conservatores pronuntiarunt. Episcopum in presbyteri locum deducere est sacrilegium, et cæt. Anatolius autem et magistratus et reliqua synodus secuti sunt. Lege primum et 2 can. syn. Ancyr.

ΒΑΛΣ. Γέγραπται περὶ τὰ τέλη τῶν Πραξεων τῆς δ' συνόδου ἀνενεχθῆναι παρὰ Φωτίου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως Τύρου τῷ βασιλεῖ Μαρκιανῷ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτῶν πόλεως, καιροῦ ἁρπάσας, ἀπέσπασεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τῶν Τυρίων διαφόρους ἐπισκοπὰς, Βύβλον, Βότρυν, Τριπόλιν, Ὀρθωσιάδα, Ἀρκὰς καὶ Ἀντάραδον, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Φωτίου χειροτονηθέντας ἐπισκόπους καθελών, εἰς πρεσβυτέρου τόπον κατήγαγεν. Τοῦτο γοῦν τηρήσαντες κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν οἱ ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντες Πατέρες, μετὰ καὶ πολιτῶν ἀρχόντων ὥρισαν δίκαιον εἶναι ἀποκαταστῆναι τῇ τῶν Τυρίων ἐκκλησίᾳ τὰς ἀφαιρεθείσας, ὡς εἴρηται, ἐπισκοπὰς, καὶ ἔχειν τοὺς καθαιρεθέντας ἐπισκόπους τὴν προτέραν τιμήν. Οἱ μὲν τοποτηρηταὶ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης ἀπέφηναν τὸ, ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν ἱεροσυλία ἐστὶ, καὶ τὰ

Guill. Beveregii notæ.

(42) *Ἐπίσκοποι εἰς πρεσβυτέρου βαθμόν.* Hic, cum sequente canone, nec ab ipso Photio agnoscitur, qui in præfatione ad Nomocanonem hanc synodum solos 28 canones edidisse statuit, Συνόδου τὴν ἐν Χαλκηδόνι τῶν ρλ' ἁγίων Πατέρων κανόνες κη'. Sed in omnibus Balsamonis, Zonaræ, et Aristeni codicibus exstat. Verumenimvero nihil aliud est, quam decretum hujus concilii, quo causa inter Photium episcopum Tyri et Eustathium episcopum Beryti agitata finita est. Nimirum Eustathius sex civitates ad Photium pertinentes sibi arripuerat, et episcopos earum, a Photio ordinatos, amoverat, et in presbyterorum ordinem detruserat. De qua re judices in synodo certiores facti, eam synodo determinandam committebant, ad quam solam pertinebat, τὰ περὶ τούτου τελείως ψηφίζεσθαι καὶ τυποῦν τῆς ἁγίας συνόδου. Quæ cum judices dixissent, Paschasianus, Lucentius et Bonifacius vicarii Sedis Romanæ, primam hujus canonis partem pronuntiabant, et Anatolius Constantinopolitanus addidit, quæ in ipso canone dixisse traditur: quibus tota synodus protinus consensit, acclamans, Δικαία ἡ κρίσις τῶν Πατέρων. Hæc fusius explicata vide ad finem quartæ Actionis hujus synodi, ubi etiam ipsum hoc decretum exstat. Act. syn. Chalced. pag. 247, edit. Col. an. 1618.

(43) *Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος.* Hæc verba usque ad οὗτοι inclusive, in ms. Amerbachiano desiderantur: sed in ipsis Actis ante citatis leguntur.

ἀξῆς. Ἀνατόλιος δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ λοιπὴ σύνοδος ἠκολούθησαν. Ἀνάγνωθι τὸν α' καὶ β' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα θ', συνόδου ς' κανόνα γ', κς', καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα κζ' καὶ σ'. Ὑπέξελέ μοι τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμήσαντας. Οὗτοι γὰρ, μετὰ τὸ παυσθῆναι τῆς λειτουργίας, ἐνεργοῦσί τινα. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν οὐ' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, καταστρωθεῖσαν εἰς τὸν ς' κανόνα τῆς ς' συνόδου· καὶ τὸ τέλος τῶν γεγονυιῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῷ ἀποκρίσεις κατὰ τὴν ἐφημερίαν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Νικολάου.

A Neocæsar. syn. canon. 9, syn. 6 can. 3, 26, et sancti Basilii can. 27 et 70. Excipe mihi eos qui post ordinationem uxores duxerunt. Ii enim postquam a ministerio cessaverunt, quædam agunt. Lege 79 Novellam imp. domini Leonis Philosophi, sitam in 6 can. 6 syn. et finem interrogationum lectarum ad sanctam Constantinopolitanam synodum, et responsiones ad illas tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Nicolai.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους οὐ δεῖ κατάγεσθαι εἰς πρεσβυτέρου βαθμόν. Ἡ γὰρ διά τινα αἰτιάματα τῆς ἀρχιερωσύνης ἐκβάλλεταί τις, καὶ οὐδὲ ἱερεὺς ὁ τοιοῦτος δύναται εἶναι· ἢ χωρὶς αἰτίας εἴργεται τοῦ εἶναι ἐπίσκοπος, καὶ οὐ κατενεχθήσεται εἰς πρεσβυτέρου τάξιν, ἀλλ' ὡς μάτην ἐκπεσὼν τῆς οἰκείας ἀξίας; καὶ ἐξ οὐδεμιᾶς δικαίας; αἰτίας, ἐπαναλήψεται τὸν οἰκεῖον τόπον, καὶ ἔσται αὖθις ἐπίσκοπος. Τὸ γὰρ ἐξ ἐπισκοπῆς εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταχθῆναι ἱεροσυλίαν ὁ κανὼν ὠνόμασε. Συλᾷ γε τὴν ἱερωσύνην ὁ ταύτης οὐκ ἐνδίκως στερούμενος, καὶ ὁ ἀδίκως στερῶν αὐτῆς τὸν ἔχοντα ταύτην οὐχ ἱερόν τι συλᾷ, ἀλλὰ καὶ τι πλέον καὶ μεῖζον. Διὰ γὰρ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἀρχιερέως οἱ ναοὶ καθιεροῦνται τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγιάζονται, καὶ μεῖζον πάντως τὸ ἁγιάζον τοῦ ἁγιαζομένου.

ZONAR. Neminem ex episcopali fastigio ad presbyteri gradum demitti licet. Vel enim a summo B sacerdotio ob crimina quædam ejicitur, et omni sacerdotii quoque inferioris functione talis indignus existimabitur: vel sine causa episcopi dignitate privatur, proindeque non in presbyteri ordinem referri, sed ei dignitatem præter meritum ereptam reddi, ac in eum, unde per injuriam dejectus fuit, honoris locum restitui decet. Ex episcopatu enim in presbyteri gradum dejici quemquam, sacrilegium nominat canon. Exuitur quippe ille per injuriam summi sacerdotii dignitate, quam qui eripit; non modo rem sacram, sed aliquid etiam re sacra majus atque præstantius rapit. Summi siquidem sacerdotis obtestatione ac precibus templa illapsu sancti Spiritus consecrantur, suamque sacræ res aliæ sanctitatem accipiunt; majorem autem esse, C qui res sanctas efficit, ipsis rebus sanctificatis omnino necesse est.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ καταβιβάζων ἐπίσκοπον εἰς πρεσβύτερον, ἱερόσυλος· ὁ γὰρ ὑπαίτιος καὶ ἀνάξιος· ὁ δὲ καταβιβασθεὶς ἀναίτιος, ἔστω ἐπίσκοπος.*

ARIST. *Qui episcopum ad presbyteri gradum detrudit sacrilegus est. Qui enim crimini obnoxius, etiam sacerdotio indignus est. Qui vero insons dejectus est, sit episcopus.*

Ἱεροσυλία ἐστὶν ἀντίκρυς τὸ τὸν ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου κατάγειν βαθμόν. Ἡ γὰρ ὑπαιτιός ἐστι, καὶ καθαιρεῖται τῆς ἱερωσύνης· ἢ ἐκτός τινος ἐγκλήματος, καὶ οὐκ ὀφείλει μετακινεῖσθαι τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιώματος.

Episcopum ad presbyteri gradum deducere, palam est sacrilegium. Vel enim crimini obnoxius est, et sacerdotio deponitur, vel extra culpam est, et episcopatus dignitate non debet amoveri.

ΚΑΝΩΝ Α'.

CANON XXX.

Ἐπειδὴ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου, οὐχ ὡς μαχόμενοι τῇ καθολικῇ πίστει, ὑπογράψαι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος ἐπὶ τοῦ παρέντος ἀντέβαλλοντο, ἀλλὰ φάσκοντες ἔθος εἶναι ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει παρὰ γνώμην καὶ διατύπωσιν τοῦ ἀρχιεπισκόπου μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀξιοῦσιν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς ἄχρι τῆς χειροτονίας τοῦ ἐσομένου τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου· εὔλογον ἡμῖν ἐφάνη καὶ φιλάνθρωπον, ὥστε αὐτοῖς μένουσιν ἐπὶ τοῦ ὁμοίου σχήματος ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ἐνδοσιν παρασχεθῆναι, ἄχρις ἂν χειροτονηθῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. Ὅθεν μένοντες ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος ἢ ἐγγύας παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατὸν, ἢ ἐξωμοσίας καταπιστευθήσονται.

Quoniam religiosissimi Ægypti episcopi, non ut catholicæ fidei adversantes, sanctissimi archiepiscopi Leonis epistolæ subscribere differebant, sed dicentes in Ægyptiaca diœcesi hanc esse consuetudinem, ut præter voluntatem et mandatum episcopi nihil tale faciant, et petunt concedi sibi usque ad ordinationem futuri magnæ civitatis Alexandrinorum episcopi: justum nobis et humanum visum est, ut ipsis in eodem habitu in imperiali urbe manentibus remissio concedatur, donec ordinatus fuerit magnæ Alexandrinorum civitatis archiepiscopus. Unde in proprio habitu manentes, vel fidejussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum jurejurando fides habebitur.

BALS. Scriptum est in quarta actione Actorum A synodi, quod post Dioscori Alexandriæ episcopi depositionem, 13 Ægyptii episcopi ex Alexandrina diœcesi **149** præsentes Eutychen et ejus dogmata anathematizarunt: subscribere autem consequenter epistolæ sancti Leonis papæ Romani, quam misit ad Flavianum patriarcham Constantinopolitanum, ut iis quæ in ea erant assentientes, non persuadebantur: dicentes esse insitatum in sua Ægyptiaca diœcesi præter Alexandrini archiepiscopi sententiam tale quid facere, et petentes id sibi concedi donec Alexandrinus archiepiscopus factus sit. Quoniam ergo quidam eos sic dicentes non admittebant, definiit synodus eos nihil mali pati oportere, sed in proprio statu manere, et Alexandrini archi- B episcopi ordinationem exspectare. Interea autem vel dare fidejussores de sistendo, vel si fidejussores dare non possunt, eorum jurejurando fidem haberi (Græce est ἐξωμοσία). Est autem ἐξωμοσία, dum in caput imperatoris vel in propriam salutem jurat quispiam. Dicitur autem ἐξωμοσία, quod non reducitur hoc jusjurandum secundum jurisperitos ad quinque jurisjurandi species lege statutas, sed est extra eas. Lege 8 them. 20 cap. 6 tit. VII lib. Basilic. et quæ extra scripta sunt. Nota autem ex hoc præsenti canone quomodo exponitur 20 canon apostolicus, dicens: Clericus fidejubens deponatur: et lege ejus interpretationem.

ΒΑΛΣ. Γέγραπται ἐν τῇ τετάρτῃ πράξει τῶν Πραχτικῶν τῆς ἁ συνόδου ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν Διοσκόρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τρισκαίδεκα ἐπίσκοποι Αἰγύπτιοι παρουσιάζοντες ἀπὸ τῆς διοικήσεως Ἀλεξανδρείας τὸν μὲν Εὐτυχία καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ ἀνεθεμάτισαν· ὑπογράψαι δὲ ἀκολούθως καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Λέοντος πάππα Ῥώμης, ἣν ἀπέστειλε τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανῷ, ὡς στοιχοῦντες τοῖς ἐν αὐτῇ, οὐκ ἐπείθοντο, λέγοντες ἀσύνηθες εἶναι τῇ κατ' αὐτοὺς Αἰγυπτιακῇ διοικήσει παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοιοῦτόν τι ποιεῖν, καὶ παρακαλοῦντες ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μέχρις ἂν Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπίσκοπος γένηται. Ὅτι οὖν τινες οὐ παρεδέχοντο τούτους ταῦτα λέγοντας, ὥρισεν ἡ σύνοδος μηδέν τι αὐτοὺς παθεῖν κακὸν, ἀλλὰ μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐπιτιμίας, καὶ ἀναμένειν τὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας χειροτονίαν. Ἐν τῷ μέσῳ δὲ ἢ ἐγγυητὰς δοῦναι παραστάσεως, ἢ ἐὰν μὴ δύνανται δοῦναι ἐγγυητὰς, ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι. Ἐξωμοσία δέ ἐστι τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι τινά. Καλεῖται δὲ ἐξωμοσία, ὅτι οὐκ ἀνάγεται ὁ ὅρκος οὗτος κατὰ τοὺς νομομαθεῖς εἰς τοὺς νενομισμένους πέντε ὅρκους, ἀλλ' ἔξω τούτων ἐστί. Καὶ ἀνάγνωσον τὸ ἡ' θέμα τοῦ κ' κεφ. τοῦ ς' τίτλου τοῦ ζ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ τὰ ἔξωθεν αὐτοῦ γεγραμμένα. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅπως ἑρμηνεύεται ὁ ἀποστολικὸς κ' κανὼν, ὁ λέγων· Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω, καὶ ἀνάγνωσον τὴν τούτου ἑρμηνείαν.

ZONAR. In quarta synodo contra Dioscorum ac C Eutychetem eorumque gregales Chalcedone celebrata, Ægyptii quidam episcopi cum adessent, ut ejusdem synodi decreta, ex sancti Leonis Romani papæ ad Flavianum beatissimum Constantinop. archiepisc. missis litteris edita, chirographo suo confirmarent, adduci non poterant. Non quod ea quidem, ut ferebant, illi minus probarent: sed quod Alexandriæ archiepiscopus tunc quidem nullus erat; Ægyptiorum episcoporum consuetudinis esse dicentes, nihil inconsulto Alexandrino archiepiscopo de rebus ecclesiasticis constituere; idcirco parvi sibi temporis moram, donec is creatus fuisset, concedi postulabant. Sed Ægyptiis episcopis quod eorum nempe fidem suspectum haberent, atque ideo synodice decreta suis subscriptionibus confirmare noluerunt, depositionis pœnam synodi antistites irrogavere. Qui tamen in synodo principes viri aderant simul cum senatu, ut, manentibus ipsis in proprio dignitatis episcopalis habitu, Alexandrini archiepiscopi creationem exspectarent, concedi oportere arbitrabantur. Verum syn. antistites delationem illam prætextum esse, ut nacti libertatem discederent, suspicati, de illorum in urbe Constantinopolitana mansione sponsores dari postulabant. Qua quidem postulatione a principibus quoque et senatu probata, Ægyptiis, ut vel fidejussores darent, si quos haberent, vel certe sacramento fidem suam obstringe-

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συγκροτηθείσῃ κατὰ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῖς παρῆσαν καί τινες τῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐπίσκοποι, οἳ παρῃτοῦντο ὑπογράψαι τοῖς δογματισθεῖσι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἑπομένῃ τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Λέοντος πάππα Ῥώμης, ἣν ἐπέστειλε τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανῷ. Παρῃτοῦντο δὲ, οὐχ ὡς ἀπαρεσκόμενοι τοῖς δόξασι τῇ συνόδῳ· ἀλλ' ὅτι Ἀλεξανδρείας οὐκ ἦν τηνικαῦτα ἀρχιεπίσκοπος, λέγοντες ἔθος εἶναι ἐν Αἰγύπτῳ, ἀρχιερεῦσι μηδέν τι πράττειν ἐκκλησιαστικὸν παρὰ γνώμην τοῦ Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἀξιοῦντες ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μέχρις ἂν Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπίσκοπος γένηται. Οἱ μὲν οὖν τῆς συνόδου ἀρχιερεῖς, ὑποπτεύοντες ὡς ἑτεροδοξοῦσι D οἱ Αἰγύπτιοι ἐπίσκοποι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ βούλονται βεβαιῶσαι δι' ὑπομνήματος οἰκείας τὰ συνοδικῶς ψηφισθέντα, καθαίρεσιν ἐκείνων κατεψηφίζοντο. Οἱ δὲ συμπαρόντες τῇ συνόδῳ ἄρχοντες καὶ ἡ σύγκλητος διέγνων δεῖν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μένουσιν ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας, ἀναμένειν τὴν χειροτονίαν τοῦ Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου. Οἱ δέ γε τῆς συνόδου ἀρχιερεῖς, σκῆψιν τὴν ὑπέρθεσιν ὑπολαβόντες εἶναι, ἵνα τυχόντες ἄδειας ὑποχωρήσωσιν, ἤτουν ἐγγύας δοῦναι αὐτοὺς προσμένειν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων· καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ ἡ σύγκλητος ἀπεφήναντο ἢ ἐγγύας παρασχεῖν, εἰ εὐπορεῖεν ἐγγυητῶν, ἢ ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι

Ἐξωμοσία δ' ἔστι τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι.

rent, imperatum. Est vero sacramentum hoc loco, cum jusjurandum per imperatoris caput et salutem, perque ipsius jurantis salutem concipitur.

ΑΡΙΣΤ. *Εἴθισται τοῖς Αἰγυπτίοις, εἰ μὴ ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐπιτρέψει, μὴ ὑπογράφειν. Ἐντεῦθεν ἡμεῖς μὴ ὑπογράφοντες τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσίου Λέοντος. ἕως ἀρχιεπίσκοπος αὐτοῖς γένηται.*

ARIST. *Mos est Ægyptiis, nisi archiepiscopus permiserit, non subscribere. Quocirca minime culpandi sunt, qui sancti Leonis epistolæ non subscribunt, usquedum archiepiscopus iis creatus fuerit.*

Ἔθος ἐπεκράτησεν ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει ἄνευ ἐπιτροπῆς τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτῶν μὴ ὑπογράφειν τοὺς ἐπισκόπους. Ἐπεὶ δὲ αὕτη ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος ἐπὶ Μαρκιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κατὰ τοῦ τότε ὄντος ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας συνῆλθε, τοῦ βεβήλου καὶ αἱρετικοῦ Διοσκόρου, τοῦ φαντασίᾳ τὴν σάρκα μυθολογήσαντος φορέσαι τὸν Κύριον, καὶ ἐν μιᾷ φύσει αὐτὸν ὑπάρχειν, καὶ τῇ θεότητι πάθη προσνέμοντος, καὶ τοῦ θρόνου καθεῖλεν αὐτὸν, καὶ οὕπω ἦν ἕτερος ἀντ' αὐτοῦ τοῦ δυσσεβοῦς προβληθεὶς πατριάρχης, κατὰ τοῦτο τῇ τοῦ ἁγίου πάππα Λέοντος ὀρθοδοξοτάτῃ ἐπιστολῇ ὑπογράψαι οὐκ ἠναγκάσθησαν. Ἀλλ' ἐνεδόθη αὐτοῖς, μέχρις ἂν χειροτονηθῇ τῶν. Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, καὶ οὕτω κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ ὑπογράψουσιν. Ἀπῃτήθησαν δὲ δοῦναι ἐγγυητὰς, ἢ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως κεφαλὴν ἐπομόσασθαι προσκαρτερεῖν ἐνταῦθα μέχρις ἂν ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλις ἐπίσκοπον δέξηται.

In diœcesi Ægyptiaca obtinuit consuetudo, ut episcopi sine archiepiscopi permissione non subscriberent; cum itaque hæc sancta synodus sub religiosissimo imperatore Marciano contra profanum et hæreticum Dioscorum Alexandriæ tunc archiepiscopum, qui Dominum imaginatione tantum carnem gestasse, et in una tantum natura eum existere, fabulatus est, et divinitati passiones attribuit, Chalcedone convenit et throno eum deposuit, et nondum erat alius istius impii loco creatus patriarcha, propterea orthodoxissimæ sancti papæ Leonis epistolæ subscribere non sunt coacti, sed remissio **150** iis concessa fuit usque dum Alexandriæ episcopus crearetur. Et sic secundum ejus mandatum subscribent. Rogati sunt autem fidejussores dare, vel in imperatoris caput jurare, se patienter ibidem mansuros, donec Alexandrinorum civitas episcopum habuerit.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ (44).

ΒΑΛΣ. Ἡ ε' σύνοδος γέγονεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου, ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἁγίων Πατέρων συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἥτις ἐπεκύρωσε τὰ δογματισθέντα ὑπὸ τῆς ἁγίας δ' συνόδου, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς βλασφημοῦντας ἀνεθεμάτισεν, ἤγουν Ὠριγένην καὶ τὰ αὐτοῦ ἀσεβῆ δόγματα καὶ συγγράμματα (45), Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια, καὶ πρὸς τούτοις τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον, τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, καὶ τὰς αὐτοῦ βλασφήμους διδασκαλίας, Ἀνθιμόν τε καὶ Πέτρον καὶ Ζωώραν, καὶ τοὺς ὁμοδοξοῦντας αὐτοῖς· καὶ τὰ παρὰ τοῦ Θεοδωρίτου συγγραφέντα κεφάλαια, καὶ τὴν Ἶβα ἐπιστολήν. Κανόνας δὲ οὐκ ἐξέθετο.

DE QUINTA SYNODO.

BALS. Quinta synodus fuit sub Justiniano imp. primo, cum centum et quinquaginta quinque sancti Patres Constantinopoli convenissent: quæ confirmavit ea quæ a quarta synodo decreta sunt, et eos, qui adversus eam maledice loquebantur et blasphemabant, anathematizavit, scilicet Origenem, et impia ejus decreta et scripta; Evagrium et Didymum et quæ ab ipsis exposita sunt capita, et præterea Mopsuestiæ Theodorum, Nestorii magistrum, et blasphemam ejus doctrinam; Anthimum item et Petrum et Zooram, et qui erant ejusdem cum illis opinionis; et conscripta a Theodorito capita, et Ibæ epistolam. Canones autem non edidit.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ πέμπτη σύνοδος γέγονεν ἐπὶ Ἰουστιανοῦ βασιλέως τοῦ πρώτου, ἑκατὸν ἑξήκοντα πέντε ἁγίων Πατέρων συνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἥτις ἐπεκύρωσε τὰ δογματισθέντα ὑπὸ τῆς ἁγίας τετάρτης συνόδου καὶ ἐβεβαίωσε, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς ἀνεθεμάτισε, καὶ Ὠριγένην καὶ τὰ αὐτοῦ ἀσεβῆ συγγράμματα καὶ ἀλλόκοτα δόγματα, Εὐάγριόν τε καὶ Δίδυμον καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντα κεφάλαια· καὶ πρὸς τούτοις τὸν Μοψουεστίας Θεόδωρον τὸν Νεστορίου διδάσκαλον, καὶ τὰς αὐτοῦ βλασφήμους διδασκαλίας· Ἀνθιμόν τε καὶ Πέτρον καὶ Ζωώραν,

ZONAR. Quinta synodus Justiniani primi imp. temporibus, centum et sexaginta quinque sanctis Patribus Constantinopoli congregatis celebrata fuit. Ea quartæ synodi decreta omnia sanxit et confirmavit, et, qui contra illam nefarie obloquebantur, anathemate damnavit: Origenem etiam et impia ejus scripta, ac absurda dogmata, Evagrium et Didymum, evulgataque ab iisdem capita. Tum Nestorii magistrum Theodorum Mopsuestiensem, ac impias ejus doctrinas, Anthimum quoque et Petrum et Zooram, cum gregalibus suis. Capita demum a

Guill. Beveregii notæ.

(44) *Περὶ τῆς πέμπτης συνόδου.* De hac quinta, ut et de sexta sequenti synodo œcumenica Balsamon eadem, atque Zonaras, verba habet: quæ nihilominus bis recitare visum est, quoniam sub utriusque nomine in mss. exstant, et vulgo circumferuntur.

(45) *Ἀσεβῆ συγγράμματα.* Codex Amerbachianus legit συγγράμματα ἀλλόκοτα καὶ δόγματα.

Theodoreto conscripta, et Ibæ epistolam. Nullos vero canones ea synodus promulgavit.

DE SEXTA SYNODO.

BALS. Sexta synodus fuit in hac urbium regina imperante Constantino Pogonato Justiniani patre, Heraclii vero nepote, cum 170 sancti Patres convenissent adversus Theodorum, qui in Pbara episcopatum gesserat, Honorium qui Romæ, Cyrum qui Alexandriæ, Sergium, Pyrrhum, Paulum et Petrum, qui Ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuerant, Macarium Antiochenum, et Stephanum ejus discipulum, et Polychronium delirum senem, qui ausi fuerant dogma introducere, Dominum nostrum Jesum Christum unam voluntatem et unam operationem habere, postquam incarnatus est. Quos cum iis qui consentiebant illis, ex Ecclesia amputavit et anathematizavit sancta hæc synodus : duas naturales voluntates et duas operationes similes habere post incarnationem statuens Dominum nostrum Jesum Christum, non in divisione personarum, sed quod nulla natura ex duabus naturis, quæ sunt in Christo, est sine voluntate vel operatione : ne utriusque naturæ sublatis hisce proprietatibus, operatione dico et voluntate, duæ quoque naturæ, quarum sunt proprietates, una auferri videantur. Sed hæc quoque synodus canones non edidit.

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ η' κανόνος τῆς γ' συνόδου παρίσταται ὅτι ἐκ προσελεύσεως ἐπισκόπου τινὸς Κυπρίων, Ῥηγίνου ἐπιλεγομένου, ὡρίσθη αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Κύπρου· καὶ ἐκωλύθη ὁ Ἀντιοχείας χειροτονίας ἐν αὐτῇ ποιεῖν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν, ἐξενεχθεὶς ἀπὸ αἰτήσεως ἑτέρου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου Ἰωάννου, ἐπικυροῖ μὲν καὶ τὰ ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένα, ὀνομάζων καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῶν Κυπρίων νέαν Ἰουστινιανούπολιν· διορίζεται δὲ ἔχειν αὐτὴν καὶ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὡσαύτως καὶ τὰς Ἐκκλησίας τῶν ἐπαρχιῶν τοῦ Ἑλλησπόντου, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Κυζίκου· καὶ γίνεσθαι τὰς τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν χειροτονίας παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Κύπρου. Σήμερον δὲ οὐδεμία ἀπὸ τῶν Ἐκκλησιῶν τούτων τῇ ἀρχιεπισκοπῇ Κύπρου ὑπόκειται, ἀλλ' οὐδὲ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινου- B

BALS. Ab octavo canone tertiæ synodi apparet, quod ex supplicatione cujusdam Cypriorum episcopi, Rhegini dicti, statutum est ipsam Cypri Ecclesiam esse principalem ac primam : et prohibitus est Antiochenus episcopus facere in ea ordinationes. Præsens autem canon editus ad postulationem alterius archiepiscopi Cypri, Joannis, confirmat quidem quæ Ephesi acta sunt, nominans etiam Cypriorum Ecclesiam novam Justinianopolin. Statuit autem, illam quoque habere jura Constantinopolis, similiter et Ecclesias provinciarum Hellesponti, et Ecclesiam Cyzici ; et ipsorum episcoporum ordinationes a Cypri episcopo fieri. Hodie autem nulla ex his Ecclesiis Cypri archiepiscopatui subjicitur, sed neque habet jura Constantinopolis. Quærendum ergo quomodo hoc fiat. Hellespontus

Guill. Beveregii notæ.

non τῶν Κωνσταντινέων πόλις uspiam, ut opinor, C appellatur. Et haud veri sane cuipiam simile videatur, ut novæ Justinianopoli, ipsius Constantinopolis privilegia concederentur. Etiamsi enim ex hujus canonis præscripto novæ Justinianopolis episcopus αὐτοκέφαλος esse asseratur : patriarcha tamen non sit, neque iisdem propterea, quibus Constantinopolitanus, privilegiis gaudet. Ex altera autem lectione clarior sensus facile eliciatur. Enimvero synodus Ephesina antehac decreverat, ut nec Antiochenus, nec alius quivis episcopus in insula Cypro episcopalem aliquam vel metropoliticam potestatem exercere debeat : sed ut omnia ecclesiastica negotia ibi emergentia metropolitano Constantiæ et synodo provinciæ definirentur. Ista autem Cypri metropolis, quæ antea Constantia dicebatur, a Justiniano imperatore suo de nomine *nova Justinianopolis* dicta est. Ex Amerbachiana itaque hujus loci lectione Patres hoc canone sanxerunt, ut novæ hujus Justinianopolis præsul D iisdem privilegiis frueretur, quæ eidem a synodo Ephesina confirmata fuerant, cum τῶν Κωνσταντινέων πόλις, *Constantiensium civitas* sive *Constantia* dicebatur. Vel si altera cujvis lectio magis arrideat, verba hoc modo explicentur. Cum Saraceni insulam Cyprum invaderent, Joannes urbis metropolitanæ novæ Justinianopolis, sive Constantiæ, præsul, cum plerisque insulæ illius incolis in Hellesponticam provinciam migrare cogebatur. Cum itaque Joannes episcopos suos et sacerdotes æque ac laicos secum ibi haberet, tempore quo hæc synodus agebatur, Patres in ejus gratiam constituunt, consentiente etiam imperatore, ut is privilegia throno suo antiquitus indulta etiam in Hellespontiorum provincia retineret, ut nemo præter ipsum in episcopos populosque suos potestatem haberet : atque insuper, ut ipsa etiam Hellespontiorum provincia, et Cyzicenus quoque episcopus, provinciæ illius metropolitanus, dicto Joanni subjiceretur. Hellespontica autem provincia throno Constantinopolitano tunc dierum suberat. Decernunt igitur hoc loco Patres, Joannem novæ Justinianopoleos præsulem istam Hellesponticam provinciam ita in posterum sibi subjectam habere, ut τὸ δίκαιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως in eam totum transferatur ; ut quodcumque ibi privilegium episcopus Constantinopolitanus antea vindicaverat, Constantiensis sive Justinianopolitanus postea exerceret. Hoc autem Patres dicto Joanni idcirco indulsisse videntur, quod ille provinciam suam, utpote a Saracenis sive Barbaris occupatam, jam amiserat. Neque enim rationi visum est consentaneum, ut qui metropolitanus, et quidem αὐτοκέφαλος fuerat, alieno postea metropolitano subesset, et omni ecclesiastica potestate propter Barbarorum incursiones privaretur. Cautum est igitur hoc canone, ut Joannes eadem in Hellesponto retineret jura, quæ in Cypro antea habuerat. Et hanc sane veriorem esse canonis hujus expositionem exinde quispiam suspicetur, quod egregium hoc privilegium Joanni Constantiensi indultum cum ipsius persona, vel saltem cum restitutione ejus ad Cypriam provinciam, exstinctum fuit ; utpote ex quo illud in ipsius solius gratiam indultum esse manifestum est. Porro hic sensus utrique lectioni aperte convenit. Nam Joannes in Hellesponto degens quatenus ad episcopos Cyprios τὸ δίκαιον τῆς τῶν Κωνσταντινέων πόλεως, quatenus ad Hellesponticos τὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον habere potuit.

quidem est, qui ab Abydo ad Thraciam usque extenduntur fines orientales.

ZONAR. Cypri episcopis, ejus insulæ episcopum quemque renuntiandi auctoritas, divinorum tertiæ synodi Patrum decreto adjudicata est, Antiochenus enim Cyprum sub se habere, et episcopos ibidem ordinare conatus est. Prærogativam igitur suam Cypri Ecclesiis inviolatam servare hic canon jubet: novamque urbem, quæ Justinianopolis dicta, æquali cum urbe Constantinopolitana jure esse decernit. Et quemadmodum Constantinopolitanæ sedi Asiana provincia, Pontica, Thracicaque subjectæ, sic Hellespontica Justinianopolitanæ adjudicata, et in episcopum Cyzicenum auctoritas (nam ipsa quoque Cyzicus in Hellesponto est) ejusdemque renuntiandi facultas permissa. Hoc autem de Cyzico decretum utrum unquam in usu fuit, haud facile dixerim; nunc quidem hoc decretum, quod ad Cyziceni electionem attinet, negligi constat. Sed neque in Hellesponti regiones urbesque ulla hoc tempore Cypri episcopo est potestas.

ARIST. « Nova Justinianopolis Constantinopoleos « jus obtineat, ejusque præsul omnibus Helles- « pontiorum episcopis, ad quos emigravit, præ- « sit, et a suis episcopis ordinetur: uti Patres « Ephesini decreverunt. »

Hic qui Cypriorum præsidebat insulæ Joannes (hæc namque est et nova Justinianopolis) propter Barbarorum incursiones, et ut infidelium servitute eximeretur, planeque christianissimæ potentiæ sceptris subjiceretur, insula decedens, et ad Hellespontiorum se recipiens provinciam, Patrum indulgentia in Hellespontiacis episcopalibus jus Constantinopolitanum habere, omnibusque in ea provincia episcopis præsidere, et maxime propriam habere auctoritatem, et a suis episcopis ordinari permissus est: quemadmodum et synodus Ephesina decrevit. Postquam autem Cyprus gentilium manibus liberata fuit, quæ in Hellesponto erant metropoles ad thronum Constantinopolitanum redie.nt.

204 CANON XL.

« Quoniam Deo hæ.ere per secessum ex vitæ stre- « pitu, valde est salutare, oportet nos non sine « examinatione eos, qui vitam monasticam « eligunt, non intempestive admittere: sed nobis « a Patribus traditum decretum in eis quoque

πόλεως ἔχει. Καὶ ζητητέον ὅπως τοῦτο γίνεται. Ἑλλήσποντος μέντοι ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἀβύδου καὶ μέχρι τῆς Θράκης παρεκτεινόμενα ἀνατολικὰ ὅρια.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ ἐψηφίσατο παρὰ τῶν τῆς συνόδου ἐκείνης θείων Πατέρων τοὺς Κυπρίους ἐπισκόπους δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων ποιεῖν. Ἐπειρᾶτο γὰρ ὁ Ἀντιοχείας τότε ὑφ' ἑαυτὸν καὶ τὴν Κύπρον ἔχειν, καὶ παρ' ἐκείνου χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐν αὐτῷ ἐπισκόπους· τοῦτο οὖν προνόμιον καὶ ὁ κανὼν οὗτος ἀκαινοτόμητον προσεῖναι ψηφίζεται ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Κύπρῳ, καὶ προστίθησι τῇ νέᾳ πόλει, ἥτις Ἰουστινιανούπολις ἐπεκλήθη, τὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον. Καὶ ὥσπερ τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑποτέθειται ἥ τε Ἀσιανὴ, καὶ ἡ Ποντικὴ, καὶ ἡ Θρᾳκικὴ ἐπαρχία, οὕτω καὶ τούτῳ δέδοται προεδρεύειν τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας, ὑποκεῖσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸν Κυζίκου ἐπίσκοπον, καὶ παρ' αὐτοῦ χειροτονεῖσθαι· καὶ αὕτη γὰρ ἡ πόλις, τὴν Κύζικον φημὶ, Ἑλλησπόντιός ἐστιν. Εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ἔργον ἦλθεν ἡ περὶ τῆς Κυζίκου ψῆφός ποτε, οὐκ οἶδα· τέως δὲ οὐ κρατεῖ τὰ τῆς ψήφου ὅσον πρὸς τὴν Κύζικον. Ἀλλὰ οὐδ' ἐπὶ ταῖς ἄλλαις Ἑλλησποντίων χώραις καὶ πόλεσι πρόσεστί τι τῷ Κύπρου δίκαιον.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ νέα Ἰουστινιανούπολις τὸ δίκαιον « ἐχέτω Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὁ ταύτης πρόε- « δρος πάντων Ἑλλησποντίων, πρὸς οὓς μετῴκη- « σε, προεδρευέτω, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκό- « πων χειροτονείσθω· ὡς οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἐθέ- « σπισαν. »

Οὗτος ὁ τῆς τῶν Κυπρίων νήσου πρόεδρος Ἰωάννης (αὕτη γάρ ἐστι καὶ νέα Ἰουστινιανούπολις) διὰ τὰς τῶν Βαρβάρων ἐφόδους καὶ τὸ τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερωθῆναι δουλείας, καὶ καθαρῶς τοῖς σκήπτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποταγῆναι, μετανάστης τῆς Κύπρου γενόμενος, καὶ εἰς τὴν τῶν Ἑλλησποντίων μετοικήσας ἐπαρχίαν, ἐπετράπη τὸ δίκαιον ἔχειν Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ ταῖς Ἑλλησποντίαις ἐπισκοπαῖς, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων προεδρεύειν αὐτὸν, καὶ ἰδιαιτάτην ἀρχὴν ἔχειν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι· καθὼς καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος ὥρισεν. Ἐπεὶ δὲ ἡ Κύπρος τῆς ἐθνικῆς ἠλευθερώθη χειρὸς, ἐπανῆλθον πάλιν αἱ καθ' Ἑλλήσποντον μητροπόλεις πρὸς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον.

ΚΑΝΩΝ Μ'.

« Ἐπειδὴ τῷ Θεῷ κολλᾶσθαι διὰ τῆς ἐκ τῶν τοῦ « βίου θορύβων ἀναχωρήσεως λίαν ἐστὶ σωτήριον, « χρὴ μὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς παρὰ τὸν καιρὸν τοὺς « τὸν μονήρη βίον αἱρουμένους προσίεσθαι· ἀλλὰ « τὸν παραδεδόμενα ἡμῖν παρὰ τῶν Πατέρων καὶ

Guill. Beveregii notæ.

(22) *Τοὺς ἐν αὐτῷ ἐπισκόπους.* Regulæ grammaticæ Auerbachianam hoc in loco lectionem exigunt, quæ est τοὺς ἐν αὐτῇ ἐπισκόπους, τέως δὲ οὐ κρατεῖ τὰ τῆς ψήφου. De hac re Balsamon quoque quæstionem movendam ducit, καὶ ζητητέον, inquit, ὅπως τοῦτο γίνεται. Verum huic quæstioni facile respondetur ex ipsis Aristeni in epinomen hujus canonis scholiis; nimirum quod cum Cyprus a Gentilium sive Barbarorum manibus liberata fuerit, provincia Hellespontica ad thronum Constantinopolitanum rediit. Nam canon hic personalis, vel etiam temporalis, ut ita loquar, solummodo fuit; quippe qui in Joannis solius gratiam constitutus, tantum obtinere debuit, quamdiu provincia Cypria a Barbaris detenta fuerit.

« εν αὐτοῖς φυλάττειν ὅρον, ὥστε τὴν ὁμολογίαν A
« τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τότε προσίεσθαι, ὡς ἤδη βε-
« βαίαν καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως γινομένην
« μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν (23). Ἔστω
« τοίνυν (24) ὁ μέλλων τὸν μοναχικὸν ὑπέρχεσθαι
« ζυγὸν, οὐχ ἥττων ἢ δεκαετὴς (25), ἐν τῷ προσ-
« ὁρῳ κειμένης καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ δοκιμασίας, εἰ
« τὸν χρόνον αὐτῷ αὐξηθῆναι λυσιτελέστερον
« ἡγεῖται πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ εἰς ἀγωγὴν
« καὶ κατάστασιν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος
« ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ κανόσι τὴν ἑκουσίως ἑαυ-
« τὴν προσάγουσαν τῷ Θεῷ, καὶ τὴν παρθενίαν
« ἀσπαζομένην, τὸν ἑπταικαιδέκατον διανύουσαν
« χρόνον, τῷ τῶν παρθένων τάγματι ἀριθμεῖσθαι
« νομοθετεῖ· ἀλλὰ οὖν τῷ περὶ τῶν χηρῶν τε καὶ
« διακονισσῶν παραδείγματι κατακολουθήσαντες, B
« εἰς τὸν εἰρημένον χρόνον ἀναλόγως τοὺς τὸν μο-
« νήρη βίον ἑλομένους περιεστήσαμεν· ἐν γὰρ τῷ
« θείῳ Ἀποστόλῳ γέγραπται ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν
« ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι χήραν· οἱ δὲ
« ἱεροὶ κανόνες τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν διακόνισ-
« σαν χειροτονεῖσθαι παραδεδώκασιν, τὴν Ἐκκλη-
« σίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν γενομένην, καὶ
« ἐπὶ τὰ πρόσω βαίνουσαν ἐωρακότες, καὶ τὸ τῶν
« πιστῶν πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν
« πάγιόν τε καὶ ἀσφαλές· ὅπερ καὶ ἡμεῖς ἄριστα
« κατανοήσαντες, ἀρτίως διωρισάμεθα τὴν εὐλο-
« γίαν τῆς χάριτος τῷ μέλλοντι τῶν κατὰ Θεὸν
« ἀγώνων ἐνάρχεσθαι, ὥσπερ τινὰ σφραγῖδα τα-
« χέως ἐνσημαινόμενοι, ἐντεῦθεν αὐτὸν πρὸς τὸ C
« μὴ ἐπὶ πολὺ ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι προβιβάζον-
« τες· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ
« παρορμῶντες ἐκλογὴν καὶ κατάστασιν. »

« servare, ut vitæ secundum Deum professionem,
« ut jam firmam et a scientia ac judicio factam,
« tunc admittamus, post rationis complemen-
« tum. Qui ergo monachicum jugum est subitu-
« rus, ne sit minor quam decem annos natus,
« ejus quoque rei examinatione in præsulis
« arbitrio sita, an augeri tempus conducibilius
« existimet ad introductionem et constitutionem
« in vita monastica. Etsi enim magnus etiam
« Basilius, in sacris suis canonibus, eam, quæ
« se sua sponte Deo offert, et virginitatem am-
« plectitur, si decimum septimum annum com
« pleverit, in virginum ordinem referendam esse
« statuit : sed tamen de viduis et diaconissis
« exemplum secuti, in dictum tempus, analogia
« et proportione habita, eos, qui vitam monasti-
« cam elegerunt, deduximus. In divino enim
« Apostolo scriptum est, sexaginta annorum
« viduam in Ecclesia eligendam : sacri autem
« canones quadraginta annorum diaconissam
« ordinandam esse statuerunt, cum Ecclesiam
« Dei gratia potentiorem evasisse et ulterius
« procedere vidissent, fideliumque, ad divinorum
« mandatorum observationem, firmitatem ac
« stabilitatem. Quod quidem cum nos quoque
« optime intellexissemus, perfecte statuimus be-
« nedictionem gratiæ, ei qui certamina secundum
« Deum aggressurus est, veluti quoddam signa-
« culum celeriter imprimentes, hinc eum ad non
« diu cunctandum et tergiversandum inducen-
« tes, vel potius etiam ad boni electionem et con-
« stitutionem incitantes. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη' κανόνι αὐτοῦ τὰς μετὰ τὰ δεκαεξ ἔτη ὁμολογούσας παρθενίαν προσδέχεται· ὡς δυναμένας τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ φαύλου διακρίνειν καὶ ἐπιλέγεσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν δεκαετῆ μονάσαι αἱρετισάμενον οὐκ ἀπο-

BALS. Magnus quidem Basilius in decimo octavo suo canone eas, quæ post sedecim annos se virginitatem suscipere profitentur, admittit : ut quæ bonum a malo possint secernere ac eligere. Præsens autem canon eum qui decem annos natus est,

Guill. Beveregii notæ.

(23) *Μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν.* In ms. nostro Bodleiano, post ista verba, hæc interseruntur, ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη' αὐτοῦ κανόνι, φησὶ μετὰ τὸν ις' ἐνιαυτὸν δέχεσθαι τὴν μέλλουσαν μονάσαι. *Magnus autem Basilius in* 18 *ipsius canone dicit, eam, quæ monasticam vitam susceptura est, post annum* 17 *admittendam esse.* Hæc autem e margine in textum a descriptore traducta sunt, non advertente eadem in ipso canone paulo post haberi.

(24) *Ἔστω τοίνυν.* In mss. Bodleiano, Amerbachiano et Ætoniensi hic locus sic legitur, Ἔστω τοίνυν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ὅτι χωρὶς εἰδήσεως τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου οὐκ ὀφείλουσι γίνεσθαι ἀποκάρσεις τῶν μοναχῶν, πολλῷ δὲ πλέον τῶν ἀτέλων καὶ ἀμφιλόγων, ὁ μέλλων, etc. Verum prima verba hic descripta ἔστω τοίνυν cum ultimis ὁ μέλλων necessario conjungenda sunt; aliter canonis sensus non cohæret; uti cuivis eam legenti primo intuitu patebit. Reliqua igitur supposititia sunt, neque ad canonem pertinent, neque aliud primo fuisse videntur, quam nota quædam marginalis, cui prima vox desideratur, vid. σημείωσαι, quæ si istis verbis præfigatur, sic transferantur, *Nota ex præsenti canone, et iis quæ in ipso sunt, quod sine episcopi, qui loco præsit, cognitione, monachorum tonsuræ fieri non debent, multo autem magis eorum, qui imperfecti sunt et incostantes,* quam sane notam fuisse marginalem nemo non videat.

(25) *Οὐχ ἥττων ἢ δεκαετής.* Harmenopolus vim hujus canonis ex his verbis breviter sic exprimit, Δεκαετὴς τις μοναζέτω εἰ καὶ τῷ τῆς χώρας ἐπισκόπῳ ἄξιος τούτου τότε δοκεῖ. *Qui decennis est monachus fiat, si regionis episcopo tunc dignus videtur.* In quam præsentis canonis pitomen scholiastes hæc notat, ὁ μὲν ιη' κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὑπὲρ τὰ ιστ' ἢ καὶ τὰ ις' ἔτη λέγει ὀφείλειν εἶναι τὴν προσάγουσαν ἑαυτὴν τῷ Κυρίῳ καὶ ἀποτασσομένην τῷ γάμῳ· ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἐλαττοῖ τὸν χρόνον διὰ τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν ὁρῶν, καὶ ἐπὶ τὰ πρόσω βαίνουσαν καὶ προκόπτουσαν. *Canon quidem* 18, *magni Basilii ultra* 16 *vel etiam* 17 *annos esse debere dicit eam, quæ Domino sese offert, et mundo renuntiat. Hic vero canon tempus illud diminuit, propterea quod Ecclesiam Dei gratia magis confirmatam cerneret, atque ulterius progredientem et proficientem.* Harmenop. Epit. can. sect. 4. tit. 1.

si monachus esse elegerit, non rejicit : sed eum ad vitam monasticam non aliter recipiendum decernit, quam si ab episcopo probatus fuerit. Adjicit autem se hæc statuere, quoniam Ecclesia Dei gratia ad anteriora procedat, et ad divinorum mandatorum observationem firmior ac validior evadat. Usus est autem ad eorum confirmationem etiam iis quæ de diaconissis in quarta synodo dicta sunt, dicens : Quod cum sanctus Paulus decreverit, quæ sexaginta sunt annorum, viduas in diaconissarum ordinem posse referri, Patres virginem quadraginta annos natam diaconissam ordinari censuerunt : ut ex eo colligatur, Patres nihil absurdum decrevisse, qui imperfectos tondendi tempus ab decimo octavo anno ad decimum redegerint. Est autem magna iis agenda gratia, quod non quemcunque decem annos natum, nulla diligentiori perscrutatione facta, tonderi permiserint : sed hoc episcopi prudentiæ ac judicio reliquerint. Fortasse enim ejus examinatio, hunc quidem, qui decimum annum excesserit, ad tonsuram admittet : illum vero repellet. Atque hæc quidem sunt, quæ in canone continentur. Tu autem lege 6 Novellam imperatoris domni Leonis Philosophi, quæ continet illum quidem, qui decimum sextum annum complevit vel decimum septimum absque ullo impedimento posse tonderi, ut vult magnus Basilius, atque etiam testari : eum autem, qui anno ætatis suæ decimo monachus esse voluerit, posse quidem libere hoc facere, ex sententia hujus canonis, de bonis autem, quæ habet, testamentum facere non posse, sed exspectare donec decimum quintum annum attigerit. Interea autem si mortuus fuerit, ejus quidem servi manumittentur, reliquæ autem facultates bifariam dividentur ; et duas quidem partes accipiet monasterium, tertia vero pars cognatis dabitur. Quod si defuncto non fuerint cognati, tertia quoque pars monasterio accrescet.

205 ZONAR. Puellas ad virginitatis professionem non nisi sexdecim aut septemdecim annis majores, Basilius magnus decimo octavo canone admitti jubet : si quæ vero ante id tempus promissiones intercesserint, non magis illis quam puerorum vocibus auscultandum arbitratur. Hic autem canon, qui decem modo annos natus sit, ad monasticæ disciplinæ exercitationes ac munia admittendum esse decernit. Et canonis quidem a Basilio editi meminit, sed quoniam hoc tempore et Ecclesiæ aliquid roboris, et fidei plus omnino firmitatis accesserit, sintque fidelium animi ad capessenda divinæ legis imperia paratiores, hoc dispensasse dicit. Simileque exemplum ex quarta synodo de diaconissis proferi, dicens : Cum viduam sexaginta annis natam eligi divus Paulus statuisset, eamdem prorsus rationem secuti Patres, quod aucta fidei constantia, aliiores divini

πέμπεται · πλὴν οὐκ ἄλλως τοῦτον εἰς τὸν μοναδικὸν βίον παραδέχεσθαι διορίζεται εἰ μὴ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου. Προστίθησι δὲ ταῦτα νομοθετεῖν, διὰ τὸ τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι Θεοῦ ἐπὶ τὰ πρόσω προβαίνειν, καὶ παγιωτέραν γενέσθαι τὴν τῶν θείων ἐντολῶν συντήρησιν. Ἐχρήσατο δὲ εἰς ἐπιστηριγμὸν τούτων καὶ τοῖς περὶ διακονισσῶν εἰρημένοις ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ, εἰπὼν ὅτι Τοῦ θείου Παύλου διαταξαμένου τὰς ἑξήκοντα ἐτῶν οὔσας χήρας τῷ τῶν διακονισσῶν καταλέγεσθαι τάγματι, οἱ Πατέρες τὴν παρθένον τὴν τεσσαρακονταετῆ χειροτονεῖσθαι διακόνισσαν ὥρισαν · ὡς ἐντεῦθεν συνάγεσθαι μηδέν τι τοὺς Πατέρας διορίσασθαι ἄτοπον, ὑποβιβάσαντας τὸν χρόνον τῆς ἀποκάρσεως τῶν ἀτελῶν καὶ ἀπὸ ιη' εἰς ι' αὐτὸν περιστήσαντας. Εὐχαριστίας δὲ ἄξιοι μεγάλης εἰσὶν, ὅτι οὐκ ἐξεχώρησαν παντὶ δεκαετεῖ ἀπολυπραγμονήτως ἀποκείρεσθαι, ἀλλὰ ἐπὶ τῇ διακρίσει τοῦ ἐπισκόπου τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο. Ἴσως γὰρ δοκιμασία αὐτοῦ, τόνδε μὲν ὑπεραναβάντα τὸν δεκαετῆ χρόνον εἰς ἀπόκαρσιν παραδέξεται · τόνδε δὲ ἀποπέμψεται. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὴν ἕκτην Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, διαλαμβάνουσαν τὸν μὲν ἀνύσαντα χρόνον ις' ἢ ιζ'· ἀπαρεμποδίστως ἀποκείρισθαι, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον καὶ διατίθεσθαι · τὸν δὲ βουλόμενον μονάσαι κατὰ τὸν ι' ἐνιαυτὸν (26) τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, ἔχειν μὲν ἐπ' ἀδείας τοῦτο ποιεῖν, κατὰ τὸν παρόντα κανόνα · διαθήκην δὲ χάριν τῶν προσόντων αὐτῷ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ περιμένειν μέχρις ἂν τοῦ πεντεκαιδεκάτου χρόνου ἅψηται. Ἐν τῷ μέσῳ δὲ εἰ τελευτήσει, οἱ μὲν οἰκέται αὐτοῦ ἐλευθερωθήσονται, ἡ δὲ λοιπὴ τούτου περιουσία διαιρεθήσεται διχῇ, καὶ τὸ μὲν δίμοιρον τὸ μοναστήριον λήψεται, τὸ δὲ τρίτον τοῖς συγγενέσι τούτου δοθήσεται. Μὴ ὄντων δὲ συγγενῶν τῷ τελευτήσαντι, καὶ τὸ τρίτον εἰς τὸ μοναστήριον προχωρήσει.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κανόνι μετὰ τὰ ἑξαίδεκα ἢ καὶ ἑπταεξαίδεκα ἔτη τὰς τῶν παρθένων ὁμολογίας ἐγκρίνεσθαι διατίττεται · τὰς δὲ πρὸ τῆς ἡλικίας ταύτης συγκαταθέσεις παιδικὰς ἡγεῖται φωνάς. Ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης κανὼν δεκαετῆ φησιν εἶναι δεῖν τὸν μοναχικὸν ζυγὸν ὑπερχόμενον. Καὶ μέμνηται μὲν τοῦ κανόνος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγει δὲ οἰκονομεῖν τοῦτο, ὡς τῆς Ἐκκλησίας κραταιοτέρας γινομένης, καὶ τῆς πίστεως ἐπὶ πλέον στηριζομένης, καὶ τῶν πιστῶν πρὸς τήρησιν τῶν θείων ἐντολῶν μᾶλλον ἑδραιουμένων. Κέχρηται δὲ εἰς παράδειγμα καὶ τῷ περὶ τῶν διακονισσῶν κανόνι τῆς τετάρτης συνόδου, λέγων ὅτι τοῦ θείου Παύλου ἑξήκοντα ἐτῶν τὰς χήρας καταλέγεσθαι διαταξαμένου, οἱ Πατέρες τὴν παρθένον τεσσαράκοντα ἐτῶν οὖσαν χειροτονεῖσθαι διάκονον ὥρισαν διὰ τὴν

Guill. Beveregii notæ.

(26) *Μετὰ τὸν ι' ἐνιαυτόν.* Mss. Amerbachianus legit μετὰ τὸν πέντε καὶ δεκατὸν ἐνιαυτόν. Cum autem hic de præsenti canone agatur, juxta quem quispiam post decimum ætatis annum monachus fieri potest, nostra et communis lectio retinenda est.

αὐτὴν πάντως αἰτίαν, ὡς τῆς πίστεως βεβαιοτέρας γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων προθυμοτέρων πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν· πλὴν καὶ τὸ περὶ τοῦ χρόνου τῷ τῆς χώρας ἐπισκόπῳ ἀνατίθησιν· ἵνα ἐκεῖνος σκοπῇ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τὸν μονήρη βίον αἱρουμένων, εἰ δέον αὐξηθῆναι αὐτῷ τὸν χρόνον, ἢ καὶ δεκαετῆ δεχθῆναι.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μονάζων μονάσει δεκαετής. Εἰ γὰρ « καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος τὴν ἀποχειρομένην τὸν « ἑπταεικαιδέκατον ἀνύειν χρόνον ἀπέφηνεν· ἀλλ' « ἐπεὶ, τοῦ ἀποστόλου ἐξηκονταέτη οὖσαν τὴν ἐν « Ἐκκλησίᾳ χήραν ἐγγυῶντος, οἱ Πατέρες τὴν « διακόνισσαν ἔφησαν τεσσαρακονταέτην γίνε- « σθαι, κραταιοτέρας τῆς Ἐκκλησίας γενομένης· B « καὶ ἡμεῖς ὀξυτέραν τὴν σφραγῖδα τῷ μονάζοντι « σημαινόμεθα. »

Ὁ μὲν ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὑπὲρ τὰ δεκαὲξ ἢ καὶ δεκαεπτὰ ἔτη λέγει ὀφείλειν εἶναι τὴν προσάγουσαν ἑαυτὴν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποτασσομένην τῷ γάμῳ· ἵνα αἱ ὑποσχέσεις αὐτῆς βέβαιαι ὦσι, καὶ ἀθετοῦσα ταύτας ἀπαραιτήτως κολάζηται. Τὰς γὰρ παιδικὰς φωνὰς οὐ προσήκει, φησὶ, κυρίας ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν μὴ ἧττονα τῶν δέκα ἐτῶν μονάσαι θέλοντα παραδέχεται, ἀνατιθεὶς τὴν ἐπὶ τῷ χρόνῳ δοκιμασίαν εἰς τὴν κρίσιν τοῦ ἡγουμένου, εἴπερ ἡγεῖται λυσιτελέστερον αὐξηθῆναι αὐτὸν πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ διαγωγὴν καὶ κατάστασιν. Ἐλαττοῖ δὲ τὸν χρόνον τὸν ὁρισθέντα παρὰ τοῦ C μεγάλου Βασιλείου, διὰ τὸ τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν ὁρᾶν, καὶ ἐπὶ τὰ πρόσω προβαίνουσαν καὶ προκόπτουσαν, καὶ τοὺς πιστοὺς πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἀσφαλεστέρους καὶ παγιωτέρους δείκνυσθαι. Καὶ γὰρ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ Ἐκκλησία προέκοψεν, ἠλάττωσαν οἱ ἱεροὶ κανόνες καὶ τὸν χρόνον τῆς διακονίσσης, καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι ταύτην παραδεδώκασιν· εἰ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μέλλουσαν καταλεγῆναι χήραν προστάττει.

ΚΑΝΩΝ ΜΑ'.

« Τοὺς ἐν πόλεσιν ἢ χωρίοις ἐν ἐγκλείστραις βου- « λομένους ἀναχωρεῖν, καὶ ἑαυτοῖς καταμόνας D « προσέχειν, πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι « δεῖ, καὶ τὴν ἀναχωρητικὴν παιδοτριβεῖσθαι « διαγωγὴν, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον τῷ τῆς μονῆς « ἐξάρχοντι ἐν φόβῳ Θεοῦ ὑποτάττεσθαι, καὶ τὴν « κατὰ πάντα, ὡς προσήκει, ὑπακοὴν ἐκπληροῦν « καὶ οὕτως ὁμολογοῦντας περὶ τῆς ἐν τῷ τοιού- « τῳ βίῳ προαιρέσεως, καὶ ὡς ἐξ ὅλης καρδίας « ἑκουσίως τοῦτον ἀσπάζονται, ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν « τόπον δοκιμάζεσθαι προέδρου· εἶθ' οὕτως ἐφ' « ἕτερον ἐνιαυτὸν ἐξωθεν προσκαρτερεῖν τῆς « ἐγκλείστρας, ὡς ἂν ὁ σκοπὸς αὐτῶν πλειόνως « φανερωθῇ. Τηνικαῦτα γὰρ πληροφορίαν παρ- « έξουσιν, ὡς οὐ κενὴν θηρώμενοι δόξαν, ἀλλὰ δι' « αὐτὸ τὸ ὄντως καλὸν τὴν ἡσυχίαν ταύτην διώ- « κουσι. Μετὰ δὲ τὴν τοσούτου χρόνου συμπλή-

quoque obsequii amor in humanis pectoribus radices egisset, quadragenariam virginem in album diaconissarum referri licere decreverunt. In quo tamen rem totam, quod ad ætatem attinet, episcopi arbitrio permittit; ut quicunque se monasticæ vitæ studio teneri ostenderit, num exacto decennio illico admittendum, an ætatis progressum aliquem exspectandum putet, ipse dispiciat.

ARIST. « Monachus decem annos natus vitam mo- « nasticam aget. Etiamsi enim divus Basilius « detonsam septemdecim annos transigere cen- « suerit: at quoniam Apostolus viduam sexa- « genariam Ecclesiæ desponsam tradit, Patres « diaconissam quadragenariam ordinari dixe- « runt, Ecclesia firmiori reddita; et nos quoque « citius monacho sigillum imponimus. »

Decimus quidem octavus Basilii magni canon eam, quæ se Domino offert et matrimonio renuntiat, supra sexdecim vel etiam septemdecim esse annos debere dicit: ut promissa ejus firma fiant, eaque violans inexorabiles luat pœnas. Pueriles enim voces, inquit, in hisce ratas existimare non convenit. At præsens canon eum, qui non minor est quam decem annos natus, et monachum agere cupit, admittit, de tempore examinationem præsulis judicio committens, an augeri tempus conducibilius existimet ad introductionem et constitutionem in vita monastica. Tempus autem a Basilio magno definitum minuit canon, quia Ecclesiam gratia divina potentiorem esse, et ulterius procedere et provehi, et fideles ad divinorum mandatorum observationem firmiores et stabiliores videri deprehendissent Patres. Ob eamdem enim rationem, quoniam, viz. ad melius procedit Ecclesia, sacri canones et diaconissæ tempus imminuunt, eamque cum quadraginta sit annorum ordinari statuunt; etiamsi Apostolus ipse viduam quæ in Ecclesia est eligenda sexaginta esse annorum jubet.

206 CANON XLI.

« Eos, qui in urbibus vel vicis in clausuris volunt « secedere, et sibi ipsis separatim seu in solitu- « dine mentem adhibere, prius quidem in mo- « nasterium ingredi oportet, et anachoreticam « vivendi rationem exercere, et spatio triennii « ei, qui mansioni præest, in Dei timore parere, « et obedientiam in omnibus, ut æquum est, « implere; et ita de ejus vitæ eligendæ instituto « profitentes, et quod eam ex toto corde sua « sponte amplectuntur, ab ejus loci præsule « examinari: deinde sic alio anno extra clausu- « ram fortiter se gerere, ut scopus eorum evadat « manifestior. Tunc enim plene atque perfecte « significabunt, quod non inanem gloriam ca- « pientes, sed propter ipsum revera pulchrum « ac honestum, hanc solitudinem persequuntur. « Post tanti autem temporis complementum, si

« in eodem eligendæ vitæ instituto permaneant, A « includi ipsos, et eis non amplius licere, quando « etiam voluerint, ex tali mansione egredi, nisi « propter communem utilitatem, vel aliam ne- « cessitatem ad mortem urgentem, ad id tra- « hantur, et ita cum benedictione loci illius « episcopi. Qui autem sine his jam dictis causis « ex suis habitaculis exire aggrediuntur, primo « quidem vel invitos dicta clausura coerceri, « deinde jejuniis et aliis afflictionibus ipsos « curare, scientes, quemadmodum scriptum est, « quod Nemo, qui manum aratro immisit, et « retro conversus est, est aptus regno cœlo- « rum [25]. »

BALS. Magna quædam res est, et inceptum valde audax, separatim et in solitudine quiescere ac si- lentium agere, seipsumque in exigua domuncula, tanquam toto vitæ suæ tempore mortuum, includere. Et propterea a Patribus constitutum est, ne quispiam ubilibet et quomodocunque absque diligenti investigatione includatur : sed ut is quidem, qui hoc facere voluerit, prius triennio, ei qui monasterio præest subjectum et morigerum se præbeat, et ex prioribus plene declaret, quænam futura sit in po- sterum ejus vitæ ratio, cum probatione ac exami- natione regionis illius episcopi. Deinde extra clau- suram uno adhuc anno se fortiter gerat. Quod si ne sic quidem visus fuerit, is qui includi petit, propter mores improbos hoc facere, sed propter ipsum honestum et animæ salutis desiderium, is ab episcopo includatur, ut ex clausura amplius non exeat; præterquam propter communem utilitatem, vel propter mortis periculum : adhæc, ut nec is aliter sit exiturus, quam cum episcopali permis- sione. Si autem aliter, et non propter dictas causas exierit, primum quidem vel invitus includatur, ubi prius erat : deinde et commissum ab eo delictum supplicio curetur. Neque enim is est, inquiunt, a Deo recipiendus, qui se bonum aliquod et salutare facturum professus, suorum postea promissorum pœnitentiam agit. Nota ergo ejus, qui est includen- dus, quatuor annorum probationem. In externis enim regionibus e vestigio includitur qui vult inclu- di, absque episcopali permissione et consuetis can- ticis. Nota similiter, quod sine episcopali permis- sione non licet ei, qui inclusus est, ex clausura sua egredi, etiamsi sit causa justissima, quæ ei exeun- dum esse suadeat. Eos autem, qui non sic egrediun- tur, etiam invitos ab episcopo rursus includi. Et hæc quidem decernit canon. Primum autem caput 133 Novellæ, quæ sita est in libro IV. Basilic. capite 14, hæc dicit : Statuimus neminem omnino propriam habere habitationem, neque eam quæ dicitur cellula, nisi si quis velit solus, et uno vel duo- bus fortasse utens administris, vitam in contempla-

[25] Luc. IX, 62.

« ρωσιν, εἰ τῇ αὐτῇ προαιρέσει ἐμμένοιεν, ἐγ- « κλεισθῆναι αὐτοὺς, καὶ μηκέτι τούτοις ἐξεῖναι, « ὅτε βούλονται, τῆς τοιαύτης καταμονῆς ἀφίστα- « σθαι ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν " « ἑτέραν ἀνάγκην πρὸς θάνατον αὐτοὺς βι « μένην πρὸς τοῦτο ἕλκοιντο, καὶ οὕτω μετ' ε « γίας τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου. Τῶν δὲ « εἰρημένων προφάσεων δίχα ἐγχειροῦντας ἐκ « τῶν καταγωγίων αὐτῶν ἐξιέναι, πρωτότυπως μὲν « ἄκοντας αὐτοὺς καθειργνύειν ἐν τῇ εἰρημένῃ « ἐγκλείστρᾳ, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις « σκληραγωγίαις αὐτοὺς θεραπεύειν, εἰδότες, « κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν « χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ « ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν « οὐρανῶν. »

B

ΒΑΛΣ. Μέγα τι καὶ τολμηρὸν καταμόνας ἡσυχά- σαι τινὰ, καὶ ἐν βραχυτάτῳ οἰκίσκῳ ἐγκλεῖσαι ἑαυ- τὸν ὡς τεθνεῶτα παρ' ὅλον τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον. Καὶ διὰ τοῦτο νενομοθέτηται παρὰ τῶν Πατέρων μὴ ἀπολυπραγμονήτως ἐγκλείεσθαί τινα ὁπουδήποτε ἀλλὰ τὸν βουλόμενον τοῦτο ποιῆσαι πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ παρὰ καθηγουμένῳ ὑποτάτ- τεσθαι · καὶ διδόναι πληροφορίαν ἐκ τῶν προτέρων τῆς εἰς τὸ μέλλον διαγωγῆς αὐτοῦ μετὰ δοκιμασίας τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου. Εἶτα προσκαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας καὶ ἐφ' ἕτερον ἐνιαυτόν. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτως ἀναφανῇ ὁ τὸ ἐγκλείσθαι ζητῶν διὰ φαῦλον τρόπον τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ, τὸ καλὸν καὶ δι' ἔφεσιν ψυχικῆς σωτηρίας, ἐγκλείεσθαι C τοῦτον διὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἐφ' ᾧ μηκέτι ἐξελθεῖν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν ἢ διὰ κίνδυνον θανάτου · καὶ ταύτην δὲ τὴν ἐξέλευ- σιν μὴ ἄλλως γίνεσθαι εἰ μὴ μετὰ προτροπῆς ἐπι- σκοπικῆς. Εἰ δὲ ἄλλως, καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθῃ, πρῶτον μὲν καὶ ἄκοντα ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον ἦν · εἶτα καὶ δι' ἐπιτιμίων τὸ γεγονὸς παρὰ τούτου ὀλίσθημα θεραπεύειν. Ἀνέν- δεκτος γὰρ, φασὶν, ἐστὶ τῷ Θεῷ ὁ ἐπαγγειλάμενός τι ἀγαθὸν καὶ σωτηριῶδες ποιῆσαι, καὶ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ὄπισθεν ἐκ μεταμελείας γεγονώς. Σημείωσαι οὖν τὴν τετραετίαν δοκιμασίαν τοῦ μέλλον- τος ἐγκλεισθῆναι · εἰς τὰς ἔξω γὰρ χώρας ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον ἐγκλείεται ὁ βουλόμενος δίχα ἐπι- D σκοπικῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῶν συνήθων ψαλτῳδημά- των. Ὡσαύτως σημείωσαι ὅτι χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς οὐκ ἔξεστιν ἐγκλείστῳ ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ ἐγκλειστηρίου, κἂν εὐλογωτάτη ἐστὶν αἰτία, παρα- καλοῦσα τὴν τούτου ἔξέλευσιν. Τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἐξερχομένους, καὶ ἄκοντας ἐγκλείεσθαι πάλιν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα διορίζεται. Τὸ δὲ α' κεφ. τῆς ριγ' Νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν δ', κεφ. ιθ', φησὶ ταῦτα · Θεσπίζομεν μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν, μηδὲ τὸ καλούμενον κελλίον, εἰ μή τις βούλοιτο μόνος ὢν καὶ ἐνὶ τυχὸν ἢ δύο χρώμενος ὑπουργοῖς, κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ τι καὶ ἡσυχίᾳ διαζῆν βίον· ἀλλ'

ὅλως ὄντων πλειόνων ἀνδρῶν, μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτὴν συνέλευσιν, καὶ εὐχομένων, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἔργα πραττόντων, ὁπόσα ἄμεμπτά τε καὶ ἀδιάβλητα καθέστηκε· καὶ κοινῇ μὲν, ὡς εἴρηται, σιτεῖσθαι, κοινῇ δὲ καθεύδειν, καὶ εἰ μὲν τοσοῦτον εἴη τὸ πλῆθος, ὅσον εἰς ἕνα οἶκον χωρεῖσθαι, ἐπεί τοί γε τυχὸν δύο ἢ τρεῖς οἴκους εἶναι τοὺς δεχομένους αὐτοὺς μηδένα μέντοι παντελῶς ἴδιον ἔχειν μηδὲν, ἀλλ' ἐν κοινῷ ζῆν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, ἵνα αἱ νύκτες αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ταῖς ἡμέραις ἔχοιεν παρατήρησιν· οὐ γὰρ καθεύδουσιν ἅπαντες ἀεὶ, ἀλλὰ πρόδηλον ὡς οἱ μὲν ἐν τῷ καθεύδειν εἰσὶν, οἱ δὲ ἐγρηγόρασι· καὶ πάντως ἔσονταί τινες τοὺς καθεύδοντας ἐποπτεύοντες. Εἰ δέ τινα οἰκήματά ἐστιν ἐν οἱῳδήποτε μοναστηρίῳ τῶν ὑπὸ τὸν οἰκουμενικὸν πατριάρχην ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως, ἢ τῶν ὑπὸ τὴν σὴν ὄντων ἁγιωσύνην, εἴτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς περιοικίδος, εἴτε παρ' ἡμῶν αὐτῶν ᾠκοδομημένων, ἢ παρ' ἑτέρων· ταῦτα πάντα καθαιρήσεις τρόποις ἅπασιν, ἀνοίξεις τε αὐτοῖς τὴν ἀλλήλων θέαν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ παρ' ἀλλήλων πραττόμενα. Τί γὰρ δὴ καὶ εὐλαβηθήσονται τοῦτο πράττειν, ἅπαξ ἑαυτοὺς ἀναθέντες τῷ Θεῷ, καὶ ἀπειπόντες πρὸς πᾶσαν δημώδη δίαιταν; Καὶ τοῦτο μὲν ταύτῃ κρατεῖν νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον βουλόμεθα, οὐδενὸς, ὡς εἴρηται, ἔχοντος οἴκησιν ἰδίαν, ἀλλὰ συναθροιζομένων ἁπάντων καὶ θεωμένων τὰ παρ' ἀλλήλων πραττόμενα. Πρόδηλον γὰρ ὅτι τὰ τοιαῦτα σπεύδουσιν αὐτὰ καθεστάναι, οἷα παντελῶς ἀνεπίληπτα μένει. Εἰ δέ τις ὀφθείη τοσοῦτον ἀναιδὴς, ὥστε τολμᾷν ἐπιχειρεῖν παραβαίνειν τι τῶν νενομοθετημένων, ὁ τῆς μονῆς ἡγούμενος ταῦτα ἐξεταζέτω. Βουλόμεθα γὰρ τὴν νῦν σφοδροτέραν γενέσθαι παρατήρησιν. Λέγουσιν οὖν τινες ἐναντιοῦσθαι τῷ κανόνι τὴν Νεαράν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸν μὲν κανόνα διὰ τὴν ἐγκλείστραν ἐκφωνηθῆναι, τὴν δὲ Νεαρὰν διὰ τοὺς ἔχοντας κελλία εἰς κοινόβια μοναστηρίων. Καὶ ἔστι μεγάλη διαφορὰ ἀμφοτέρων τῶν νομοθεσιῶν. Καὶ κατὰ τοῦτο οὐδὲ ἐναντιοῦνται τὰ ὁροθετηθέντα. Σήμερον δὲ εἰς μὲν τὰ γυναικεῖα μοναστήρια ἐνεργοῦσι τὰ τῆς Νεαρᾶς· εἰς δὲ τὰ ἀνδρῶα οὐδαμοῦ.

tione et silentio transigere : sed si plures omnino sint viri, unam esse eamdemque congressionem, et orantium, et naturæ opera facientium, 207 quæcunque a vituperatione ac reprehensione aliena sunt, et communiter quidem; ut dictum est, comesse, communiter autem dormire, et si sit tanta multitudo, quantam una domus comprehendat, etsi duæ sunt fortasse vel tres domus quæ eos suscipiunt, nullus tamen quidquam omnino proprium habeat, sed in communi noctu et diu vivat, ut noctes eamdem illis habeant observationem, quam dies. Non enim omnes semper dormiunt, sed clarum est, quod alii quidem dormiunt, alii vero vigilant : et erunt semper aliqui, qui dormientes observent. Si sint autem aliqua domicilia in quovis monasterio eorum, quæ sunt sub universali patriarcha hujus magnæ civitatis, vel quæ sunt sub tua sanctitate, seu in eodem circumcirca incolatu, sive quæ sunt a nobis ædificata sive ab aliis : ea omnia omnino dirues, et eis aperies sui invicem spectaculum, et videbunt omnia quæ a se invicem fiunt. Cur enim hoc facere cavebunt, cum se Deo semel dicarint, et omnem popularem vivendi rationem valere jusserint? Et hoc quidem servari volo, et nunc et in omne deinceps tempus, nullo, ut dictum est, habente propriam habitationem, sed congregatis omnibus et ea quæ a se invicem fiunt spectantibus. Clarum est enim, quod ea studebunt esse ejusmodi, ut ab omni penitus reprehensione aliena maneant. Si quis autem usque adeo impudens visus fuerit, ut eorum, quæ lege cauta sunt, transgredi aliquid conari audeat, qui illi præest mansioni hoc examinet. Volumus enim nunc acriorem fieri observationem. Dicunt itaque nonnulli Novellam canoni adversari. Mihi autem videtur quidem canon loqui de anachoretarum inclusionibus, Novella autem esse edita propter eos, qui in monasteriorum cœnobiis habent cellas. Et est magna utrarumque legum differentia : et ideo, hac ratione non repugnant quæ iis constituta sunt. Hodie autem in mulierum quidem monasteriis locum habent quæ Novella cauta sunt; in virorum autem minime.

ΖΩΝΑΡ. Σφαλερὸν ἡγήσαντο οἱ θεῖοι Πατέρες τὸ ἐκ κοσμικῆς διαγωγῆς τινας εἰς ἀναχωρητικὸν καθίστασθαι βίον, καὶ ἑαυτοὺς ἐγκλείειν βραχέσιν οἰκίσκοις, καὶ αὐτοὺς ἑαυτοῖς εἶναι καθηγητάς. Διὸ τοὺς βουλομένους τοιοῦτόν τι πρότερον εἰς ἀσκητήριον εἰσιέναι κελεύουσι, καὶ ἐπὶ τριετίαν ἐν ὑποταγῇ γίνεσθαι, οὕτω τε παιδοτριβεῖσθαι τὴν ἀναχωρητικὴν διαγωγὴν, καὶ δουλεύσαντας ἐν ὑπακοῇ ὁμολογεῖν ὅτι ὀλοψύχως αἱροῦνται τὴν ἀναχώρησιν· καὶ παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως αὐτοὺς δοκιμάζεσθαι, καὶ πάλιν ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕτερον προσμένειν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, ἵνα μᾶλλον τὸ ἀμετάθετον φανείη τῆς γνώμης αὐτῶν, οὕτω τε πληροφορήσαντες ὡς οὐ δόξης ἕρωτι ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ δι' ἀρετῆς ἐργασίαν τὴν ἡσυχίαν ζητοῦσιν, ἐγκλεισθήσονται, οὐκέτι ἐξελευσόμενοι τοῦ οἰκίσκου, εἰ μή που βιασθεῖεν ὑπ' ἀνάγκης τινὸς ὁρώσης ἢ πρὸς κοινὴν

ZONAR. Qui se ex communi vitæ consuetudine ad anachoreticum institutum subito transferunt, cellulæque angustiis inclusi facti sibi duces vivendi, degent, periculoso se negotio haud dubie committere divini Patres existimavere. Quos igitur aliquid ejusmodi animo agitare contingat, asceterium prius ingredi, ibique se tribus annis majorum imperiis obsequentes præbere jubent, ut eo pacto anachoreticæ disciplinæ præceptis imbuti, ac in exercitatione parendi multum diuque versati, remotum illud ab hominum societate vitæ genus ex animo se amplecti velle demonstrent. Tum mentem eorum ipse quoque loci antistes exploret, uniusque anni præterea spatium, probandæ magis constantiæ, extra cellæ septa exigat. Hinc ubi se non laudis humanæ studio, sed virtutis exercendæ desiderio solitudinem adamasse fidem fecerint, ita demum includi volunt,

ut omnem sibi penitus ex statiuncula sua amplius egrediendi potestatem ereptam esse intelligant : Nisi si forte necessaria causa, vel aliquid in publica totius regionis, ubi degunt, commoda futurum procurandi, vel periculum, ex quo mors fortasse impendeat, declinandi, exire compellat. Et sic porro, episcopo annuente, ipsisque benedicente, egredientur. Qui vero nulla ejusmodi causa intercedente egressi fuerint, primo vel invitos ad suas clausuras refici, deinde pœnis quoque in eos animadverti Patres jubent : ut jejuniis severioreque disciplinæ ratione exerciti, ea veluti medicina, animum levitatis inconstantiæque morbis liberare nitantur.

A ὠφέλειαν ἴσως τῆς χώρας ἐν ᾗ διάγουσιν, ἢ διὰ κίνδυνον ἴσως θάνατον ἀπειλοῦντα. Καὶ οὕτως δὲ μετὰ γνώμης καὶ εὐλογίας τοῦ ἐπισκόπου ἐξελεύσονται. Εἰ δὲ ἄλλως καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθωσι, πρῶτον μὲν καὶ ἄκοντας αὐτοὺς ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον οἱ Πατέρες ὥρισαν· εἶτα καὶ ἐπιτιμίοις αὐτοὺς ὑποβάλλεσθαι ἵνα νηστείαις καὶ σκληραγωγίαις ἑαυτοὺς θεραπεύσωσιν, ἤγουν τὸ τῆς ἑαυτῶν γνώμης εὐμετάβολον.

208 ARIST. « Qui clausuram ingressurus est, trien-
« nium in monasterio prius agat, et priusquam
« includatur alium annum transigat, et sic in-
« grediatur. Et ne egrediatur, nisi mors aut com- B
« munis utilitas cogat. »

Eum qui clausuram ingredi et sibi soli attendere cupit, oportet primo in monasterium secedere, et per triennii spatium ei, qui mansioni præest, in Dei timore subjici; et sic a loci illius episcopo propositum ejus examinari, an sua sponte et ex toto animo talem vitam amplectatur. Et si adhuc confiteatur eodem modo se eam desiderare, alio etiam anno extra claustrum patienter maneat, ut planius demonstret se non ob vanam gloriam, sed ob ipsum bonum, solitudinem perseqni; post tempus autem illud elapsum si in eadem sententia permanens inveniatur : tunc includatur, et amplius illinc non exeat, nisi forte communis utilitas proponatur, aut alia necessitas mortem ei C minata : tunc enim cum episcopi, qui loco præest, benedictione egredietur. Sine dictis autem causis si egrediatur, primo quidem etiam invitus includetur, deinde autem jejuniis et aliis tractationibus duris subjicietur, et per eas pusillanimitatis suæ medelam inveniet, sciens, juxta quod scriptum est, quod Nemo, qui manum suam aratro immisit, et retro conversus est, aptus est cœlorum regno [28].

« ΑΡΙΣΤ. Ὁ ἐγκλεισθησόμενος, τριετίαν προδιά-
« γων ἐν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ πρὸ τῆς ἐγκλεί-
« στρας ἕτερον ἐνιαυτὸν μετιών, οὕτως εἰσίτω·
« καὶ μὴ ἐξίτω, εἰ μὴ βιάζοι θάνατος, ἢ πρὸς τὸ
« κοινὸν λυσιτέλεια. »

Τὸν εἰς ἐγκλείστραν βουλόμενον εἰσιέναι, καὶ ἑαυτῷ μόνῳ προσέχειν, δεῖ πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσελθεῖν, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον ὑποταγῆναι τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι ἐν φόβῳ Θεοῦ, καὶ οὕτως ὑπὸ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ δοκιμασθῆναι, εἰ ἑκουσίως καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας τὸν τοιοῦτον βίον ἀσπάζηται. Καὶ εἰ ἐπιμένει ὁμολογῶν τοιουτοτρόπως ἐπιποθεῖν αὐτὸν, καὶ ἐφ' ἕτερον ἐνιαυτὸν προσχαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας, ὡς ἂν περισσοτέραν παρέξει πληροφορίαν, ὡς οὐ διὰ ματαίαν δόξαν τὴν ἡσυχίαν μεταδιώκει, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ καλόν· μετὰ δὲ τὴν τοῦ τοσούτου χρόνου παραδρομὴν εἰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὑρίσκεται γνώμης ἱστάμενος, ἐγκλείεσθαι αὐτὸν, καὶ μηκέτι ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι, εἰ μή που κοινὴ ὠφέλεια πρόκειται, ἢ ἑτέρα ἀνάγκη, θάνατον ἐπαπειλοῦσα αὐτῷ· τηνικαῦτα γὰρ μετ' εὐλογίας τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου ἐξελεύσεται. Ἄνευ δὲ τῶν εἰρημένων προφάσεων εἰ ἐξέλθῃ, πρῶτα μὲν ἄκων ἐγκλεισθήσεται, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις ὑποπέσῃ, καὶ δι' αὐτῶν τῆς μικροψυχίας αὐτοῦ θεραπείαν εὑρήσει, γινώσκων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. »

CANON XLII.

« Eos qui dicuntur eremitæ, qui quidem nigris
« vestibus induti et capite comati urbes obeunt,
« et cum viris laicis ac mulieribus versantur, et
« propriæ professioni faciunt injuriam, statui- D
« mus, si elegerint quidem tonsis comis reli-
« quorum monachorum amictum suscipere, eos
« in monasterio constitui, et inter fratres referri.

ΚΑΝΩΝ ΜΒ'.

« Τοὺς λεγομένους ἐρημίτας, οἵτινες μελανειμο-
« νοῦντες (27) καὶ τὰς κεφαλὰς κομῶντες πε-
« ριάγουσι τὰς πόλεις, μεταξὺ ἀνδρῶν λαϊκῶν
« καὶ γυναικῶν ἀναστρεφόμενοι, καὶ τὸ οἰκεῖον
« ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες, ὁρίζομεν, εἰ μὲν αἱ-
« ροῦνται τὰς κόμας ἀποκειράμενοι τὸ τῶν λοι-
« πῶν μοναχῶν ἀναδέξασθαι σχῆμα, τούτους ἐν

[28] Luc. ix, 62.

Guill. Beveregii notæ.

(27) *Μελανειμονοῦντες.* Hac nimirum ratione eremitæ monasticum habitum simularunt. Nam monachi olim nigris vestibus induti fuerunt, unde Pachymeres, Dionysii Areopagitæ dicti paraphrastes, ait : Μοναχικὴ τάξις μοναχῶς πολιτεύεται· τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὸ ἀμφιεννύμενον μέλαν. Idem Zosimus historicus indicat, ubi seditione adversus monachos mota omnes, quos assequi poterant, nigris vestibus indutos, interfectos fuisse tradidit. Τὴν μὲν ἐκκλησίαν ἐπλήρωσαν νεκρῶν, τοὺς δ' ἀποδράντας διώξαντες κατεκέντησαν ἅπαντας ὅσοι φαιαῖς ἔτυχον ἐσθῆσι ἡμφιεσμένοι. Zosim. *Hist.* l. v. Sic etiam S. Athanasius ad virginem Deo dicatam ait : Ὁ ἐπενδύτης σου μέλας μὴ βεβαμένος ἐν βαφῇ, ἀλλ' αὐτοφυὴς, ἰδιόχρους. Athan. *De virginit.* tom. I, p. 1050, ed. Paris. Vide et canonem 45 præsentis concilii, quo monalium μέλαν ἔνδυμα commemoratur.

« μοναστηρίῳ ἐγκαθίστασθαι, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς A « ἐγκαταλέγεσθαι (28)· εἰ δὲ μὴ τοῦτο προέ- « λοιντο, παντάπασιν αὐτοὺς τῶν πόλεων ἀπε- « λαύνεσθαι, καὶ τὰς ἐρήμους οἰκεῖν, ἐξ ὧν καὶ « τὰς ἐπωνυμίας ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο. »

« Quod si hoc non elegerint, eos omnino ex ur- « bibus expelli, et eremos habitare, ex quibus « sibi etiam denominationes confinxere. »

ΒΑΛΣ. Πολλοὶ λαοπλάνοι τὰς πόλεις περιέρχονται μελανειμονοῦντες καὶ ἀκειροκόμαι, νηστείαν καὶ ἀλουσίαν ὑποκρινόμενοι, καὶ ἀπατῶντες τοὺς ἁπλουστέρους, καὶ τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες. Καὶ οἱ μὲν ἐξ αὐτῶν μετὰ λαϊκῶν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν συνδιάγοντες, καὶ τὰς τριόδους δαιμονιώδεσι διδάγμασι καταβομβοῦντες, εὔχονται δῆθεν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ μετάνοιαν κηρύσσουσιν· οἱ δὲ λέγουσι κατ' ὁρισμὸν Θεοῦ ἐξ ἐρήμου εἰς τὰς πόλεις ἐλθεῖν, ἐφ' ᾧ προμηνῦσαί τινα μέλλοντα· καὶ ἀναιδῶς ἀγαθά τινα τοῖς ἁπλουστέροις ἐπαγγέλλονται χάριν κέρδους καὶ ἐμπορίας. Τούτων οὖν ἡ σύνοδος αὕτη διορίζεται τὰς κόμας κείρεσθαι, καὶ ἐν μοναστηρίοις εἰσάγεσθαι, ὥστε τὸν μονήρη βίον διάγειν ἐν αὐτοῖς. Εἰ δ' οὐ βούλονται τοῦτο, ἐκδιώκειν αὐτοὺς ἐκ τῶν πόλεων, ὡς ἂν ἐν ἐρήμοις διάγωσι· καὶ ἣν ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο διαγωγὴν, οὐκ ἐξ ἀληθείας, ἀλλ' ἀπὸ πλάνης καὶ τρόπου σκαιοῦ. Οὐδὲ γὰρ ᾤκησαν τὴν ἔρημον διὰ σωτηρίαν ψυχῆς, εἰ ταύτην πραγματικῶς ἐξ ἀνάγκης ἔχωσι, μὴ παραχωρούμενοι ἐν πόλεσι παραβάλλειν.

BALS. Complures populi seductores, urbes obeuntes, induuntur nigris vestibus, et sunt intonsis capillis, jejunium ac squalorem præ se ferentes, et simpliciores decipientes, ac monachalem professionem injuria afficientes. Ac nonnulli quidem eorum, una cum viris laicis mulieribusque versantes, et in triviis dæmoniacis doctrinis circumstrepentes, pro populo utique precantur, et pœnitentiam prædicant. Alii vero dicunt se Dei jussu ex solitudine in civitates venisse, ut futura quædam prædicant : et simplicioribus bona quædam impudenter pollicentur, lucri et mercimonii gratia. Hæc ergo synodus statuit, ut eis comæ tondeantur, et in monasteria introducantur, ut monasticam in eis vitam agant. Sin autem hoc nolint, ut ex urbibus expellantur, quo in eremis eam vivendi rationem persequantur, quam sibi, non ex veritate, sed ex fallacia et morum improbitate, confinxere. Neque enim in eremo propter animæ salutem habitavissent, si hanc reipsa necessario tenuissent, ad urbes accedere non concessi.

ΖΩΝΑΡ. Παλαιὰ ἡ κακία, ἥτις ταύτην ταῖς τῶν ἀνθρώπων καρδίαις τοῦ ἀρχεκάκου ἐνσπείροντος. Ἦσαν γὰρ καὶ πάλαι τινὲς, οἳ μέλανα περιβλήματα ἐνεδύοντο, καὶ τὰς κόμας οὐκ ἔκειρον, ἀλλ' εἴων εἰς βοστρύχους αὐτὰς καθισταμένας τοῖς στέρνοις αὐτῶν καὶ τοῖς ὤμοις περικεῖσθαι, καὶ οὕτω τὰς πόλεις περιέτρεχον, καὶ λαϊκοῖς ἀνδράσι συνῆσαν καὶ γυναιξὶ, τὸ μοναχικὸν ἐπάγγελμα καθυβρίζοντες. Τούτοις ἡ σύνοδος αὕτη προτάσσει τὰς κόμας κείρεσθαι, καὶ ἐν μοναστηρίοις εἰσάγεσθαι, ὥστε μοναχοῖς συνοικεῖν τε καὶ συνασκεῖν· εἰ δ' οὐ βούλονται τοῦτο, παντελῶς τῶν πόλεων ἀπελαύνεσθαι, ἵνα ἐν ἐρήμοις διάγωσιν, ἐξ ὧν τὴν ἐπωνυμίαν τὸ ἐρημῖται καλεῖσθαι ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο. Οὐ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἰσχήκασι τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ ψευδῶς ταύτην ἑαυτοῖς ἐπωνόμασαν, καὶ πλάσμα αὐτοῖς τὸ σχῆμά τε καὶ τὸ ὄνομα.

ZONAR. Antiquum hoc malum est, in hominum pectoribus ab ipso malorum omnium auctore et parente disseminatum. Olim quoque igitur non defuere, qui nigro amictu, comaque nequaquam detonsa, sed in cincinnos plexa et intorta, in pectus humerosque defluente, ita demum urbes pervolitarent, et cum laicis viris pariter ac feminis, non sine injuria monasticæ professionis ac instituti, assidue versarentur. Eos igitur homines detonsa coma in monasteria deduci, ibique cum monachis degentes eadem vitæ munia obire : quod si hoc non volunt, omnino ex urbibus extrudi, ac in eremis, 209 unde eremitarum sibi falsum nomen asciverant, relegari synodus jubet. Nec enim nomen illud ex vero ductum, sed quod sibimet ipsi falso indiderant, cum habitu mendaci nomen quoque fictum habuere.

ΑΡΙΣΤ. « Μελανείμων καὶ ἀκερσεκόμης ἐρημί- D « της, εἰ μὴ κειρόμενος ἐγκαταλέγοιτο τῷ μόνα- « στηρίῳ, τῆς πόλεως ἀπελαυνέσθω. »

ARIST. « Eremita nigris vestibus indutus, et comas « non detonsus, nisi detonsus monasterio inclu- « datur, urbe expellatur. »

Οἱ τὰς πόλεις περιτρέχοντες, ὡς δῆθεν ἐρημῖται, καὶ τὰς κεφαλὰς κομῶντες, καὶ μελανειμονοῦντες, ἢ εἰς μοναστήριον εἰσερχέσθωσαν, τὰς τρίχας κειρόμενοι, καὶ τὸ σχῆμα τῶν λοιπῶν μοναχῶν ἀναδεχόμενοι· ἢ εἰ μὴ τοῦτο αἱροῦνται, τῶν πόλεων ἀπελαυνέσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ οἰκεῖον ἐπάγγελμα καθυβρίζωσι· καὶ τὰς ἐρημίας οἰκείτωσαν, ἐξ ὧν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκτήσαντο.

Qui urbes percurrunt, ut scilicet eremitæ, et capitum comam nutriunt, et nigris induuntur vestibus, vel monasterium ingrediantur, capillos detonsi, et reliquorum monachorum habitum suscipientes, vel si hoc non elegerint, urbibus abigantur, ne professioni suæ injuriam faciant : et eremos inhabitent, e quibus et nomen sortiti sunt.

Guill. Beveregii notæ.

(28) *Καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐγκαταλέγεσθαι.* Ita quidem omnes legunt codices, præter Amerbachianum, qui legit ἐγκαταλέγεσθαι. Ut sensu sit *una fratribus includi*, viz. in monasterio, de quo hic sermo habetur.

CANON XLIII.

« Licet Christiano vitam ascetiam eligere, et rerum « ad vitam pertinentium deposita tempestate, « monasterium ingredi, atque instar monachi « tonderi, in quocunque delicto deprehensus « fuerit. Servator enim noster Deus inquit : « Eum qui venit ad me non ejiciam foras [87]. « Tanquam ergo monachali vitæ agendæ instituto « in pœnitentia nobis vitam describente, ei, qui ad « illud sincere accedit, acquiescimus ac favemus; « nec ulli ei mores impedimentum afferent, « quominus proprium scopum adimpleat. »

BALS. Ut est verisimile, prohibebantur quidam qui tonderi volebant, ad hoc inducti, vel propter suam vitæ turpitudinem sordesque ac contemptum, vel propter aliquod delictum. Dicit ergo canon, quod nullum peccatum prohibet Christianum vitam asceticam eligere, et per pœnitentiam Deum placare. Neque enim ullum est peccatum, quod Dei clementiam superet. Porro etiam Servator noster dixit : « Eum qui venit, ad me non ejiciam foras. » Et alii etiam canones dicunt Novatianorum esse, eorum qui accedunt pœnitentiam non suscipere, sed sinere eos qui offenderunt, si magnum sit aliquod delictum, profundo desperationis obrui. Patres autem id quod a se decretum est confirmantes, dicunt, quod sicut columna id, quod in ea describitur, exprimit, ita et monachica professio monachi pœnitentiam describit. Hoc autem intelligo, quando tonsuram non impedit ætas imperfecta, vel aliquid aliud rationabile. Tunc enim episcopalis examinatio id quod erit agendum excutiet, ut vult 40 canon præsentis synodi. Si vis autem scire quam multæ sint causæ, quæ hic tonderi prohibeant, lege cap. 3 tit. 1 lib. IV Basilic. a patriarcha in synopsin redactum circa medium 3 cap. undecimi tit. præsentis operis, et positum in commentario 32 cap. 9 tit. præsentis operis.

transcripta videntur. Quod veri ex eo fit similius, beri, Syntag. lit. Γ, cap. 17. Et, quod me pene
quod in Amerbachiano ms. eadem quidem legan- fugerat, hæc in ms. Amerbachiano non eodem,
tur, sed aliis plerumque verbis concepta; quæ quo in nostro loco, sed ad ipsum hujus interpre-
nihilosecius in curiosorum gratiam apponere tationis finem, sive post ἀφωνίαν εἰσπράττεσθαι,
visum est. Τὸ περὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι τὴν γυναῖκα collocari; quod tantum non indubitatum reddit ea
τοῦ χειροτονηθέντος τὸν μοναχικὸν βίον ἐλέσθαι, ab initio in textu non exstitisse, cum in diversis
συνεζητήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰσαακίῳ τῷ mss. diversa loca obtineant, nimirum prout de-
Ἀγγέλῳ κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα τῆς ε' ἰνδι- scriptoribus visum est; qui cum ea in margine
κτιῶνος παρόντων καὶ τριῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, scripta observassent, hic uni, ille alteri textus loco
τοῦ οἰκουμενικοῦ, τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύ- inseruit.
μων, καὶ μητροπολιτῶν ὡσεὶ τεσσαράκοντα, καὶ
διεγνώσθη ὀφείλειν ἀποχείρεσθαι τὴν γυναῖκα τοῦ
χειροτονηθέντος κατὰ τὸ ἀπαραίτητον· καὶ ζήτει τὸ

(42) *Ἀποκλεισθήσεται μὲν εἰς τὸ μοναστήριον.* Ms. Amerbachianus rectius legit ἐγκλεισθήσεται.

haberet. Quoniam autem per consecrationem divortium elegit, per tonsuram cogetur separationem perficere, et non ludere ubi non est ludendum. Cum laico enim habitu eam esse in monasterio, supplicii non beneficii opus est: quod ad non parvum consecrationis dedecus spectat. Quare nec vi suscipi tonsura, sed sponte ac consilio reputatur. Quod autem laicæ solum mulieres dignæ diaconissæ dignitate habeantur, verum non est. Nam et monachæ ea dignæ habebantur. Alioqui si concessum fuerit, ut cum laico habitu ingrediatur monasterium, ejus qui consecratus est uxor, juste ac probabili de causa extra quoque versari quæret, forte autem etiam cum alio viro conjungi, vel etiam cum eo, qui episcopus factus est, consuetudinem habere: quod quidem est absurdum, et contra divinorum canonum voluntatem. Nota ergo hæc omnia, et maxime propter eos qui existimant sacerdotum uxores posse etiam secundo nubere. Existimo enim, quod ab hoc canone, eis secundo nubere non permittetur. Quoniam autem in multis nomocanonis invenitur Justiniani Novella (sita in III lib. Basilic. tit. primo cap. 7, quod quidem positum est a nobis in cap. 23, primi tituli præsentis operis) quæ statuit ad episcopalem dignitatem non esse provehendum qui habet uxorem vel liberos, vel eum alioqui, qui præter hæc facit, deponendum, et frequens de ea re mentio facta est: dicimus eam novellam exolevisse, eo quod in Basilicis non ponitur; hunc autem canonem esse in usu, et secundam novellam imperatoris domini Leonis philosophi, quam lege, quæ hæc aperte decernit circa finem. Nostra igitur imperatoria, quæ ex Deo est, majestas, si mandatis divinis insistatur, id longe convenientius fore animadvertens, consonam illis profert legem; et quemadmodum ipsis videtur ad primarium sacerdotium promoveri, qui illo honore alioqui dignus sit, etiamsi liberos habeat legitimos: et ita quidem censens, ut a lege quæ contradicere ausa fuit, in audaciæ pœnam perpetuum in futurum exigatur silentium.

διὰ τὴν χειροτονίαν τὴν διάζευξιν ἠρέτισατο, ἀναγκασθήσεται διὰ τῆς ἀποκάρσεως τελειῶσαι τὸ διαζύγιον, καὶ μὴ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς. Τὸ γὰρ μετὰ λαϊκοῦ σχήματος εἶναι αὐτὴν εἰς τὸ μοναστήριον κολάσεως ἔργον ἐστὶν, οὐκ εὐεργεσίας. Ὅπερ εἰς ἀτιμίαν τῆς χειροτονίας ἀφορᾷ οὐ μικράν. Διὸ οὐδὲ λογίζεται ἀναγκαστικὴ ἡ ἀπόκαρσις, ἀλλὰ αἱρετή. Τὸ δὲ λαϊκὰς μόνας γυναῖκας ἀξιοῦσθαι διακονικοῦ ἀξιώματος οὐκ ἔστιν ἀληθές· καὶ μονάζουσαι γὰρ ἠξιοῦντο αὐτοῦ. Ἄλλως τε εἰ δοθῇ μετὰ λαϊκοῦ σχήματος εἶναι εἰς τὸ μοναστήριον τὴν τοῦ χειροτονηθέντος γυναῖκα, ζητήσει εὐλόγως καὶ ἐκτὸς διατρίβειν αὐτοῦ, ἴσως δὲ καὶ συζευχθῆναι ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἢ καὶ μετὰ τοῦ ἐπισκοπεύσαντος συγδιάγειν· ὅπερ ἄτοπον καὶ τοῖς θείοις κανόσιν ἀβούλητον. Σημείωσαι οὖν ταῦτα πάντα διὰ τοὺς ἀξιοῦντας δευτερογαμεῖν τὰς τῶν ἱερέων γυναῖκας. Νομίζω γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐ παραχωρηθήσονται δευτερογαμῆσαι. Ἐπεὶ δὲ ἐν πολλοῖς τῶν νομοκανόνων εὑρίσκεται Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος (κεῖται δὲ ἡ τοιαύτη Νεαρὰ (43) καὶ εἰς βιβλίον γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλ. α' κεφ. ζ', ὅπερ κατετέθη παρ' ἡμῶν εἰς κεφ. κγ' τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος), διοριζομένη μὴ ἀνάγεσθαι εἰς ἀξίωμα ἐπισκοπικὸν τὸν ἔχοντα γυναῖκα ἢ τέκνα, ἢ μὴν τὸν παρὰ ταῦτα χειροτονηθησόμενον καθαιρεῖσθαι, καὶ ἐλαλήθησαν τὰ περὶ τούτου πολλάκις· λέγομεν ὡς τὰ τῆς τοιαύτης Νεαρᾶς ἠπράκτησαν διὰ τὸ μὴ τεθῆναι εἰς τὰ Βασιλικὰ, καὶ ἐνεργοῦσι τὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ ἡ δευτέρα Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, ἣν καὶ ἀνάγνωθι, διοριζομένην περὶ τὸ τέλος ταῦτα ῥητῶς. Ἡ οὖν ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν, τοῦτο ἁρμοδιώτερον κατανοοῦσα τοῖς θείοις ἕπεσθαι ἐντάλμασι, σύμφωνον ἐκείνοις ἐκφέρει νόμον· καὶ ὥσπερ αὐτοῖς δοκεῖ τὸ πρὸς ἀρχιερωσύνην ἀνάγεσθαι τὸν ἄξιον τιμῆς, κἂν ὦσι γοναὶ νόμῳ τετιμημέναι· οὕτως ὁρίζουσα τὸν ἀντιφθέγγεσθαι θρασυνθέντα νόμον δίκην τῆς θρασύτητος τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον καὶ διηνεκῆ ἀφωνίαν εἰσπράττεσθαι.

ZONAR. Si quis maritus ad episcopale munus vocetur, eum non ab uxore invita divelli, sed ea consentiente et volente divortium fieri; eo vero facto, ne vel sub eodem tecto, vel in vicinis ædibus uxor habitet, sed in monasterio procul ab episcopi statione degat, hoc canone constitutum. Mutuus namque et quotidianus illorum inter se conspectus, prioris vitæ consuetudinisque memoriam renovabit, et amoris in utroque flammam accendet. Uxori vero longe, **217** inquit, agenti, episcopi cura providentiaque subveniet. Quod qui-

ΖΩΝΑΡ. Οὐκ ἀκούσῃς τῆς γυναικὸς διαζεύγνυσθαι αὐτῆς τὸν ἄνδρα βούλεται ὁ κανὼν καλούμενον εἰς ἐπισκοπὴν, ἀλλ' ἐκ συμφώνου, καὶ διαζευχθεῖσαν μὴ συνοικεῖν αὐτῷ, μήτ' ἐγγὺς τῆς ἐκείνου κατοικίας οἰκεῖν, ἀλλ' ἐν μοναστηρίῳ πόῤῥω κειμένῳ τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς. Τὸ γὰρ ἀλλήλους ὁρᾶν συνεχῶς ἀναμιμνήσκειν μέλλει πάντως αὐτοὺς τῆς προτέρας διαγωγῆς τε καὶ συμβιώσεως, καὶ ὑπεκκαλεῖν σφίσι τὸν ἔρωτα. Πόῤῥω δὲ οὖσαν προνοίας ἀπολαύειν κελεύει παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ νοητέον, ὅτε μὴ οἰκοθεν ἐκείνη δύναται εἰς τὰ ἀναγκαῖα

Guill. Beveregii notæ.

(43) *Κεῖται δὲ ἡ τοιαύτη Νεαρά.* Hic diligenter observetur vox τοιαύτη *talis*, neque enim ipsa novella ante commemorata eadem est, quæ hic in Basilicis sita dicitur, et etiamnum exstat. Istam enim diserte ait in Basilica non referri, ac proinde exolevisse. λέγομεν ὡς τὰ τῆς τοιαύτης νεαρᾶς ἠπράκτησαν διὰ τὸ μὴ τεθῆναι εἰς τὰ Βασιλικά. Quapropter sextam potius Justiniani novellam ibi intelligendam censeo, utpote secundo ipsius capite eadem jubentem, quæ Balsamon in citata contineri asserit, et in Basilicis etiam non positam, quemadmodum is de ea tradidit.

ἐπαρκεῖν ἑαυτῇ. Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ ἐπίσκοπος οὐ συγκε- A
χώρηται περαιτέρω τῶν ἀναγκαίων εἰς ἑαυτὸν δα-
πανᾶν ἐκ τῶν τῆς ἐπισκοπῆς προσόδων· καὶ τοῦτο,
ὅτε μὴ οἴκοθεν εὐπορεῖ τῶν ἀναγκαίων, πῶς οὐ μᾶλ-
λον τῇ πρώην συνοικησάσῃ αὐτῷ κωλυθήσεται χορη-
γεῖν τι ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας, δυναμένῃ πορίζεσθαι
τὰ πρὸς διοίκησιν ἄλλοθεν; Ὡς γοῦν ἐνδεεῖ κἀκείνῃ,
ὅτε μὴ ἔχει, παρέξει ἐκ τῶν τῆς ἐπισκοπῆς. Εἰ δὲ
καὶ ὁ βίος αὐτῆς σεμνὸς εἴη, καὶ τοῦ βαθμοῦ τῆς
διακονίας ἄξιος, καὶ πρὸς ταύτην προβιβασθήσεται.

dem ita est accipiendum, nisi mulieri scilicet, ex domestica istius copia, opportuna vitæ subsidia suppeditari queant. Si namque episcopo ipsi, ne sui quidem commodi causa, quidquam ex episcopatus sui proventibus, præterquam in necessarios usus, idque nisi domesticis facultatibus destituto, insumere concessum est : quanto minus illi ad uxoris relictæ subsidium derivare aliquid ex Ecclesiæ bonis, si mulieri vitæ opportunitates aliunde suppeditentur, licebit? Igitur uxori quoque, ut indigenti, cum eam cuncta defecerint, ex episcopali proventu subministrabit. Quod si etiam morum gravitate dignam se honore diaconatus exhibuerit, ad eum quoque gradum evehi fas esse decernit,

« ΑΡΙΣΤ. Ἡ διαζευχθεῖσα τοῦ ἐπισκόπου μέλλοντος
« δέξασθαι μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰσίτω πρὸς μο-
« ναστήριον, τῆς ἐπισκοπῆς πορρωτάτω, καὶ ἀπο- B
« λαυέτω τῆς προνοίας τοῦ ἐπισκόπου. »

« ARIST. Quæ a futuro episcopo separatur, post
« ordinationem monasterium ingrediatur, pro-
« cul episcopatu situm, et episcopi cura fruatur. »

Διὰ τὸ μὴ σκάνδαλον καὶ πρόσκομμα τοῖς λαοῖς εἶ-
ναι, δεῖ τὴν κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ ἀνδρὸς αὐ-
τῆς διαζευχθεῖσαν, τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν
ἀναγομένου, εἰς μοναστήριον εἰσέρχεσθαι μετὰ τὴν
χειροτονίαν αὐτοῦ, πόρρω κείμενον τῆς τοῦ ἐπισκό-
που καταμονῆς· τὴν δὲ πρόνοιαν αὐτῆς πᾶσαν γίνε-
σθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου.

Ne scandalum et offensio populo detur, oportet eam communi consensu a viro suo ad episcopatus dignitatem promoto separatam, monasterium, post ipsius ordinationem, procul ab episcopi habitatione exstructum ingredi : episcopum autem ei omnino providere.

ΚΑΝΩΝ ΜΘ'.

« Ἀνανεούμενοι καὶ τοῦτον τὸν ἱερὸν κανόνα, ὁρί-
« ζομεν, ὥστε τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια
« κατὰ γνώμην ἐπισκόπου (44) μένειν εἰς τὸ διη-
« νεκὲς μοναστήρια, καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγ-
« ματα φυλάττεσθαι τῷ μοναστηρίῳ, καὶ μηκέτι
« δύνασθαι γίνεσθαι αὐτὰ κοσμικὰ καταγώγια, C
« μηδὲ ὑπό τινος (45) τῶν ἁπάντων κοσμικοῖς ἀν-
« δράσι ταῦτα ἐκδίδοσθαι· ἀλλ' εἰ καὶ μέχρι νῦν γέ-
« γονε τοῦτο, μηδαμῶς κρατεῖσθαι ὁρίζομεν (46)·
« τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος τοῦτο πράττειν ἐπι-
« χειροῦντας ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπι-
« τιμίοις.

CANON XLIX.

« Hunc sacrum etiam canonem renovantes, decer-
« nimus, ut quæ episcopali voluntate semel con-
« secrata fuerint monasteria semper monasteria
« maneant, et res quæ ad ipsa pertinent monasterio
« serventur, et ea non possint esse amplius sæ-
« cularia habitacula, nec ab ullo sæcularibus tradi
« hominibus; sed etiam si hoc hucusque factum
« est, nequaquam servandum decernimus : eos
« autem, qui in præsentia et deinceps hoc fa-
« cere aggrediuntur, canonum quoque pœnis
« subjici. »

ΒΑΛΣ. Ὁ κδ' κανὼν τῆς δ' συνόδου παρορώμενος, ὡς ἔοικεν, ἀνανεοῦται ἀρτίως. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκείνου ἑρμηνείαν καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ιγ' κανόνος τῆς ζ' συνόδου ἀναγκαίαν οὖσαν.

BALS. Vigesimus quartus canon quartæ synodi contemptus, ut est verisimile, hic renovatur. Et lege eam quæ illic est interpretationem, et interpretationem can. 23, syn. 7 quæ necessaria est.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ κανὼν προηρμήνευται κδ' ὢν τῆς δ' συνόδου.

ZONAR. Hic canon antea interpretatus est, ut qui sit 24, syn. 4.

« ΑΡΙΣΤ. Ὅσα κατὰ γνώμην ἐπισκόπου πέπηγε
« μοναστήρια, οὐκέτι κοσμικοῖς καταγώγια γίνε- D
« ται, οὐδὲ κοσμικοῖς ἀνδράσιν ἐκδίδοται. »

« ARIST. Quæcunque episcopi sententia exstructa
« sunt monasteria, ne sæcularibus postea fiant
« habitacula, nec hominibus sæcularibus elo-
« centur. »

Τὰ αὐτὰ τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλ-
κηδόνι συνόδου καὶ ὁ κανὼν οὗτος λέγει. Ὁ δὲ τέταρ-
τος κανὼν τῆς αὐτῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κωλύει

Eadem quæ vicesimus quartus synodi Chalcedonensis, etiam hic can. dicit. Cæterum quartus ejusdem synodi Chalcedonensis can. prohibet exstrui

Guill. Beveregii notæ.

(44) *Κατὰ γνώμην ἐπισκόπου.* Codex Amerbachianus hæc et sequentia sic legit, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου μένειν αὐτὰ διηνεκῶς μοναστήρια.

(45) *Μήτε δὲ ὑπό τινος.* Voces μήτε δὲ in ms. Amerbachiano desiderantur. Sed sensui necessaria sunt.

(46) *Μηδαμῶς κρατεῖσθαι ὁρίζομεν.* In ms. Amerbachiano rectius legitur κρατῆσαι, neque enim verbum istud in voce passiva hoc sensu usurpatur. De iis autem, quæ obtinere hic præcipitur, videsis synodalem decisionem Sergii patriarchæ Constantinopolitani περὶ δωρεῶν καὶ ἀποδόσεων τῶν μοναστηρίων ἢ φροντιστηρίων, in *Juris Græco-Romani* lib. III, p. 203, ubi etiam hic ipse canon citatur.

monasterium, sine ejus qui loco præest episcopi voluntate.

CANON L.

« Nullus sive laicus sive clericus, ab hoc deinceps « tempore alea ludat. Si quis autem hoc facere « deprehensus fuerit, si sit quidem clericus, « deponatur : sin laicus, segregetur. »

BALS. Eos qui ludunt alea cessare, vel deponi ac segregari, in 42 canone et in 43 sanctorum apostolorum scriptum est. Præsens autem canon decernit, ab hoc tempore sacerdotes, qui alea ludunt, deponi, et laicos segregari. Lege et 27 cap. et 39, 9 tit. præsentis operis, et quæ in iis scripta sunt. Quæritur autem, cum præsens canon non decernat consequenter apostolicis canonibus, eos qui alea ludunt post **218** denuntiationem puniri, quemnam sequi debeamus ? Et mihi quidem videntur esse sequendi apostolici canones, utpote humaniores, et quod præsens synodus in ejus 9 canone de clerico, qui cauponatoriæ officinæ præest, statuens, non eum ex eo ipso punit, sed dicit, Vel cesset, vel deponatur.

ZONAR. Hoc ludi genus 42 et 43 apostolici canonis decreto interdictum reperias.

ARIST. « Nec laicum alea ludere oportet. » *Perspicuus.*

CANON LI.

« Omnino prohibet hæc sancta et universalis sy- « nodus, eos qui dicuntur mimi, et eorum spe- « ctacula, deinde venationum quoque specta- « tiones, easque quæ fiunt in scena saltationes « perfici. Si quis autem præsentem canonem « contempserit, et se alicui eorum quæ sunt « vetita dederit, si sit quidem clericus, depona- « tur : si vero laicus segregetur. »

BALS. In 24 canone præsentis synodi plurima scripsimus de equorum curriculis, venationibus et reliquis spectaculis : quinetiam de mimis et saltationibus in scena, et lege ea. Interrogaverit autem quispiam, cur ille quidem canon statuit, sacris initiatos et monachos, qui in equorum curriculis vel ludis thymelicis seu scenicis versantur, cessare vel deponi : præsens autem canon dicit indistincte, eos qui hujusmodi rebus se dedunt, si sint quidem clerici, deponi, si laici vero, segre-

A τὸ κτίζεσθαι μοναστήριον ἄνευ βουλῆς τοῦ κατὰ τόπον ἐπισκόπου.

ΚΑΝΩΝ Ν'.

« Μηδένα τῶν ἁπάντων εἴτε λαϊκῶν εἴτε κληρικῶν « κυβεύειν ἀπὸ τοῦ νῦν. Εἰ δέ τις τοιοῦτο φωρα- « θείη πράττων, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεί- « σθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ μβ' καὶ ἐν τῷ μγ' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων γέγραπται τοὺς κυβεύοντας παύεσθαι, ἢ μὴν καθαιρεῖσθαι ἢ ἀφορίζεσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι τοὺς ἱερωμένους κυβεύοντας, καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. κζ' καὶ λθ' τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν τούτοις γραφέντα. Ζητεῖται δὲ, ὡς τοῦ παρόντος κανόνος μὴ διοριζομένου ἀκο- B λούθως τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι μετὰ παραγγελίας κολάζεσθαι τοὺς κυβεύοντας, τίνι προσέχειν ὀφείλο- μεν. Καὶ τέως ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς κα- νόσιν, ὡς καὶ φιλανθρωποτέροις, καὶ ὅτι ἡ παροῦσα σύνοδος, ἐν κανόνι αὐτῆς ἐννάτῳ περὶ κληρικοῦ προϊ- σταμένου καπηλικοῦ ἐργαστηρίου διατατομένη, οὐκ ἀπεντεῦθεν τοῦτον κολάζει, ἀλλά φησιν, Ἢ παυσά- σθω, ἢ καθαιρείσθω.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ μβ' καὶ ὁ μγ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τοῦτο κωλύουσιν.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐδὲ τὸν λαϊκὸν κυβεύειν δέον. » *Σα- φῆς.*

ΚΑΝΩΝ ΝΑ'.

« Καθόλου ἀπαγορεύει ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ « σύνοδος τοὺς λεγομένους μίμους καὶ τὰ τούτων C « θέατρα, εἶτά γε μὴν καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεώ- « ρια (47), καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις (48) ἐπι- « τελεῖσθαι. Εἰ δέ τις τοῦ παρόντος κανόνος κατα- « φρονήσοι, καὶ πρός τι ἑαυτὸν τῶν ἀπηγορευμένων « τούτων ἐκδῷ· εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεί- « σθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κδ' κανόνι τῆς παρούσης συνόδου ἐγράψαμέν τινα διάφορα χάριν τῶν ἱπποδρομιῶν, τῶν κυνηγίων, καὶ τῶν λοιπῶν θεωριῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τῶν μίμων καὶ τῶν ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεων, καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα. Ἐρωτήσει δέ τις, διὰ τί ἐκεῖνος μὲν ὁ κανὼν διορίζεται τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς μοναχοὺς, τοὺς ἀσχολουμένους ἐν ἱπποδρομίαις ἢ θυμελικοῖς παιγνίοις, παύεσθαι ἢ καθαιρεῖσθαι· ὁ δὲ D παρὼν φησιν ἀδιαστίκτως τοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα ἐκδόν- τας ἑαυτοὺς, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι,

Guill. Beveregii notæ.

(47) *Καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεώρια.* Harmenopulus hunc canonem his verbis contrahit : Ὡσαύτως καὶ ὁ ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς μίμοις καὶ θεάτροις καὶ τοῖς τῶν κυνηγίων θεωρίοις καὶ ταῖς ἐπὶ σκηναῖς ὀρχήσεσιν. *Similiter et qui seipsum dat mimis, ac theatris, et venationum spectaculis, et scenicis saltationibus,* ubi scholiastes ad ista verba κυνηγίων θεωρείοις, hæc observat : Ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν πόλεων θηρία ἐτρέφετο, λέοντες καὶ ἄρκτοι, καὶ κατά τινας καιροὺς ἐξήγοντο εἰς τὸ θέατρον· καὶ τοτὲ μὲν ταύροις ἐμάχοντο, ποτὲ δὲ ἀνθρώποις, αἰχμαλώτοις τυχὸν ἢ κατακρίτοις, καὶ ἦσαν ταῦτα τοῖς θεωμένοις καθ' ἡδονήν· τοῦτο οὖν ὁ κανὼν κωλύει, οὐ τὸ διὰ κυνῶν ἢ ἄλλως θηρεύειν. *In maximis urbibus alebantur bestiæ, puta leones et ursi, certisque temporibus in theatrum educebantur : ac nonnunquam sane cum tauris pugnabant, nonnunquam cum hominibus, captivis forte aut damnatis, atque hæc spectatoribus voluptati erant. Istud igitur hic canon prohibet, non venationem, quæ sit cum canibus, aut aliter.* Harmenop. Epit. can. sect. 5, tit. 3. Hæc autem ex Zonaræ scholiis excerpta videntur.

(48) *Τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις.* Codex Amerbachianus legit τὰς ἐπὶ σκηνῶν, sed non modo reliqui omnes codices, verum etiam scholiastes omnes legunt σκηνῆς.

λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι; Λύσις. Ἕτερόν ἐστι φορητότερον τὸ ἀνιέναι τινὰς εἰς ἱπποδρομίας ἔστιν ὅτε, ἢ ἐπὶ θυμελικοῖς παιγνίοις ἁλῶναι· καὶ ἕτερον ἀσύγγνωστον τὸ ἐκδοῦναι ἑαυτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχειν διηνεκές. Ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἐφάπαξ μετὰ προσοχῆς ἁμαρτάνοντες ἐπιφωνοῦνται παύσασθαι, εἰ μὴ θέλουσι καθαιρεθῆναι· οἱ δὲ καταχρώμενοι τῷ κακῷ, κληρικοὶ μὲν ὄντες, ἀπενεχθῆναι καθαιροῦνται, λαϊκοὶ δὲ, ἀφορίζονται. Ἴσο δὲ εἰδὼς ὡς, εἰ καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κανόνι ἐγράψαμεν τὰ παρά τινων λεγόμενα, χάριν τοῦ μὴ κωλύεσθαι τὰς σήμερον τελουμένας ἱπποδρομίας, ἀλλά γε τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις καὶ τὰ ἐπὶ θυμέλης τῶν μίμων θεώρια ἀδιαστίκτως κολάζεσθαι πάντες λέγουσι, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κανόνων. Κυνηγίων δὲ θεώρια λέγει ὁ κανὼν τὰς θηριομαχίας· αὗται δὲ κωλύονται· οὐ μὴν τὰ λαγωκυνήγια. Ἔοικε δὲ διὰ τὰ τῶν τοιούτων κανόνων ἐπιτίμια ἐπινοηθῆναι τὰ βασιλικὰ παίγνια· τὸν κοντοπαίκτην δηλαδὴ, τὸν Μάρωνα, τὸν Ἀχιλλέα (49), τὴν Ὀκτώηχον, καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς μὴ διάχυσιν καὶ γέλωτα ἄσεμνον ἐμποιοῦντα τοῖς βλέπουσιν.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς πιστοὺς ἡ ἀκρίβεια τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας μὴ ἀνειμένως καὶ διακεχυμένως βιοῦν βούλεται, ἀλλ' ὡς πρέπει ἁγίοις. Διὰ τοῦτο οὖν ὁ κανὼν οὗτος ὅσα διάχυσιν τῇ ψυχῇ ἐμποιοῦσι παρὰ τὸ ἀναγκαῖον, ἐκλύουσί τε καὶ χαυνοῦσι (50) τὸν τόνον αὐτῆς, καὶ πρὸς γέλωτας βρασματώδεις παρακινοῦσι καὶ καγχασμοὺς, ἀπηγόρευσεν, οἷά εἰσι τὰ τῶν μίμων, οἱ ποτὲ μὲν Ἀραβίτας μιμούμενοι, ποτὲ δὲ Ἀρμενίους, ποτὲ δὲ δούλους, ἐνίοτε δ' ἕτερ' ἄττα τοῖς ἐπὶ κόρρης ῥαπίσμασι καὶ ψοφήμασι, γέλωτας ἀπρεπεῖς κινοῦσι, καὶ οἷον ἐκβακχεύουσι τοὺς ἀφελεστέρους ἢ ἀπροσεκτοτέρους. Τὰ δὲ τῶν κυνηγίων θεώρια οὐ τὸ θηρεύειν διὰ τῶν κυνῶν ἢ ἄλλως ἐστί. Τοῦτο γὰρ οὐ θεώριον, ἀλλ' ἔργον ἐστίν. Ἐν ταῖς πόλεσι δὲ ταῖς μεγίσταις θηρία ἐτρέφοντο λέοντες καὶ ἄρκτοι, καὶ κατά τινας καιροὺς ἐξήγοντο εἰς τὰ θέατρα, καὶ ποτὲ μὲν ταύροις ἐμάχοντο, ποτὲ δὲ καὶ ἀνθρώποις, αἰχμαλώτοις τυχὸν ἢ καταχρίτοις, καὶ ἦσαν ταῦτα τοῖς θεωμένοις πρὸς ἡδονήν. Ταῦτα δὲ ἀπαγορεύει γίνεσθαι ὁ κανὼν, ὡς ὠμότητα κατηγοροῦντα τῶν θεωμένων, καὶ τὰς ἑτέρων συμφορὰς χαρμονὰς οἰκείας λογιζομένων. Καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς δὲ ὀρχήσεις κωλύει. Σκηνὴ δέ ἐστιν ἡ προσποίησις καὶ ὑπόκρισις, ὅθεν καὶ σκηνικοὶ λέγονται οἱ ὑποκρινόμενοι, καὶ ἀπεικάζοντες ἑαυτοὺς ποτὲ μὲν δούλοις, ποτὲ δὲ δεσπόταις, ποτὲ δὲ στρατηγοῖς καὶ ἄρχουσιν. Ὥσπερ οὖν ταῦτα ἐκώλυσεν ὁ κανὼν διὰ τῶν μίμων, οὕτω καὶ

A gari? Solutio. Alterum est tolerabilius, ascendere quandoque aliquem ad equorum curricula, aut in ludis scenicis deprehendi: alteri autem venia dari non potest, si quis ejusmodi rebus se dediderit, et hoc opus perpetuo exerceat. Unde, qui semel quidem, prudentesque ac scientes peccant, ut cessent admonentur: si nolint, deponuntur. Qui autem malo utuntur, si sint quidem clerici, ex eo deponuntur: si autem laici, segregantur. Scias autem, quod etiamsi in illo canone scripsimus quæ a nonnullis dicuntur, quod non prohibentur qui hodie fiunt equorum cursus: sed tamen scenicas saltationes, et mimorum in thymele spectacula, indistincte prohiberi omnes asserunt ex utrisque canonibus. Venationum autem spectationes vocat canon, bestiarum pugnas, eæ enim prohibentur, non tamen et leporum venationes. Propter horum autem can. pœnas videntur esse excogitati ludi imp. contopæctes scilicet, Maro, Achilles, Octoechus et cæteri, ut qui spectantibus dissolutionem et immodicum risum non movent.

ZONAR. Non remisse aut dissolute vitam instituere, sed eam quæ sanctos viros decet morum integritatem ac severitatem tueri, ex præscripto evangelicæ disciplinæ fideles jubentur. Igitur ea omnia, per quæ animus minime necessaria remissione laxari, ejusdemque contentio dissolvi potest, undeque risus immodici et cachinnationes exsistunt, vetita hujus canonis decreto atque interdicta fuere. Sunt ejus generis mimorum ludicræ artes, qui nunc Arabas, nunc Armenios, nunc servi personam, nunc alia quædam imitatione effingentes, colaphis sibi vicissim impactis strepituque incomposito risus inconditos movent, rudiorumque proinde simplices animos quodam quasi furore percellunt. Venationum vero spectacula, quæ hic prohibentur non ea intelligenda sunt, cum feræ canum ministerio, aut alia simili ratione captantur; nec enim spectaculi vicem, sed actionis potius cujusdam ea res obtinet. Verum in magnis urbibus feræ bestiæ, leones nimirum ursique, alebantur, quæ quidem, cum statis temporibus producerentur in theatrum, ibique vel cum tauris, vel etiam cum hominibus, aut captivis aut rei capitalis damnatis, committerentur, plures eo aspectu oblectari soliti sunt. **219** Ea igitur spectacula, quippe sævitiæ astantium argumenta, qui aliena clade ad suas ipsi voluptates abuterentur, edi vetat canon. Saltationes quoque in scenis exhi-

Guill. Beveregii notæ.

(49) *Τὸν Ἀχιλλέα.* Ita quidem omnes nostri mss. una cum impressis codicibus legunt; sed Joannes Meursius in *Glossario Græco Barbaro* in voce Μάρων, ubi hunc Balsamonis locum citat, pro Ἀχιλλέα, legit ἀγχίαλλον. Et ne quis erratum typographicum esse suspicetur, ipsam vocem ἀγχίαλλος *lusus genus* interpretatur; sed alium non affert locum ubi occurrit, præter hunc Balsamonis, quem sub manibus habemus. Unde autem hanc lectionem hauserit me latet: sed ex ms. aliquo eam desumptam esse ex eo colligimus, quod hic locus inter ea recenseatur, quæ ipse ex auctoribus Græcis hactenus non editis se collegisse refert.

(50) *Ἐκλύουσί τε καὶ χαυνοῦσι.* Ms. Amerbachianus legit ἐλκύουσι καὶ χαυνοῦσι. Editio Parisiensis ἐκλύουσί τε χαυνοῦσι particula καὶ male omissa.

beri solitas damnat. Scena porro assimulatio atque imitatio quædam est, unde scenici histriones dicuntur, qui servos aut dominos, nonnunquam exercituum ductores pe principes viros agendo imitantur. Ut ergo ista mimorum appellatione, ita scenicas saltationes, sive a viris incomposito ac turpi motu inter saltandum lascivientibus, sive a feminis ad libidinem spectatores provocantibus, volnere. Cujus quidem auctoritate neglecta, si quis ad eo, quæ hic vetita sunt animum adjunxerit, depositione clericos, laicos vero segregatione mulctandos esse decernit.

ARIST. « Nec histrionem agere, nec spectaculis « et venationibus indulgere : segregatur enim. « Clericus autem deponitur. »

Etiam laici Christiani religiose vitam agere admonentur. Propterea canon eos, qui ex illis alea ludunt, vel saltationes in scena peragunt, vel histriones facti sunt, et ad spectaculum homines congregant, aut in venationibus sunt occupati, excommunicat. Clericos autem, si qui ex iis quæ prohibentur fecerint, deponit.

CANON LII.

« In omnibus sanctæ Quadragesimæ jejunii diebus, « præterquam Sabbato et Dominica et sancto « Annuntiationis die, fiat sacrum præsanctifi- « catorum ministerium. »

BALS. Statutum est ut jejuniorum dies, luctus et compunctionis dies sint, ad sua uniuscujusque expianda peccata. Deo autem sacrificium offerre, est festum celebrare. Festus autem dies nihil est aliud quam gaudium. Quomodo ergo potest quis simul et mœrere et lætitia diffundi ? Et ideo statuerunt Patres non fieri sacrificium tota Quadragesima, præterquam Sabbato et die Dominico et die Annuntiationis. In his enim festum agere, non deflere, vel jejunare vel genu flectere, jussimus. Præsanctificatorum autem ministerium incruentum sacrificium non dicimus, sed oblationem prius oblati et perfecti sacrificii sacrique mysterii. Existimo autem, quod quæ accuratam rationem sequuntur monasteria, propter præsentem canonem, ante Quinquagesimam canunt et legunt ea-

Τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις, εἴτε δι' ἀνδρῶν γίνοιντο ἀπρεπῶς λυγιζομένων καὶ ἀσχημονούντων ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι, εἴτε διὰ γυναικῶν εἰς ἀχολασίαν τοὺς ὁρῶντας ἐκκαλουμένων. Τοῖς δὲ μὴ φυλάσσουσι τὸν κανόνα, ἀλλ' ἐκδιδοῦσιν ἑαυτούς; δι' αὐτοῦ ἀπαγορευθεῖσι, κληρικοῖς μὲν οὖσι, καθαίρεσιν ἐπάγει, λαϊκοῖς δὲ, ἀφορισμόν.

exerceantur, eodem hoc canone sublata esse

ΑΡΙΣΤ. « Οὔτε μίμον εἶναι, οὔτε θεάτρων καὶ κυ- « νηγίων ἀνίχεσθαι· ἀφορίζεται γάρ. Ὁ δὲ κλη- « ρικὸς καθαιρεῖται. »

Καὶ οἱ λαϊκοὶ Χριστιανοὶ ὄντες σεμνῶς ἀναστρέφεσθαι προτρέπονται. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ κανὼν τοὺς κυβεύοντας ἐξ αὐτῶν, ἢ ὀρχήσεις ἐπὶ σκηνῆς ἐπιτελοῦντας, ἢ μίμους γινομένους, καὶ πρὸς θέαν ἀνθρώπους ἐπισυνάγοντας, ἢ πρὸς κυνηγέσια ἐνασχολουμένους, ἀφορίζει. Κληρικοὺς δὲ, εἴ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιήσουσι, καθαιρεῖ.

ΚΑΝΩΝ ΝΒ'.

« Ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς τῶν « νηστειῶν ἡμέραις παρεκτὸς Σαββάτου καὶ Κυ- « ριακῆς καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἡμέ- « ρας γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λει- « τουργία. »

ΒΑΛΣ. Αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι πένθους εἶναι ἐτάχθησαν, καὶ κατανύξεως; εἰς ἐξίλασμα τῶν ἑκάστου σφαλμάτων. Τὸ δὲ προσάγειν τῷ Θεῷ θυσίαν πανηγυρίζειν ἐστί. Τὸ δὲ πανηγυρίζειν οὐδέν τι ἄλλο ἐστὶν ἢ χαρμονή. Πῶς οὖν ἐν ταὐτῷ δύναταί τις πενθεῖν καὶ διαχεῖσθαι; Διὰ τοῦτο ὥρισαν οἱ Πατέρες μὴ γίνεσθαι θυσίαν δι' ὅλης τῆς Τεσσαρακοστῆς; ἀνευ Σαββάτου καὶ τῆς ἡμέρας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ. Ἐν ταύταις γὰρ πανηγυρίζειν, ἀλλ' οὐ πενθεῖν ἢ νηστεύειν, ἢ γόνυ κάμπτειν, προστετάγμεθα. Τὴν δὲ λειτουργίαν τῶν προηγιασμένων ἀναίμακτον θυσίαν οὐ λέγομεν, ἀλλὰ προσαγωγὴν τῆς ἤδη προσαχθείσης καὶ τελεσθείσης θυσίας καὶ τελείας ἱεροτελεστίας. Νομίζω δὲ ὅτι καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν μοναστηρίων διὰ τὸν παρόντα κανόνα πρὸ τῆς Τυροφάγου (51) ψάλλουσι καὶ ἀναγινώσκουσι τοὺς

Guill. Beveregii notæ.

(51) *Πρὸ τῆς Τυροφάγου.* Gentianus Hervetus vertit, *ante Septuagesimam*, sed male. Græci enim Dominicam Septuagesimam Κυριακὴν τοῦ ἀσώτου non τῆς τυροφάγου vocant. Sed Κυριακὴ τῆς τυροφάγου illis eadem est, quæ Latinis *Quinquagesima* dicitur, et Quadragesimam proxime præcedit, a qua etiam præcedens hebdomas τῆς τυροφάγου denominatur. Græci enim aliter ac Latini has hebdomadas computant; apud hos feriæ cujusvis ex his hebdomadis a præcedente, apud illos a subsequente Dominica nomina sortitæ sunt : ut hebdomas Quinquagesimæ Latinis ea est, quæ Quinquagesimam sequitur ; sed hebdomas τῆς τυροφάγου Græcis ea est, quæ eamdem Dominicam præcedit, ac propterea eadem, quæ Sexagesimæ Latinis dicitur, proxima die post Dominicam Sexagesimæ incipiens, et in nostram Quinquagesimam desinens, quæ proin Κυριακὴ τῆς τυροφάγου dicitur. Et quidem ex hoc ipso Balsamonis loco Quinquagesimam hic intelligendam esse, quemadmodum nos transtulimus, clare satis evincatur. Asserit enim Balsamon monasteria, quæ accuratam sequuntur rationem, hujus ipsius canonis auctoritate ducta canere, et canones atque martyria festorum, et sacrarum memoriarum, quæ tota Quadragesima proveniunt, legere πρὸ τῆς τυροφάγου. Hoc est, quoniam Quadragesima currente hæc facere non licet, ideoque ea proxime ante Quadragesimam celebrant; quod πρὸ τῆς τυροφάγου aperte indicat, cum Κυριακὴν τῆς τυροφάγου Græcis Quadragesima statim subsequatur. Quare autem ea, quæ in ipsa Quadragesima proveniunt, ante Septuagesimam fierent, nulla ratio assignari potest. Ex eo igitur, quod ea πρὸ τῆς Τυροφάγου celebrari affirmat, eam Quinquagesimæ nostræ respondere constat. Adeo ut, quæ Balsamon hic πρὸ τῆς τυροφάγου facta dicit, ea in hebdomade ante Quinquagesimam nostram facta videantur : siquidem ipsa Κυριακὴ τῆς τυροφάγου hic intelligitur.

κανόνας καὶ τὰ μαρτύρια τῶν κατὰ τὴν ὅλην Τεσσαρακοστὴν προβαινουσῶν ἑορτῶν καὶ μνημῶν ἁγίων. Σημείωσαι οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι κυρίως μία ἐστὶ Τεσσαρακονθήμερος (52). Εἰ γὰρ ἐπεγινώσκετο καὶ ἑτέρα, ὡρίσθη ἂν καὶ ἐν ἐκείνῃ μὴ γίνεσθαι τὴν ἱερατελεστίαν διὰ τελείας θυσίας, ἀλλὰ διὰ προηγιασμένων, καθὼς ὡρίσθη τοῦτο γίνεσθαι καὶ ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τοῦ μεγάλου Πάσχα.

ΖΩΝΑΡ. Αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι πένθους εἶναι ἐτάχθησαν, καὶ κατανύξεως εἰς ἐξίλασμα τῶν ἑκάστου σφαλμάτων. Τὸ δὲ τῷ Θεῷ προσάγειν θυσίας πανηγυρίζειν ἐστί· τὸ δὲ πανηγυρίζειν χαρμονῆς ἐστι. Καὶ πῶς ἐν ταὐτῷ τις πενθεῖν δύνατο καὶ διαχεύσθαι; Διὰ τοῦτο ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέραις ἡ τῶν προηγιασμένων γίνεται λειτουργία, οὐ τότε γινομένης τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἀλλὰ τῆς ἤδη προσαχθείσης καὶ τελεσθείσης αὖθις προσαγομένης· κατὰ δὲ τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακὰς, ἐπεὶ ἐν ταύταις νηστεύειν ἀπηγόρευται, ἀνδίδοται καὶ θυσίαν προσφέρειν καὶ τελείαν λειτουργεῖν λειτουργίαν. Ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ. Τιμῶμεν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀρχὴν καὶ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ πανηγυρίζομεν ἐν αὐτῇ. Διὸ οὐδὲ μνήμας ἁγίων ἐπιτελεῖν συγχωρῆται ἐν ταῖς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, εἰ μὴ ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ, κατὰ τὸν νδ' κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου. Καὶ αἱ μνῆμαι γὰρ τῶν ἁγίων χαρμόσυνοι. Ἐν δὲ ταῖς τῶν νηστειῶν ἡμέραις πενθεῖν, ἀλλ' οὐ χαίρειν χρεών.

ΑΡΙΣΤ. « Δι' ὅλης τῆς Τεσσαρακοστῆς δίχα « Κυριακῆς καὶ Σαββάτου καὶ τῆς ἡμέρας « τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τὰ προαγιασθέντα προσ- « άγεται. »

Ἡ αἰτία δι' ἣν ἐν ὅλῃ τῇ Τεσσαρακοστῇ ἄνευ Σαββάτου καὶ Κυριακῆς καὶ τῆς ἡμέρας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἄρτος οὐ προσφέρεται, ἀλλὰ προηγιασμένα τελοῦνται, ἐγράφη κατὰ τὸ ἡμῖν ἐγχωροῦν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

ΚΑΝΩΝ ΝΓ'.

« Ἐπειδὴ μείζων ἐστὶν (53) ἡ κατὰ τὸ πνεῦμα

Guill. Beveregii notæ.

(52) *Κυρίως μία ἐστὶ τεσσαρακονθήμερος.* Ms. Amerbachianus legit, κυρίως μία ἐστι νηστεία τεσσαρακονθήμερος, *proprie unum est jejunium quadragesimale* ; nimirum quod ante paschalem celebritatem peragitur. Hoc ex præsenti canone colligit, quippe in quo unius solius τεσσαρακοστῆς facta est mentio; et si altera fuisset, præsanctificata etiam in ea celebrari hic cautum esset. his autem nequaquam assentiri possum, qui ex his Balsamonis verbis concludunt, nullum aliud quadragesimale jejunium præter Paschale a Græcis tunc temporibus observatum esse ; nam contrarium potius ex his verbis conficitur. Ex eo enim, quod dicit unum solum κυρίως *proprie* quadragesimale esse, aperte indicat, aliud tunc dierum fuisse, sed quod improprie isto nomine appellare-

A nones, et martyria festorum et sacrarum memoriarum, quæ tota Quadragesima proveniunt. Nota autem ex hoc canone, quod proprie una est Quadragesima. Si enim alia esset, cautum fuisset, ne in illa fieret sacrum mysterium per perfectum sacrificium, sed per præsanctificata, sicut etiam cautum est, ne fiat in magni Paschæ Quadragesima.

ZONAR. Jejuniorum tempora mœrori potissimum dicata, expiandisque intimo animi dolore cujusque criminibus constituta sunt. Deo porro sacrificare festivæ celebritatis est, ea vero celebritas hilaritatis atque lætitiæ. At quo pacto quispiam et mœrere potest et gaudio simul effundi? Proinde aliis quidem Quadragesimæ diebus celebrari ex præsanctificatis sacra mysteria consuevere, neque ullus tunc quidem sacrificii incruenti usus admittitur, sed eorum, quæ jam consecrata semel atque altari admota sunt, oblatio iteratur, Sabbatis vero ac Dominicis diebus, per quos exerceri jejunia leges haud sivere, et sacrificium offerre, et undique suis partibus absolutum liturgiæ munus exhibere concessum est. Similiter et Annuntiationis die. Eam enim, ut principium caputque salutis nostræ, veneramur, festumque in ea celebramus. Atque id etiam causæ fuit, cur sanctorum quoque memoriam publice colere, quotiescunque jejunii tempora inciderint, Sabbatis Dominicisque diebus exceptis, 51 Laodic. syn. can. vetitum sit. **220** Habet siquidem sanctorum commemoratio jucunditatem et lætitiam. Jejunii vero dies non gaudio, sed luctu transigi par est.

ARIST. « Per totam Quadragesimam, præterquam « Dominica, Sabbato et Annuntiationis die, « præsanctificata offeruntur. »

Ratio quare tota Quadragesima, præterquam Sabbato, Dominica et die Annuntiationis, panis non offertur, sed præsanctificata celebrantur, descripta est, quantum nobis licuit, in quadragesimo nono synodi Laodicensis canone.

CANON LIII.

« Quoniam spiritualis affinitas corporum conjun-

D tur. Et præterea, si nullum aliud fuisset, superflua esset hæc Balsamonis observatio. Quorsum enim observaret unum proprie ita dicendum esse, si nullum aliud ita dictum fuerit? aliud itaque satis clare innuit. Utrum illud jejunium adventus sive Natalis Domini quadragesima fuerit, alii viderint.

(53) *Ἐπειδὴ μείζων ἐστί.* Demetrius Chomatenus archiepiscopus Bulgariæ ex hoc canone probat, eosdem gradus, quantum ad matrimonium, in spirituali hac cognatione atque in naturali consanguinitate observandos esse. Canone enim citato hæc dicit, ὅτι τοίνυν ὁ παρὼν κανὼν μείζονα καλεῖ τὴν πνευματικὴν συγγένειαν παρὰ τὴν σαρκικὴν, ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ διὰ ταύτης συνδεδέντες εἰς τοσούτους βαθμοὺς συντηρεῖν τὸ ταύτης σεβά-

« ctione major est, in nonnullis autem locis
« cognovimus quosdam, qui ex sancto et salu-
« tari baptismate infantes suscipiunt, postea
« quoque cum matribus illorum viduis matri-
« monium contrahere: statuimus, ut in poste-
« rum nihil fiat ejusmodi. Si qui autem post
« præsentem canonem hoc facere deprehensi
« fuerint, ii quidem primo ab illicito istiusmodi
« matrimonio desistant: deinde et fornicatorum
« pœnis subjiciantur. »

BALS. Præsens canon fornicatorum pœnis subjicit eos, qui suas commatres viduas in matrimonii societatem acipiunt: decernens has quoque esse divellendas contra leges contractas nuptias. Existimo ergo, quod ille quidem fornicatorum pœnis subjicietur, qui ab eo malo protinus recedit, et id confitetur. Qui enim in peccato perseverat, etiam fortasse plus quam ii, qui cum consanguineis rem habent, punietur. Lege postremum decretum decimi capitis quinti tituli vicesimi octavi libri Basilic. positum in secundo commentario quinti decimi tertii tituli præsentis operis. Cum hæc ita se habeant, quæsiverunt nonnulli, ad quem usque gradum in ejusmodi spirituali cognatione matrimonium prohibeatur. Et nonnulli quidem dixerunt, quod quoniam ex canone et ex lege major est spiritualis cognatio cognatione carnali, debemus ea sequi quæ constituta sunt de carnalibus nuptiis prohibitis. Compluribus autem non ita visum est, sed ad eas solas personas, quæ lege continentur, ejusmodi cognationem extenderunt, et prohibitionem intentarunt. Vicesima quarta vero imperatoris domini Leonis philosophi novella, quæ vetat adoptatas matrimonio conjungi cum liberis ejus qui adoptavit, hæc circa finem inducit: Sed qui olim quidem non convenienti ratione est adoptatus, etiam si turpe quid et indecorum habet matrimonium, non tamen quod contra leges fecerit, tenetur. Nunc autem cum justo et convenienti ritu fiat adoptio, et per sacrum mysterium hi quidem ad parentum, illi vero ad filiorum ordinem locumque deducantur: non jam restat ratio ulla ob quam filii adoptivi cum filiis naturalibus ejus qui adoptavit matrimonio jungantur. Sancimus ergo, nequaquam licere eos, qui fratrum nomen sic subierunt, fraternitatis nomen conjugii nomine commutare. Nota ergo ex

« οἰκειότης τῆς τῶν σωμάτων συναφείας· ἐγνω-
« μεν δὲ ἔν τισι τόποις τινὰς ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ
« σωτηριώδους βαπτίσματος παῖδας ἀναδεχομέ-
« νους, καὶ μετὰ τοῦτο ταῖς ἐκείνων μητράσι
« χηρευούσαις γαμικὸν συναλλάσσοντας συνοικέ-
« σιον· ὁρίζομεν ἀπὸ τοῦ παρόντος μηδὲν τοιοῦ-
« τον πραχθῆναι. Εἰ δέ τινες μετὰ τὸν παρόντα
« κανόνα φωραθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, πρωτο-
« τύπως μὲν οἱ τοιοῦτοι ἀφιστάσθωσαν συνοι-
« κεσίου τοιούτου τοῦ παρανόμου· ἔπειτα δὲ
« καὶ τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις ὑποβλη-
« θήτωσαν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑποβάλλει τοὺς τὰς συντέκνους αὐτῶν χηρευούσας εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνοντας· διορίζόμενος διασπᾶσθαι καὶ τὸν παράνομον γάμον. Οἶομαι οὖν ὅτι ἐκεῖνος ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑποβληθήσεται, ὁ ἑτοίμως ἀφιστάμενος τοῦ κακοῦ, καὶ ἐξομολογούμενος. Ὁ γὰρ ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὑπὲρ τοὺς αἱμομίκτους σχεδὸν κολασθήσεται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ τελευταῖον θέμα τοῦ ε' κεφ. τοῦ ε' τίτλου τοῦ ιδ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καταστρωθὲν εἰς σχόλιον β' τοῦ ε' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἠρώτησάν τινες μέχρι πόσου βαθμοῦ ἐπὶ τῆς κατὰ πνεῦμα τοιαύτης συγγενείας ὁ γάμος κωλύεται. Καὶ τινὲς μὲν εἶπον ὡς, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ κανόνος καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου μείζων ἡ πνευματικὴ συγγένειά ἐστι τῆς κατὰ σάρκα συγγενείας, ὀφείλομεν ἀκολουθεῖν τοῖς νομοθετηθεῖσι χάριν τῶν σαρκικῶν κεκωλυμένων γάμων. Τοῖς πλείοσι δὲ τοῦτο οὐκ ἔδοξεν, ἀλλ' εἰς μόνα τὰ πρόσωπα τὰ τῷ νόμῳ περιεχόμενα τὴν τοιαύτην συγγένειαν καὶ ἐξέτειναν, καὶ τὴν κώλυσιν ἐπέτειναν. Ἡ μέντοι κδ' Νεαρὰ τοῦ βασιλέως Κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, κωλύουσα τοὺς υἱοθετουμένους πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν συνάπτεσθαι τοῖς τοῦ υἱοθετησαμένου παισίν, ἐπάγει περὶ τὸ τέλος ταῦτα. Ἀλλὰ πάλαι μὲν μὴ κατὰ λόγον υἱοθετουμένων προσήκοντα, εἰ καὶ ὁ γάμος ἔχει πως τὸ ἄδοξον, ὅμως οὐχὶ καὶ παρανομίας ἀνέχεται. Νῦν δὲ κατὰ θεσμὸν γινομένης καὶ πρέποντα καὶ δίκαιον τῆς υἱοθετήσεως, καὶ διὰ τελετῆς ἱερᾶς τῶν μὲν εἰς γονέων τάξιν καθισταμένων, τῶν δὲ εἰς τὴν τῶν παίδων, οὐκέτι περιλείπεται λόγος εἰς γάμον συνάπτεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν τοῦ υἱοποιησαμένου παισὶ τοὺς υἱοποιητοὺς παῖδας. Τοιγαροῦν καὶ θεσπίζομεν μηδαμῶς ἐξεῖναι τοὺς οὕτως ὑποδεδηκότας τὸ τῶν ἀδελφῶν ὄνομα πρὸς τὸ τῆς συζυγίας ἀντὶ τοῦ τῆς ἀδελφότητος μεθαρμόζεσθαι. Σημείωσαι οὖν ἀπὸ

Guill. Beveregii notæ.

σμιον καὶ σύπρεκὲς, εἰς ὄσους καὶ τὸ ἐξ αἵματος συγγενείας. Demet. Chomat. Περὶ βαθμῶν συγγενείας. Quinetiam leges ipsæ civiles statuunt spiritualem hanc magis quam carnalem cognationem matrimonium impedire. *Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, sive alumna sit, sive non, a sacrosancto suscepit baptismate. Cum nihil aliud sic inducere potest, paternam affectionem et justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ sunt.* l. xxvi, c. de nuptiis. Hinc Joannes episcopus Citri recte observat, tam politicas quam ecclesiasticas leges statuisse spiritualem cognationem carnali potiorem esse. Ἐπειδὴ τὴν κατὰ πνεῦμα συγγένειαν κρείττονα εἶναι τῆς σαρκικῆς, καὶ οἱ φιλανθρεῖς νόμοι καὶ οἱ ἱεροὶ κανόνες σαφῶς γνωματεύουσιν. Joan. ep. Cit. respon. ad Constant. Cabasil. interrog. 5 in *Jur. Gr. Rom.* t. v, p. 525. Quod etiam a Balsamone in hunc canonem observatur.

τῆς Νεαρᾶς ὅτι, ὥσπερ κωλύονται τινα πρόσωπα διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος λαβόντα πρὸς ἄλληλα συγγένειαν γαμικῶς συνάπτεσθαι, οὕτω κωλύονται καὶ τὰ διὰ τῆς υἱοθεσίας λαβόντα συγγένειαν ἀδελφότητος. Ἔτι σημείωσαι ὅτι καὶ διὰ ἱερᾶς εὐχῆς γίνεται υἱοθεσία. Ἔχε οὖν τοῦτο ἐπὶ μνήμης. Οὐδὲ γὰρ εὕρηταί που ἀλλαχοῦ κείμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀγνοεῖται τοῖς πολλοῖς. Τοῦ δὲ νόμου λέγοντος, Ἡ θέσις μιμεῖται τὴν φύσιν, καὶ διὰ τοῦτο κωλύοντος τοὺς εὐνούχους λαμβάνειν εἰς θέσιν υἱὸν, καὶ ἔχειν αὐτὸν ὑπεξούσιον, ἡ κς' Νεαρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως τοῦ Φιλοσόφου ἐξεχώρησε τοῦτο γίνεσθαι· ἀνάγνωσον ταύτην. Ὡσαύτως καὶ ἡ κζ' Νεαρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως παρακελεύεται μὴ μόνας τὰς παιδοποιησάσας γυναῖκας υἱοθετεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰς παρθένους· ὥστε καὶ τοὺς παρὰ τούτων υἱοθετηθέντας ἔχειν, ὡς ὑπεξουσίους, δίκαια κληρονομίας ἐπ' αὐτῶν· καὶ μηδὲ δεῖσθαι προστάξεως βασιλικῆς ἢ πράξεως δικαστικῆς χάριν τοῦ ποιήσασθαί τινα ὑπεξούσιον ἢ αὐτεξούσιον (54). Καὶ ἀνάγνωσον τὴν τοιαύτην Νεαράν. Πολλάκις γὰρ ἤκουσα ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα τριβακῶν περὶ τὰ νομικὰ καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ μὴ ἔχειν χώραν τὰ τῆς υἱοθεσίας· ἀρτίως δὲ μηδὲ ἀπὸ μόνης εὐχῆς καὶ τῆς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀναδοχῆς γίνεσθαι νόμιμον υἱοθεσίαν· ὅπερ αἱ ῥηθεῖσαι βασιλικαὶ νεαραὶ οὐκ ἀνέχονται λέγεσθαι. Σὺ δὲ γίνωσκε (53) ὅτι τῷ σεκρέτῳ τοῦ ἱεροῦ χαρτοφύλακος κατέστρωται σημείωμα οὕτως ἐπὶ λέξεως ἔχον· Μηνὶ Μαΐῳ ις' ἡμέρᾳ β' Ἰνδικτ. ιε' προκαθημένου Νικολάου (56) τοῦ ἁγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, συνεδριαζόντων συγκλητικῶν καὶ πολιτικῶν δικαστικῶν τοῦ δεῖνος καὶ τοῦ δεῖνος, καὶ θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν· ὁ πανευτιμότατος ὑπέρτιμος Γρηγόριος ὁ Ξηρὸς διάγραμμα προκομίσας τὴν σήμερον συνοδικῶς οὕτως ἔχον· Ἡ Μαρία, ἔχουσα υἱὸν γνήσιον τὸν Κωνσταντῖνον, γέγονεν ἀνάδοχος ἀπὸ τοῦ θείου καὶ ἁγίου βαπτίσματος τῆς Εἰρήνης. Ἐγέννησεν ὁ Κωνσταντῖνος Θεόδωρον, καὶ ἡ Εἰρήνη Θεοδώραν, καὶ αὗθις ἐγέννησεν ἡ Θεοδώρα Ἄνναν. Θέλων οὖν ὁ Θεόδωρος νομίμῳ γάμῳ συζευχθῆναι τῇ Ἄννῃ, ἠρώτησε μαθεῖν εἰ ἐφεῖται τοῦτο τελέσαι. Ἀνεγνώσθη τοίνυν

A novella, quod sicut prohibentur quædam personæ, quæ per sacrum baptismum cognationem inviceni acceperunt, matrimonio conjungi, ita etiam prohibentur quæ per adoptionem fraternitatis cognationem acceperunt. Nota præterea quod per sacras preces fit adoptio. Tene ergo hoc memoria : neque enim alibi invenitur, et ideo a multis ignoratur. Cum autem lex dicat, Adoptio imitatur naturam, et ideo prohibeat eunuchos adoptare filium, et eum in sua potestate habere : 26 ejusdem imperatoris Philosophi novella hoc fieri permisit, quam lege. Similiter 221 et 27 ejusdem imperatoris novella decernit, non eas solas mulieres, quæ filios pepererunt, posse adoptare, sed etiam virgines ; ut etiam qui ab eis adoptati fuerint, non secus ac si in earum potestate essent, jus earum hæreditatis habeant, et ne imperatoris quidem jussione opus habeant, vel judiciali actione, ut possint eum qui est in alterius potestate, vel eum qui est sui juris adoptare. Illam etiam novellam lego. Multos enim sæpe audivi atque adeo in jure civili et ecclesiastico valde versatos, dicentes non habere locum adoptionem ; nunc autem nec ex sola precatione Ecclesiæque receptione legitimam adoptionem fieri : quod quidem dictæ regiæ novellæ dici non sinunt. Scias autem, quod in sacri custodis sigilli patriarchalis secreto constitutio reponitur verbatim sic se habens : Mense Maio, die 17, feria 2, Indict. 15, præsidente sanctissimo nostro domino et œcumenico patriarcha Nicolao, assidentibus senatoriis magistratibus et judicibus politicis, his et illis et religiosissimis metropolitanis, vir longe clarissimus incomparabilis Gregorius Xerus scripturam hodie ad synodum attulit, quæ sic se habet : Maria habens filium germanum Constantinum, susceptrix fuit Irenes ex divino sanctoque baptismate. Constantius genuit Theodorum, et Irene Theodoram, et Theodora rursum genuit Annam. Theodorus itaque legitimum matrimonium cum Anna contrahere flagitans, an hoc fieri liceat scire rogavit. Lectus ergo est in synodo can. 53 sanctæ et œcumenicæ in Trullo synodi, et etiam

Guill. Beveregii notæ.

(54) *Ὑπεξούσιον ἢ αὐτεξούσιον.* Hæc verba ἢ αὐτεξούσιον ex ms. Bodleiano restituimus ; cui etiam Amerbachianus suffragatur.

(55) *Σὺ καὶ γίνωσκε.* Hæc et quæ sequuntur in hisce Balsamonis in præsentem canonem commentariis ex ms. nostro Bodleiano nunc primum edimus ; Græce tamen dimirum : nam partim exstant in latina Herveti versione, sed in ms. Amerbachiano penitus desiderantur.

(56) *Προκαθημένου Νικολάου.* Hujus synodicæ constitutionis, sub Nicolao patriarcha Constantinopolitano editæ, Balsamon etiam in responsis ad Marcum Alexandrinum mentionem fecit, his verbis, Γέγονε σημείωμα συνοδικὸν ἐπὶ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Νικολάου κατὰ μῆνα Μάϊον τῆς ιε' ἐπινεμήσεως, ἐπὶ ἐρωτήσει τοῦ ὑπερτίμου ἐκείνου Γρηγορίου τοῦ Ξηροῦ, διοριζόμενον τοῖς αὐτοῖς ὅροις συσφίγγεσθαι, καὶ ὑφαπλοῦσθαι τὴν διὰ τῆς συνοχικίας συστᾶσαν πνευματικὴν συγγένειαν, οἷς καὶ αἱ σωματικαὶ συγγένειαι περιορίζονται. Bals. Resp. ad Marc. Alex. interrog. 43. Hinc lacuna in Joannis episcopi Citri responsis ad interrogationes Constantini Cabasilæ supplenda. Dicit enim ille : Γέγονε καὶ πρᾶξις συνοδικὴ ἐπὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ ἐν ἁγίοις . . . . . πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως γνωματεύσασα ἀκολούθως τῷ νγ' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καὶ τῷ ς' θέματι τοῦ ι' κεφαλαίου τοῦ ε' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, τοῖς αὐτοῖς βαθμοῖς περιγράφεσθαι καὶ τὴν πνευματικὴν συγγένειαν, οἷς καὶ ἡ φυσικὴ, ἤτοι σαρκικὴ περιορίζεται. Joan. Citr. respons. ad Constant. Cabasil. interrog. 3 in *Jur. Græc. Rom.* t. v, pag. 326. Procul enim omni dubio hic legendum est τοῦ ἐν ἁγίοις Νικολάου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως sub quo edita est hæc constitutio.

B

C

D

decretum 6, cap. 10, tit. 5, lib. XXVIII, sic habens expresse : Qui quampiam a sacro baptismate suscepit, non potest eam postea uxorem ducere, ut quæ facta sit ipsius filia, neque matrem ejus filiamve; sed nec filius ejus: quandoquidem nihil aliud æque potest inducere paternam affectionem justamque matrimonii prohibitionem, ac hujusmodi nexus, quo Deo intercedente animæ eorum conjunguntur. Et decretum est dictum contractum prohibitum esse, ut qui ad quintum gradum non perveniat; propterea quod, juxta quæ in hac lege continentur, spiritualis cognatio naturali sive carnali præferatur. Ut hoc autem et in adoptione valeat cautum est, eo quod quæ ex ea etiam contrahitur cognatio a Deo et per divinarum precum mysteria constituitur, juxta inclyti imperatoris D. Leonis Sapientis novellam.

A ἐπὶ συνόδῳ ὁ νϛ΄ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, καὶ τὸ ς΄ θέμα τοῦ ι΄ κεφ. τοῦ ε΄ τίτλου τοῦ κη΄ βιβλίου ἔχον ἐν μέρει οὕτως· Ὁ μέντοι ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τινὰ δεξάμενος, οὐ δύναται αὐτὴν ὕστερον πρὸς γάμον ἀνάγεσθαι, ὡς θῆθεν θυγατέρα αὐτοῦ γενομένην, οὐδὲ τὴν ταύτης μητέρα ἢ θυγατέρα· ἀλλ' οὐδὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ οὐδὲν ἄλλο δύναται οὕτως εἰσαγαγεῖν πατρικὴν διάθεσιν καὶ δικαίαν γάμου κώλυσιν, ὡς ὁ τοιοῦτος δεσμὸς, δι' οὗ Θεοῦ μεσάζοντος αἱ ψυχαὶ αὐτῶν συνάπτονται. Καὶ διεγνώσθη κεκωλυμένον εἶναι τὸ διαληφθὲν συνάλλαγμα, ὡς οὐκ ἀναγόμενον εἰς πέμπτον βαθμόν· διὰ τὸ προτιμᾶσθαι κατὰ τὴν τοῦ τοιούτου νόμου περίληψιν τὴν πνευματικὴν συγγένειαν τῆς φυσικῆς ἤτοι τῆς σαρκικῆς. Τοῦτο δὲ ὡρίσθη κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῆς υἱοθεσίας, διὰ τὸ καὶ τὴν ἐκ ταύτης συγγένειαν B ἀπὸ Θεοῦ καὶ διὰ θείων εὐχῶν τελετὴν συνίστασθαι κατὰ τὴν τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ νεαράν.

ZONAR. Qui commatres suas, viro postea orbatas, in matrimonii societatem accepere, ab illarum commercio, eo quod contra leges initum est, fœdere dissoluto sejungi, utrumque vero conjugem pœnis scoriatorum teneri canon decernit.

ARIST. « Qui filios a baptismate susceperunt « cum filiorum matribus copulari non permit- « tes. Si quis autem copulatus sit, post separa- « tionem, pœnam etiam subeat. »

Spiritualis affinitas major est corporali cognatione. Quare eum fornicatorum pœnæ obnoxium reddit hic canon, qui filii ab ipso in sacro baptismo suscepti matrem sibi in matrimonii communionem assumit, primo illegitimum conjugium dissolvens.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς οἰκείας συντέκνους χηρευούσας εἰς συμβίωσιν γαμικὴν λαμβάνοντας ἀφίστασθαι τοῦ τοιούτου συνοικεσίου κελεύει ὁ κανὼν, τοῦ παρανόμου γάμου διασπωμένου, ἐκείνους δὲ τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις ὑποβάλλεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Τοὺς ἀναδεχομένους παῖδας ἀπὸ βαπτίσμα- « τος οὐκ ἐάσει συναφθῆναι ταῖς τῶν παίδων « μητράσιν· εἰ δέ τις καὶ συναφθείη, μετὰ τοῦ « ἀποσυναχθῆναι καὶ τὸ ἐπιτίμιον γνοίη. »

Ἡ κατὰ πνεῦμα οἰκειότης μείζων τῆς σωματικῆς συγγενείας ἐστί· διὰ τοῦτο γοῦν τῷ τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίῳ ἔνοχον καθιστᾷ ὁ κανὼν οὗτος τὸν πρὸς γάμου κοινωνίαν τῇ μητρὶ τοῦ παιδὸς συναφθέντα, τοῦ παρ' αὐτοῦ ἀναδεχθέντος ἀπὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος, πρότερον διαλύων καὶ τὸ παράνομον συνοικέσιον. C

222 CANON LIV.

« Cum divina Scriptura nos aperte doceat, Non « ingredieris ad omnem consanguineum carnis « tuæ ad revelandam ejus turpitudinem[a] : divi- « nus Basilius nonnullas prohibitas nuptias in « suis canonibus enumeravit; multis silentio « præteritis, et his utrisque nobis utilitatem at- « tulit. Turpium enim nominum multitudine « evitata, ne verbis orationem pollueret, gene- « ralibus nominibus impuritates complexus est : « per quas legibus vetitas nuptias nobis in sum- « ma ostendit. Quoniam autem propter ejusmodi « silentium, et quod non discerni posset illici-

ΚΑΝΩΝ νδ΄.

« Τῆς θείας ἡμᾶς (57) οὕτως σαφῶς ἐκδιδασκούσης, « Γραφῆς, « Οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρ- « κός σου ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην αὐτοῦ· » ὁ « θεοφόρος Βασίλειός τινας τῶν ἀπηγορευμένων « γάμων ἐν τοῖς οἰκείοις κανόσιν ἀπηριθμήσατο, « σιωπῇ τὰ πλεῖστα παραδραμών, καὶ κατ' ἀμφό- « τερα κατασκευάσας ἡμῖν τὸ ὠφέλιμον. Τὸ γὰρ « τῶν αἰσχρῶν ὀνομασιῶν πλῆθος παραιτησά- « μενος, ὡς ἂν μὴ τὸν λόγον καταῤῥυπαίνῃ τοῖς « ῥήμασι, γενικοῖς ὀνόμασι τὰς ἀκαθαρσίας διέ- « λαβεν· δι' ὧν περιεκτικῶς ἡμῖν τοὺς παρανόμους « γάμους ὑπέδειξεν. Ἐπειδὴ δὲ τῇ τοιαύτῃ σιωπῇ D

[a] Levit. XVIII, 6.

Guill. Beveregii notæ.

(57) *Τῆς θείας ἡμᾶς*. Hic canon in Balsamonis Meditato, cui titulus, Τοῦ αὐτοῦ διάγνωσις χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ διεξαδέλφαις συνάπτεσθαι, laudatur, ubi etiam asseritur, una cum lege civili, hunc etiam canonem matrimonia usque ad gradum sextum, tam ex affinitate, quam cognatione contracta, constrinxisse, sed permisisse quæ istum gradum sequuntur. Τὸ δὲ β΄ θέμα τοῦ λβ΄ κεφαλαίου τοῦ ε΄ τίτλου τοῦ κη΄ βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ ὁ νδ΄ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ μεγάλου πλατίου συστάσης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, μέχρι τοῦ ἕκτου βαθμοῦ καὶ αὐτοῦ τὰ ἐξ ἀγχιστείας καὶ τὰ ἐξ αἵματος ἐξεστενοχώρησαν συναλλάγματα· τὰ δὲ μετὰ τοῦτον ἁδεῶς ἀπέλυσαν Ἀναχώννυσθαι. Bals. in medit. *Jur. Gr. Rom.* t. VII, p. 461. Citatur etiam a Demetrio Chomatiano in responsa, ibid. past. 412, necnon a Demetrio Syncello metropolitano Cyziceno in declamatione ib. pag. 400.

« καὶ τῷ ἀδιαγνώστῳ τῆς τῶν ἀθέσμων γάμων A
« ἀπαγορεύσεως ἑαυτὴν ἡ φύσις συνέχει, συνεί-
« δομεν γυμνότερον τὰ περὶ τούτου ἐκθέσθαι,
« ὁρίζοντες ἀπὸ τοῦ νῦν τὸν τῇ οἰκείᾳ ἐξαδέλφῃ
« πρὸς γάμου κοινωνίαν συναπτόμενον (ἢ πατέρα
« καὶ υἱὸν μητέρι καὶ θυγατρὶ, ἢ δυσὶ κόραις ἀδελ-
« φαῖς πατέρα καὶ υἱὸν, ἢ ἀδελφοῖς δυσὶ μητέρα
« καὶ θυγατέρα, ἢ ἀδελφοὺς δύο δυσὶν ἀδελφαῖς)
« ὑπὸ τὸν τῆς ἐπταετίας πίπτειν κανόνα, ἀφιστα-
« μένων αὐτῶν προδήλως τοῦ παρανόμου συνοικε-
« σίου.»

ΒΑΛΣ. Τινὲς, τῷ πς' κανόνι τοῦ μεγάλου Βασιλείου χρώμενοι, ἀπαριθμοῦντι γάμους κεκωλυμένους διὰ συγγένειαν, ἔλεγον πάντας τοὺς παρὰ τούτους ἀκωλύτους εἶναι. Τοῦτο οὖν ἀνατρέποντες οἱ θεῖοι Πατέρες, πρῶτον μὲν εἶπον πᾶσαν συγγενικὴν συν- B
άφειαν κωλύεσθαι διὰ τοῦ Μωσαϊκοῦ νόμου τοῦ διαλεμβάνοντος, « Οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρκός σου ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην αὐτοῦ · » εἶτα ὑπεραπολογούμενοι ὥσπερ τοῦ ῥηθέντος μεγάλου Πατρὸς, ἐπήγαγον ὡς, εἰ καὶ μὴ ῥητῶς ὁ θεοφόρος οὗτος Πατὴρ ἐν τοῖς οἰκείοις κανόσι πάντας τοὺς κεκωλυμένους συγγενικοὺς γάμους διέλαβεν, ἀλλ' ἐπεὶ τούτους ἀκαθάρτους ὠνόμασεν, ὡς ἀπηγορευμένους διὰ τὴν συγγένειαν κοινῷ λόγῳ πάντας συμπεριέλαβε, καὶ διὰ ῥημάτων ὀλίγων (58) οὐ μόνον τοὺς ἀπαριθμηθέντας ἐκώλυσεν, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀπὸ συγγενείας καταγομένους. Καὶ οὐ χρὴ τοὺς δι' εὐλάβειαν μὴ ἐκφωνηθέντας ἀκωλύτους κατονομάζεσθαι. Διὸ καὶ ὥρισαν γάμους ἀθέσμους εἶναι τόνδε καὶ τόνδε· προσθέμενοι τοὺς ἀφισταμένους αὐτῶν προδήλως, τουτέστι μετὰ ἐξομολογήσεως, τῷ τῆς ἐπταετίας κανόνι ἐπιτιμᾶσθαι· ὡς εἶναι δῆλον σφοδρότερον κολάζεσθαι τοὺς μὴ ἀφισταμένους ῥᾳδίως, ἀλλὰ κατακρινομένους. Τοῦτο γὰρ ἀναφαίνεται ἀπὸ τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος τῶν λεγόντων· Ἀφισταμένων αὐτῶν προδήλως τοῦ παρανόμου συνοικεσίου. Ἐπεὶ δὲ περὶ κεκωλυμένων γάμων πλατύτερον ἐγράψαμεν εἰς τὸ β' κεφ. τοῦ τγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, ἀνάγνωθι τοῦτο καὶ τὰ ἐν αὐτῷ χρησιμώτατα ὄντα.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μέγας Βασίλειος, ἐρωτηθεὶς εἰ δύναιτό τις μετὰ θάνατον τῆς ἰδίας συμβίου τῇ ἀδελφῇ ἐκείνης συνάπτεσθαι, ἀπηγόρευσε τοῦτο. Καὶ πρὸς τοὺς τὸ ἐναντίον φρονοῦντας γράψας τὸν οἰκεῖον λόγον D
γενναιότατα κατεσκεύασε, καὶ ἀξίως τοῦ βάθους τῆς διανοίας αὐτοῦ. Εἶτα καί τινων ἀθέσμων ἐμνήσθη γάμων καὶ ἀπηγορευμένων, τοὺς ἄλλους τῷ τῆς ἀκαθαρσίας ὀνόματι συμπαραλαβὼν καὶ παραδηλώσας. Ἡ δὲ περὶ τούτων διαταγὴ ἐν τοῖς κανόσιν εὑρίσκεται τοῦ θεολήπτου Πατρὸς ὀγδοηκοστὸς ἕκτος οὖσα κανὼν (59). Τούτῳ οὖν τῷ κανόνι τινὲς κεχρη-

« tarum nuptiarum prohibitio, seipsam natura
« confudit, nobis visum est ea paulo apertius ex-
« ponere, ab hoc deinceps tempore decernendo,
« ut qui cum fratris sui filia matrimonii socie-
« tatem coierit, (vel pater et filius, qui cum
« matre et filia, vel cum duabus puellis sororibus,
« pater et filius, vel cum duobus fratribus,
« mater et filia, vel fratres duo cum duabus so-
« roribus) in septennii canonem incidant, iis
« aperte separatis a nefario contubernio. »

BALS. Quidam 86 magni Basilii canone utentes, qui nuptias propter cognationem vetitas enumerat, dicebant omnes alias his exceptis non esse prohibitas. Divini ergo Patres hoc subvertentes, primum quidem dixerunt omnem cum sua cognatione conjunctionem prohiberi per Mosaicam legem, quæ sic habet : Non ingredieris ad omnem consanguineum carnis tuæ ad revelandam ejus turpitudinem : deinde, veluti prædictum magnum Patrem defendentes, subjunxerunt, quod etiamsi non expresse hic divinus Pater in suis canonibus omnes propter cognationem interdictas nuptias comprehenderit, sed quoniam has impuras nominavit, ut quæ sint propter cognationem prohibitæ, omnes communi ratione comprehendit, et paucis verbis non solum enumeratas prohibuit, sed et omnes quæ a cognatione deducuntur. Nec oportet dici eas non esse prohibitas quæ propter verecundiam non sunt expressæ. Et ideo definierunt illicitas et nefarias nuptias esse has et has; hoc adjecto, quod, qui ab illis aperte desistunt, id est cum confessione, et sine condemnatione, ex septennii canone puniuntur ; ut manifestum sit eos vehementius punire, qui non facile desistunt, sed condemnantur. Hoc enim apparet ex verbis canonis, quæ dicunt : His aperte desistentibus a nefario contubernio. Quoniam autem de vetitis nuptiis aliud scripsimus in 2, cap. 3, tit. præsentis operis, id lege, et quæ in ipsum scripta sunt longe utilissima.

ZONAR. Cum de magno Basilio quæsitum esset, an marito defunctæ uxoris sibi matrimonio jungendi facultas esset, ille vero negavit licere. Tum, adversus eos qui secus opinabantur scribens, sententiam suam, pro ea qua mire valebat ingenii præstantia, egregie confirmavit. Inde vero, cum nuptiarum genera quædam legibus interdicta sigillatim commemorasset, reliqua deinde uno impuritatis vocabulo complexus est et indicavit. Atque hæc quidem sic a divino Patre constituta ejusdem octogesimo sexto canone explicata reperias. Eo

Guill. Beveregii notæ.

(58) *Καὶ διὰ ῥημάτων ὀλίγων.* Hæc usque ad ἀλλὰ καὶ in ms. Amerbachiano desiderantur.

(59) *Ὀγδοηκοστὸς ἕκτος οὖσα κανών.* Sic etiam Balsamon hunc sancti Basilii canonem vocat, videlicet octogesimum sextum, etiam in ms. Amerbachiano ; ubi tamen in hoc Zonaræ loco scribitur ὀγδοηκοστὸς ὄγδοος. Et quidem in nostra hac editione canonum sancti Basilii, qui hic citatur, revera est octogesimus octavus. In Parisiensi autem editione nullus cuivis ex istis canonibus ultra octogesimum quintum numerus apponitur, quod mendum esse ex hoc ipso loco constat. Ex præmissis error etiam in Aristeni scholiis in episomen hujus canonis deprehenditur ; quippe quibus ἑξδομηκοστὸν ὄγδοον, mendose scribitur pro ὀγδοηκοστὸν ὄγδοον.

igitur canone quidam utentes quæcunque eo loco nuptiæ inter damnatas nequaquam enumeratæ fuerant, easdem quasi concessas usurpare ipsi nitebantur, violataque naturæ lege cum propinquis coibant. Proinde illum canonem hoc loco synodus spectavit, eaque ratione adducta, multa in eo sanctum virum silentium involvisse defendit, ne scilicet dum damnati conjugii genera universa persequitur, orationem suam verborum turpitudine **223** inquinaret, ac idcirco generatim omnia voluisse uno impuritatis nomine indicare. Singulos deinde vetitarum nuptiarum modos Patres ipsi percensent, ac ejusmodi quidem conjugia omnino dissolvi, ea vero qui attentarint, septennii canone puniri jubent.

ARIST. « Fratris filium cum fratris filia matrimo-
« nia conjungi non permittes; nec cum filia et
« matre, filium et patrem: nec matrem et filiam
« cum duobus fratribus; nec fratres cum duabus
« sororibus. Si quid autem istiusmodi factum fue-
« rit, una cum matrimonii dissolutione septennio
« subjicientur. »

Et hujusmodi conjugia ut prohibita dissolventur: et qui ea contrahunt juxta præsentem et septuagesimum octavum Basilii magni canonem, unum annum deflebunt, duos audient, tres substernentur, et septimo una cum fidelibus consistent; et sic, si cum lacrymis resipiscant, divinis sacramentis digni habebuntur.

CANON LV.

« Quoniam intelleximus eos, qui sunt in Romano-
« rum civitate, in sanctis Quadragesimæ jejuniis
« ejus Sabbatis jejunare, præter ecclesiasticam
« traditam consequentiam: sanctæ synodo visum
« est, ut in Romanorum quoque Ecclesia invio-
« labiliter obtineat canon, qui dicit: Si quis cle-
« ricus inventus fuerit in sancto Dominico vel
« Sabbato jejunare, præter unum et solum, de-
« ponatur: sin autem laicus, segregetur. »

BALS. Tum propter alia multa, tum etiam propter præsentem canonem, dicunt, qui veterem Romam incolunt, non esse sanctam hanc synodum œcumenicam, sicut et in ejus procemio scripsimus. Tanquam enim ferrum cor eorum pervasit, eosque pungit, ut qui contra apostolicum canonem faciant, qui dicit: Si quis clericus inventus fuerit sancto Dominico et Sabbato jejunare, præterquam uno et solo, deponatur: si autem laicus, segregetur. Ii ergo venia digni non sunt, qui suæ rursus privatæ constitutioni inhærent, et non solum in sanctæ Quadragesimæ Sabbatis jejunant, sed et in reliquis omnibus. Ego autem vidi quosdam Latinos, qui, cum propterea reprehenderentur, inanem quoque excusationem afferebant, ad sanctum nempe Domini et Servatoris nostri Jesu Christi sepulcrum aditionem, et quod hujus rei gratia ex longa consuetudine obtinuit jejunium. Alios autem vidi, qui

A μένοι, τοὺς μὴ ἀπηριθμημένους ἐν αὐτῷ γάμους ὡς παρανόμους ἀκωλύτους ἐδιάζοντο φρονεῖν, καὶ τὴν φύσιν συνέχεον συγγενέσι μιγνύμενοι. Διὰ ταῦτα πρὸς τὸν κανόνα τοῦτον ἀπεῖδεν ἡ σύνοδος, καὶ ἀπολογεῖται μὲν διὰ τί τὰ πλείω σιωπῇ ὁ ἅγιος παρέδραμεν· Ἵνα, φησὶ, μὴ τὸν λόγον καταῤῥυπαί ῃ τοῖς ῥήμασιν ἕκαστον τῶν ἀθέσμων γάμων ἀπαριθμῶν· περιεκτικῶς δὲ τῷ τῆς ἀκαθαρσίας ὀνόματι τοὺς παρανόμους γάμους ὑπέδειξεν. Εἶτα ἐπήγαγον οἱ τῆς συνόδου Πατέρες καὶ γάμους ἀθέσμους, οὓς καὶ ἀπηριθμήσαντο, καὶ διασπᾶσθαι μὲν τοὺς τοιούτους γάμους ἐκ παντὸς διωρίσαντο, τοὺς δὲ χρανθέντας αὐτοῖς τῷ τῆς ἐπιστείας κανόνι ἐπιτιμᾶσθαι.

B ΑΡΙΣΤ. « Οὐ συγχωρήσεις ἐξαδέλφῃ συζευχθῆναι
« ἐξάδελφον· οὐδὲ θυγατρὶ καὶ υἱὸν καὶ πατέρα·
« οὐδὲ δυσὶν ἀδελφοῖς μητέρα καὶ θυγατέρα· οὐ-
« δὲ δυσὶν ἀδελφαῖς ἀδελφούς· εἰ δέ τι τοιοῦτον
« γένοιτο, μετὰ τῆς διαλύσεως ἐπιστείαν ὑποπι-
« πτέτωσαν. »

Καὶ οὗτοι οἱ γάμοι, ὡς ἀπηγορευμένοι, διαλυθήσονται· καὶ οἱ συναλλάξαντες αὐτοὺς κατὰ τὸν παρόντα κανόνα καὶ τὸν ἑβδομηκοστὸν ὄγδοον τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐνιαυτὸν προσκλαύσουσι, διετίαν ὑπακροάσονται, τριετίαν ὑποπεσοῦνται, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συστή-ται μετὰ τῶν πιστῶν· καὶ οὕτως, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσι, τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται.

C

ΚΑΝΩΝ ΛΕ'.

« Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν τοὺς ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει
« ἐν ταῖς ἁγίαις τῆς Τεσσαρακοστῆς νηστείαις τοῖς
« ταύτης Σαββάτοις νηστεύειν παρὰ τὴν παράδο-
« θεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν· ἔδοξε τῇ
« ἁγίᾳ συνόδῳ ὥστε κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων
« Ἐκκλησίᾳ ἀπαρασαλεύτως τὸν κανόνα, τὸν λέ-
« γοντα· Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ Κυ-
« ριακῇ νηστεύων ἢ τὸ Σάββατον πλὴν τοῦ ἑνὸς
« καὶ μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορι-
« ζέσθω. »

D ΒΑΛΣ. Καὶ εἰς ἄλλα μὲν πολλὰ, τέως δὲ καὶ διὰ τὸν παρόντα κανόνα, λέγουσιν οἱ τῆς παλαιᾶς Ῥώμης, μὴ εἶναι τὴν ἁγίαν ταύτην σύνοδον οἰκουμενικὴν, καθὼς καὶ ἐν τῷ προοιμίῳ αὐτῆς ἐγράψαμεν. Ὡς γὰρ σίδηρος διῆλθε τὴν καρδίαν αὐτῶν, καὶ στηλιτεύει τούτους ὡς ὑπεναντίως ποιοῦντας τῷ ἀποστολικῷ κανόνι, τῷ λέγοντι· Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ Κυριακῇ καὶ τῷ Σαββάτῳ νηστεύων πλὴν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Οὐ χρὴ οὖν τούτους συγνώμης ἀξιωθῆναι, τῆς αὐτῆς ἐξερχομένους ἰδιορρυθμίας, καὶ πάλιν καὶ νηστεύοντας μὴ μόνον κατὰ τὰ Σάββατα τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ λοιπά. Ἐγὼ δὲ εἶδόν τινας Λατίνους αἰτιωμένους διὰ τοῦτο, καὶ ματαίαν προβαλλομένους πρόφασιν, τὴν εἰς τὸν ἅγιον τάφον τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν, καὶ τὴν χάριν τούτου κρατήσασαν νηστείαν ἐκ συνηθείας μακρᾶς.

Ἄλλους δὲ εἶδον μὴ ἀπελθόντας εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ νηστεύοντας ὁμοίως· καὶ ἄλλους ἀτιμάζοντας τὴν τοιαύτην νηστείαν καὶ ἀδιαφόρως κατὰ τὰ Σάββατα καταλύοντας, ἀπελθόντας καὶ ταῦτα εἰς τὸν τοῦ Κυρίου τάφον. Οὐκ ἔχω γοῦν εἰπεῖν ὅπως ταῦτα οὕτω παρὰ τῶν τοιούτων γίνονται. Ἔοικε δὲ ὡς τοῖς ἔθεσι μᾶλλον ἢ τοῖς κανόσιν ἀκολουθεῖν.

ZΩNAP. Διορθώσασθαι τὸ σφάλμα τοῦτο τῶν Λατίνων ἡ συνόδος ἐπεχείρησεν, ἀλλ' ἀδιόρθωτοι καὶ αὖθις οἱ ἀλαζόνες ἔμειναν τε καὶ μένουσι, μήτε τοῖς παλαιοτέροις κανόσι πειθόμενοι, τοῖς ἄνευ τοῦ ἑνὸς Σαββάτου τοῦ μεγάλου δηλαδὴ μὴ νηστεύειν ἐν Σαββάτῳ κελεύουσι, μήτε τούτῳ ἐπιστρεφόμενοι, καὶ μήτε τὴν καθαίρεσιν οἱ ἱερωμένοι εὐλαβούμενοι, μήθ' οἱ λαϊκοὶ τὸν ἀφορισμόν.

ARIST. « Οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς τῆς Τεσσαρακοστῆς νη-
« στεύουσι Σάββασιν· ὑπομιμνήσκει τοίνυν ἡ
« σύνοδος καὶ ἐπὶ τούτων τὸν ἀποστολικὸν κανόνα
« κρατεῖν. »

Μαθοῦσα αὐτὴ ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει τὸν ἑξηκοστὸν τέταρτον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων παραβαίνοντας, τὸν προστάττοντα ἄνευ τοῦ μεγάλου Σαββάτου ἕτερον Σάββατον ἢ Κυριακὴν μὴ νηστεύειν· ὥρισε καὶ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἀπαρασάλευτον τὸν τοιοῦτον ἀποστολικὸν κανόνα φυλάττεσθαι.

ΚΑΝΩΝ ΝϚ'.

« Ὡσαύτως μεμαθήκαμεν ἔν τε τῇ Ἀρμενιων χώρᾳ
« καὶ ἐν ἑτέροις τόποις, ἐν τοῖς Σάββασι καὶ ἐν
« ταῖς Κυριακαῖς τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς ὠὰ
« καὶ τυρὸν ἐσθίειν τινάς· ἔδοξε τοίνυν καὶ
« τοῦτο, ὥστε τὴν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην
« τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, μιᾷ κατακολουθοῦσαν
« τάξει, τὴν νηστείαν ἐπιτελεῖν, καὶ ἀπέχεσθαι,
« ὥσπερ θυτοῦ παντὸς, οὕτω δὴ ὠοῦ καὶ τυροῦ,
« ἃ καρπός εἰσι καὶ γεννήματα ὧν ἀπεχόμεθα.
« Εἰ δὲ μὴ τοῦτο παραφυλάττοιεν, εἰ μὲν κληρικοὶ
« εἶεν, καθαιρεῖσθωσαν· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφοριζέ-
« σθωσαν. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ προλαβόντι κανόνι νενομοθέτηται μὴ νηστεύειν ἐν τοῖς Σαββάτοις καὶ ταῖς Κυριακαῖς τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς. Ἀρμένιοι οὖν καί τινες ὀρθόδοξοι, ὡς ἔοικε, πλανηθέντες ἀπὸ τοῦ τοιούτου κανόνος, κατέλυον ἐν τοῖς ῥηθεῖσι Σαββάτοις, καὶ ἤσθιον ὠὰ καὶ τυρὸν, ὡς ὄντα μὴ μετέχοντα αἵματος, ἀλλ' ἐοικότα καρποῖς ὀπωρινοῖς. Τοῦτο οὖν διορθουμένη ἡ σύνοδος, διορίζεται μιᾷ τάξει κατακολουθεῖν τὰς ὅλας Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πάντας ἀπέχεσθαι θυτοῦ παντοίου, ὅτι καὶ τὰ ὠὰ καὶ οἱ τυροὶ κἂν καρποὶ λογίζωνται, ἀλλ' ἐπεὶ τὰ ἐξ ὧν ταῦτα γεγόνασιν, οὐκ ἐσθίομεν, οὐδὲ εἰς αὐτὰ καταλύειν ὀφείλομεν. Τοὺς μέντοι μὴ φυλάττοντας τὰ διατεταγμένα, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι παρακελεύεται ὁ κανών· λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. Καὶ πάντως τῷ αὐτῷ ἐπιτιμίῳ ὑπόκεινται καὶ οἱ διὰ τυροῦ καὶ ὠοῦ καταλύοντες εἰς τὰς ὅλας Τετράδας καὶ Παρασκευάς· ὅτι νενομοθέτηται κατὰ ταύ-

Hierosolymam non venerant, et similiter jejunabant: et alios qui ejusmodi jejunium contemnebant et indiscriminatim in Sabbatis solvebant, qui etiam ad Domini sepulcrum venerant. Non possum itaque dicere quomodo hæc ab illis sic fiant. Videntur autem ii consuetudinem potius sequi, quam canones.

ZONAR. Latinorum hoc peccatum emendare synodus conatus est; verum in sua pertinacia hactenus permanserunt arrogantes, hodieque permanent. Neque vero, aut antiquos canones audiunt, qui omne in Sabbato jejunium, uno excepto, nempe magni Sabbati die, vetitum esse voluere, aut hujus quoque moventur auctoritate. Quin et depositionem quoque qui sacris initiati sunt, et segregationem jejunantibus indictam laici negligunt.

ARIST. « Romani Quadragesimæ Sabbatis jejunant:
« admonet itaque synodus in his etiam cano-
« nem apostolicum valere. »

Intelligens hæc sancta syn. eos, qui in Romanorum sunt 224 civitate, sexagesimum quartum sanctorum apostolorum canonem alio præterquam magno Sabbato aut die Dominico non jejunare mandantem, transilire: decrevit, et in Romanorum Ecclesia illum apostolorum canonem firme inviolabiliterque observandum esse.

CANON LVI.

« Similiter accepimus et in Armeniorum regione
« et in aliis locis, in Sabbatis et Dominicis san-
« ctæ Quadragesimæ, quosdam ova et caseum
« comedere. Visum est ergo et hoc, ut tota Dei
« Ecclesia, quæ est in universo terrarum orbe,
« unum ordinem sequens, jejunium perficiat, et
« abstineat, sicut ab omni mactabili, sic ab ovis
« et caseo, quæ quidem sunt fructus et fœtus
« eorum a quibus abstinemus. Si autem hoc non
« servaverint, si sint quidem clerici, deponan-
« tur: sin autem laici, segregentur. »

BALS. In præcedenti quidem canone statutum est, in Sabbatis et Dominicis sanctæ Quadragesimæ non esse jejunandum. Armenii itaque et quidam, ut est verisimile, orthodoxi ex hoc canone errantes, in dictis Sabbatis comedebant ova et caseum, ut quæ essent sanguinis expertia et autumni fructibus similia. Hoc itaque corrigens definit synodus, omnes Dei Ecclesias debere unum ordinem sequi, et abstinere omnes ab omni mactabili, quoniam et ova et casei, etiamsi fructus reputentur, quia tamen ea, ex quibus illa processerunt, non comedimus, ne eis quidem ipsis vesci ac jejunium solvere debemus. Ac eos quidem, qui hæc decreta non servant, si sint quidem clerici, deponi jubet canon, laicos vero segregari. Ac eidem quidem omnino pœnæ subjiciuntur et qui per caseum et ovum jejunium solvunt omni quarta et sexta feria, seu Paraseeve; quoniam

statutum est, ut fideles his diebus jejunent, quemadmodum et in Quadragesima.

ZONAR. Qui in his regionibus Christiani degebant, cum canonem, ut arbitramur, quo jejunium Sabbatis ac Dominicis Quadragesimæ prohibetur, reperissent, ovis seso per eos dies et caseo saginabant. Id ergo cum emendare synodus cuperet, ab iis quoque cibis abstinendum esse decernit. Quemadmodum enim, inquit, omni mactabili, animantibus videlicet, quæ mactari jugularive solent, nequaquam vescimur, ita et quæ ex iisdem animantibus gignuntur attingere non oportet. Et eos qui hæc decreta non observant, clericos deponi, laicos vero segregatione puniri jubet.

ARIST. « Armenii ova et caseum Quadragesimæ « Sabbatis comedunt. Cautum est igitur, ut totus « terrarum orbis ab istis etiam abstineat : sin « minus, segregari. »

CANON LVII.

« Quod ad altare mel et lac offerre non oportet. »

BALS. De eo fuse scripsimus in 5 canone sanctorum apostolorum, nec ea sunt rursus repetenda. Quære et 28 can. præsentis synodi.

ZONAR. Hoc tertio quoque sanctorum apostolorum can. vetitum est, in quo cum melle ac lacte hujus generis alia quædam præterea recensentur.

ARIST. « Ad altare mel et lac offerri non oportet. » *Perspicuus.*

225 CANON LVIII.

« Nemo eorum qui sunt in ordine laicorum divina « sibi mysteria impertiat, præsente episcopo vel « presbytero vel diacono. Qui autem tale quid « ausus fuerit, ut præter ea quæ sunt constituta « faciens, una septimana segregetur, et eo edoctus, non amplius sapere quam sapere oportet. »

BALS. Alii quidem diversi canones prohibuerunt, ne a laicis sancta mysteria tractarentur, et ea aliis vel sibi impertirent : quoniam episcopis et presbyteris et diaconis talis data est dignitas. Præsens autem canon eadem cum illis præcipiens, et unius quoque septimanæ segregationi eum subjiciens, qui præter ea quæ sunt statuta, id etiam adjicit, quod hæc tunc laicus non audebit facere, quando adest episcopus, presbyter vel diaconus, qui sacra tractare potest. Dicunt igitur quidam, sumpta a contrario distinctione, quod quando non adest eorum aliquis propter oblatam sibi necessitatem, sibi quis recte divina sacramenta impertiet. Mihi autem non videtur : ut enim tale quid audeant, ex interpretatione et e contrario sumpta distinctione, non concedetur. Latini autem azyma assidue in sinu ferentes, etiamsi sint laici, ea non solum sibi ut sacramenta impertiunt, sed etiam aliis.

ZONAR. Sancta tractare, eaque cæteris imper-

A τας νηστεύειν τοὺς πιστούς, ὥσπερ καὶ εἰς τὴν Τεσσαρακονθήμερον νηστείαν.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἐν ταῖς χώραις ἐκείναις Χριστιανοὶ, εὑρόντες, ὡς ἔοικε, τὸν κανόνα τὸν λέγοντα μὴ δεῖν ἐν τοῖς Σαββάτοις καὶ ταῖς Κυριακαῖς τῆς Τεσσαρακοστῆς νηστεύειν, ὡὰ καὶ τυρὸν ἐν αὐταῖς ἤσθιον. Τοῦτο οὖν διορθουμένη ἡ σύνοδος ἀπαγορεύει τὸ ταῦτα ἐσθίειν, λέγουσα ὅτι, ὥσπερ ἀπεχόμεθα παντοίου θυτοῦ, ζώων δηλαδὴ θυομένων ἤτοι σφαζομένων, οὕτω καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν γινομένων ἀπέχεσθαι δεῖ, καὶ τοὺς μὴ τὰ διατεταγμένα ταῦτα φυλάττοντας κληρικοὺς καθαιρεῖσθαι κελεύει· τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ Ἀρμένιοι ὠὰ καὶ τυρὸν τοῖς τῆς Τεσ-
B « σαρακοστῆς ἐσθίουσι Σάββασιν· ὥριται τοίνυν
« πᾶσαν τὴν οἰκουμένην καὶ τούτων ἀπέχεσθαι·
« εἰ δὲ μή, ἀφορίζεσθαι. »

ΚΑΝΩΝ ΝΖ'.

« Ὅτι οὐ χρὴ ἐντὸς θυσιαστηρίου μέλι καὶ γάλα
« προσφέρειν. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τούτου πλατέως ἐγράψαμεν ἐν τῷ γ' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ οὐ χρὴ περὶ τῶν αὐτῶν παλιλλογεῖν. Ζήτει καὶ τὸν κη' κανόνα τῆς παρούσης συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ὁ τρίτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κεκώλυκε, τῷ μέλιτι καὶ τῷ γάλακτι καὶ ἕτερα εἴδη συναπαριθμησάμενος.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ οὐ χρὴ μέλι καὶ
C « γάλα προσφέρεσθαι. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΝΗ'.

« Μηδεὶς τῶν ἐν λαϊκοῖς τεταγμένων ἑαυτῷ τῶν
« θείων μυστηρίων μεταδιδότω, παόντος ἐπισκό-
« που ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου. Ὁ δέ τι τοιοῦτον
« τολμῶν, ὡς παρὰ τὰ διατεταγμένα ποιῶν, ἐπὶ
« ἑβδομάδα μίαν ἀφοριζέσθω, ἐντεῦθεν παιδαγω-
« γούμενος μὴ φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. »

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες διάφοροι ἐκώλυσαν παρὰ λαϊκῶν τὰ ἅγια μυστήρια μετχειρίζεσθαι, καὶ ἢ ἑτέροις μεταδιδόναι αὐτῶν, ἢ ἑαυτοῖς· ὅτι ἐπισκόποις καὶ ἱερεῦσι καὶ διακόνοις τὸ τοιοῦτον ἀπεχαρίσθη ἀξίωμα. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις παρακελευόμενος, καὶ ἀφορισμῷ καθυποβάλλων ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν τὸν παρὰ τὰ διατεταγμένα ποιοῦντα, προστίθησιν ὡς τότε ταῦτα ὁ λαϊκὸς οὐ τολμήσει ποιῆσαι, ὅτε πάρεστιν ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, δυνάμενος μεταχειρισθῆναι τὰ ἅγια. Λέγουσι γοῦν τινες ἐξ ἀντιδιαστολῆς ὡς, ὅταν πάρεστί τις ἐξ αὐτῶν, διὰ προσκειμένην ἀνάγκην καλῶς μεταδώσει τις ἑαυτῷ τῶν θείων ἁγιασμάτων· ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ. Τοιοῦτον γὰρ τολμηθῆναι ἀπὸ ἁρμηνείας καὶ ἀντιδιαστολῆς οὐκ ἐχωρηθήσεται. Οἱ μέντοι Λατῖνοι ἄζυμα διηνεκῶς ἐγκόλπια φέροντες καὶ λαϊκοὶ ὄντες, οὐ μόνον ἑαυτοῖς τούτων μεταδιδόασιν ὡς ἁγιασμάτων, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ μεταχειρίζεσθαι τὰ ἅγια, καὶ ἑτέρως

εὐτῶν μεταδιδόναι, τοῖς ἱερωμένοις δέδοται. Ὁ δὲ ἄνευ ἀνάγκης, μὴ παρόντος δηλονότι ἱερωμένου, μεταχειρίζεσθαι ταῦτα τολμῶν καὶ ἑαυτῷ τούτων μεταδιδόναι, ἱερωσύνης αὐτῷ δοκεῖ περιτιθέναι ἀξίωμα. Τοῦτο δὲ οἱησιν ἐκείνῳ προσμαρτυρεῖ· διὸ καὶ ἀφορισμῷ μιᾶς ἑβδομάδος κολάζεται, ἵνα μάθῃ, φησὶ, *μὴ φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν*, ἵνα ταπεινωθῇ, καὶ ἐπιγνῷ ἑαυτὸν, καὶ μὴ τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἐγχειρῇ.

A tiri, qui sacris initiati sunt, soli debent. Quod si quis, nisi necessaria causa adductus, cum nullus videlicet ex initiatis adfuerit, ea contingere, sibique ipse ministrare audeat, hic sibi sacri ordinis dignitatem videtur arrogare. Hoc autem arrogantem de se opinionem cum concepisse ostendit. Proinde unius hebdomadæ segregatione punitur; ut discat, inquit, *non plus sapere quam oportet sapere* [a], sed humilis factus seipsum cognoscat, majoraque suis meritis aggredi reformidet.

ΑΡΙΣΤ. « Λαϊκὸς οὐ μεταδίδωσιν ἑαυτῷ· εἰ δὲ μὴ, « ἑπταήμερον ἀφορίζεται. »

Οὐ δεῖ λαϊκὸν ἑαυτῷ τῶν θείων μυστηρίων μεταδιδόναι, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου. Τὸν δὲ τοῦτο ποιοῦντα ὥρισεν ἡ σύνοδος ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἀφορίζεσθαι, ἵνα παιδαγωγηθῇ μὴ B φρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν.

ARIST. « Laicus sibi non impertit. Alioquin se- « ptimana segregetur. »

Non oportet laicum sibi divina impertire mysteria præsente episcopo vel presbytero vel diacono. Eum autem, qui hoc fecerit, decrevit synodus una septimana segregari, ut discat non sapere plus quam oportet sapere.

ΚΑΝΩΝ ΝΘ'.

« Μηδαμῶς ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον ῥιπίαν (60) τυγ- « χάνοντι βάπτισμα ἐπιτελείσθω· ἀλλ' οἱ μέλλον- « τες ἀξιοῦσθαι τοῦ ἀχράντου φωτίσματος ταῖς « καθολικαῖς προσερχέσθωσαν ἐκκλησίαις, κἀκεῖσε « τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀπολαυέτωσαν. Εἰ δέ τις « ἀλλῷ τὰ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντα μὴ φυλάττων, εἰ « μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, « ἀφοριζέσθω. »

CANON LIX.

« In æde oratoria, quæ est intra domum, baptis- « mus nequaquam peragatur: sed qui ab omni- « bus sordibus aliena illuminatione digni ha- « bendi sunt, ad catholicas ecclesias accedant, « et ibi hoc illi munere perfruantur. Si quis au- « tem quæ a nobis constituta sunt, non servare « convictus fuerit, si sit quidem clericus, depo- « natur: si autem laicus, segregetur. »

ΒΑΛΣ. Τὰ εἰς τὴν ἑρμηνείαν (61) τοῦ παράντος κανόνος γεγραμμένα σημείωσαι, καὶ πρόσεχε μᾶλλον τῇ Νεαρᾷ τοῦ Φιλοσόφου, καὶ μὴ τῷ παρόντι κανόνι, χάριν τῶν γινομένων βαπτισμάτων εἰς τὸν εὐκτήριον. C

BALS. Quæ in hujus canonis interpretatione scripta sunt nota, et attende potius Philosophi Novellæ, et non præsenti canoni de baptismatis in æde oratoria celebrandis.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

Τοὺς ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ καὶ μὴ ἐν καθολικαῖς ἐκκλησίαις βαπτίζοντας ἱερεῖς καθαιρεῖσθαί φησιν ὁ κανών· καὶ τοὺς συμπράττοντας αὐτοῖς κληρικοὺς μὲν ὄντας καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι. Ὁ δὲ ιβ' κανὼν τῆς α' καὶ β' συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης παρομοίως κολάζεσθαί φησι τοὺς ποιοῦντας· τοιοῦτόν τι παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων· ὥστε κατὰ γνώμην ἐπισκοπικὴν καὶ πρὸ τούτου τοιαῦτα ἐγίνοντο. Ζήτει καὶ τὸν λα' κανόνα τῆς παρούσης συνόδου καὶ τὰς ἐκεῖ καταστρωθείσας Νεαρὰς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, ἤτουν τὴν δ' καὶ τὴν ιε', καὶ μάθῃς ὅτι διὰ τούτων ἐξεχωρήθη τὸ ἐν εὐκτηρίοις οἴκοις ἱερουργεῖν καὶ βαπτίζειν. D

Alia interpretatio.

Sacerdotes, qui in oratorio, et non in catholicis ecclesiis baptizant, deponi jubet canon: et eos quidem, qui eis opem ferunt, si sint clerici, deponi, si laici vero, segregari. Duodecimus autem primæ et secundæ synodi canon, quæ in Sanctorum Apostolorum æde congregata est, eos similiter puniendos dicit, qui præter proprii episcopi sententiam tale quid faciunt. Quocirca voluptate episcopi hæc quoque fiebant antea. Quære etiam 31 can. præsentis synodi, et illic sitas novellas imp. domini Leonis Philosophi, 4 scilicet et 15, et intelliges, quod per eas permissum est in domesticis oratoriis seu sacellis sacra peragere ac baptizare.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν κανὼν οὗτος καθάπαξ ἔοικε κωλύειν τὸ γίνεσθαι βάπτισμα ἐν εὐκτηρίῳ ἐντὸς οἴκου

226 ZONAR. Videtur hoc quidem canone, ne baptismus in privato sacello ministretur, penitus

[a] Rom. xii, 3.

Guill. Beveregii notæ.

(60) *Ἔνδον οἴκιαν.* Ms. Amerbachianus legit et paulo post ἀχράντου βαπτίσματος, pro ἀχράντου φωτίσματος. Nimirum hæc verba βάπτισμα et φώτισμα promiscue usurpantur.

(61) *Τὰ εἰς τὴν ἑρμηνείαν.* Hæc usque ad finem hujus primæ interpretationis ex ms. Bodleiano edimus. In Amerbachiano non exstant; nec quidem Balsamonis esse videntur, quippe quæ potius marginalem quamdam annotationem ad Balsamonis interpretationem hujus canonis continent: ac propterea post istam interpretationem, melius quam ante, collocantur. Sed cum hæc in ms. Bodleiano tanquam prima hujus canonis interpretatio habeatur, eam alteri præmittere visum est, ne a ms. deviare videremur.

interdictum; quique id ausus fuerit, initiatum deponi, laicos vero segregatione teneri placet. Duodecimus vero canon primæ et secundæ in templo Sanctorum Apostolorum habitæ synodi, a clero sepositos, hoc est, episcopi auctoritate ex omni clero loci illius, qui in privata æde sacra facturi sunt, eique muneri separatim addictos esse oportere decernit. Illud ergo ex utroque hoc canone efficitur, ut in tali oratorio sacra peragere, baptismumque ministrare, nec omnino vetitum, nec omnibus permissum esse intelligamus: sed qui ejusmodi sacra ministeria privatim obituri sunt, eos delectos, et bene cognitos esse Patres voluerunt, nec alium præterea ad illa quemquam admitti, nec cujusque sacerdotis voluntati hoc concessum esse; sed ex regionis episcopo veniam impetrari. Quicunque vero sese non vocati operi accinxerint, deponi, quique eis communicaverint, segregari jubet. Primo quoque et tricesimo canone eadem hæc sexta synodus in ejusmodi oratorio sacra mysteria peragere et baptizare, nisi episcopo annuente, vetat.

ARIST. « In ædibus oratoriis intra domum constitu-
« tis baptismum non celebrabunt. Qui hoc au-
« tem non observat, clericus quidem deponitur:
« laicus autem segregatur. »

In oratorio quod est intra domum sacra facere, iis volente regionis istius episcopo, tricesimus primus synodi præsentis canon præscripsit: licet quinquagesimus octavus synodi Laodicensis canon illud ab episcopis aut presbyteris fieri prohibuit. Baptismum autem celebrari in ejusmodi ædibus oratoriis præsens canon vetat, mandatque eos, qui divina illuminatione habebuntur digni, catholicas adire ecclesias, et in iis dono isto perfrui. Sin minus, eum, qui decreta hæc transgreditur, si quidem clericus sit, deponi: si vero laicus, segregari.

CANON LX.

« Cum clamet Apostolus, quod « qui Domino
« adhæret, unus est spiritus [1], » clarum est, quod
« qui etiam cum contrario init familiaritatem ac
« consuetudinem, cum illo conjunctione unum
« fit. Eos ergo qui se dæmone correptos esse
« simulant, et morum improbitate eorum figuram
« et habitum simulate præ se ferunt, visum est
« omni modo puniri, et ejusmodi afflictionibus
« laboribusque subjici oportere, quibus ii qui
« vere a dæmone correpti sunt, ut a dæmonis
« operatione liberentur, jure subjiciuntur. »

BALS. Eos qui ad lucrum sibi parandum se dæmone correptos esse simulant, et cum mala Satanica conscientia quædam dæmoniaca instar vatum gentilium prædicant, canon puniendos esse decernit, iis denique afflictationibus laboribusque subjici, quibus subjiciantur et qui vere dæmoniaci

[1] I Cor. vi, 17.

ζυτι, καὶ τὸν τοῦτο τολμήσαντα ἱερωμένον καθ ἱερεῖ, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζει. Ὁ δὲ δωδέκατος κανὼν τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης ἀποκεκληρωμένους εἶναι βούλεται τοὺς ἐν εὐκτηρίῳ λειτουργοῦντας ἔνδον οἰκίας ὄντι, ἀντὶ τοῦ ὡρισμένους ἐκκεχωρισμένους παρὰ τοῦ κατὰ τόπον ἐπισκόπου. Τοῦτο οὖν ἐξ ἀμφοῖν τῶν κανόνων τούτων καταλαμβάνεται, ὅτι οὔτε πάντῃ κεκώλυται τὸ ἱερουργεῖν ἐν εὐκτηρίῳ τοιούτῳ καὶ βαπτίζειν, οὔτε παντὶ ἐπετέτραπτο, ἀλλὰ ὡρισμένους καὶ ἐγνωσμένους ἤθελον οἱ Πατέρες εἶναι τοὺς μέλλοντας ἐν εὐκτηρίοις ἱερουργεῖν, καὶ παρ' ἐκείνους ἑτέρῳ μὴ ἐξεῖναι τοῦτο ποιεῖν, μηδὲ τῷ ἑκάστου ἱερέως βουλήματι τοῦτο ἄνετον εἶναι· παρὰ τοῦ ἐπισκόπου δὲ τῆς χώρας λαμβάνειν τὴν ἐκχώρησιν. Τοὺς δὲ ἐξ οἰκείας ὁρμῆς τοῦτο ποιοῦντας καθαιρεῖσθαι, καὶ τοὺς μετασχόντας τῆς κοινωνίας αὐτῶν ἀφορίζεσθαι· καὶ ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου ταύτης κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἱερουργεῖν καὶ βαπτίζειν ἐν εὐκτηρίῳ τοιούτῳ οἴκῳ προστάσσει.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐν εὐκτηρίοις οἴκοις ἔνδον οἴκου οὐκ
« ἐπιτελέσουσι βάπτισμα. Ὁ δὲ μὴ φυλάξας, κλη-
« ρικὸς μὲν, καθαιρεῖται· λαϊκὸς δὲ, ἀφορί-
« ζεται. »

Τὸ μὲν ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ ἔνδον οἰκίας τυγχάνοντι λειτουργεῖν μετὰ γνώμης τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς παρούσης συνόδου προετρέψατο· κἂν ὁ πεντηκοστὸς ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου τοῦτο ἐκώλυσε γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων· τὸ δὲ βάπτισμα τελεῖσθαι ἐν εὐκτηρίοις τοιούτοις οἴκοις ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανὼν, καὶ προστάττει τοὺς μέλλοντας ἀξιοῦσθαι τοῦ θείου φωτίσματος ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις προσέρχεσθαι, καὶ ἐν αὐταῖς τῆς δωρεᾶς ταύτης ἀπολαύειν· εἰ δὲ μή, τὸν παραβαίνοντα τὰ ὁρισθέντα, εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρεῖσθαι, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορίζεσθαι.

ΚΑΝΩΝ Ξ'.

« Τοῦ Ἀποστόλου βοῶντος ὅτι ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ
« ἓν πνεῦμά ἐστι, πρόδηλον ὡς καὶ ὁ τῷ ἐναν-
« τίῳ ἑαυτὸν οἰκείων ἐν γίνεται τῇ πρὸς αὐτὸν
« συναφείᾳ. Τοὺς τοίνυν δαιμονᾷν ὑποκρινομέ-
« νους, καὶ τρόπων φαυλότητι προσποιητῶς τὰ
« ἐκείνων σχηματιζομένους, ἔδοξε τρόπῳ ἐπιτι-
« μᾶσθαι παντὶ, καὶ τοιαύταις αὐτοὺς σκληραγω-
« γίαις καὶ πόνοις ὑποβάλλειν, οἷς ἂν οἱ ἀληθῶς
« δαιμονῶντες πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δαίμονος
« ἐνεργείας ἀξίως ὑποβάλλοιντο. »

ΒΑΛΣ. Τοὺς σχηματιζομένους δαιμονᾷν διὰ πορισμὸν κέρδους, καὶ κηρύσσοντας μετὰ φαύλου συνειδότος σατανικοῦ δαιμονιώδη τινὰ κατὰ τὰς τῶν Ἑλλήνων προφήτιδας, ὁ κανὼν ἐπιτιμᾶσθαι ὁρίζει, ἤγουν τιμωρεῖσθαι, καὶ σκληραγωγίαις καὶ πόνοις ὑποβάλλεσθαι τοιούτοις, οἷς ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶν-

τες ὑποβληθεῖεν, ἵνα ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δαίμονος. Φησὶ A
δὲ καὶ τὴν προσποίησιν αὐτῶν τοὺς δαίμονας οἰκειοῦ-
σθαι. Ἐγὼ δὲ, βλέπων πολλοὺς τοιούτους τὰς πόλεις
περιερχομένους, καὶ μὴ κολαζομένους, ἀλλὰ καὶ
ὡς ἡγιασμένους ἀγκαλιζομένους παρά τινων, ζητῶ
μαθεῖν τὴν αἰτίαν, καὶ ἐξαιτῶ τὴν διόρθωσιν. Τὸν
μέντοι Σταυράκιον ἐκεῖνον τὸν Ὀξεόβαφον, τὸν ὡς
ἀληθῶς δίκαιον, ὑποκρινόμενον τὴν διὰ Θεὸν μωρίαν
διὰ τοὺς ἀπατεῶνας, μετὰ τῶν ὑποκριτῶν ἐθέμην
κατ' ἄγνοιαν· παρομοίως δὲ ἐμοὶ καὶ ἕτεροι ἴσως ἵνα
ἐκριματίσθησαν. Ἔδει οὖν τὰ τοιαῦτα κωλυθῆναι
κατὰ τὸν παρόντα κανόνα, ἵνα μὴ καὶ οἱ ἀγαθοὶ
διὰ τοὺς φαύλους ἐπιτιμῶνται. Πολλοὶ γάρ εἰσι
τρόποι σωτηρίας ψυχῆς, καὶ δύναταί τις δι' αὐτῶν
σωθῆναι σκανδάλου δίχα παντός. Ταῦτα δὲ λέγω,
οὐκ οἰκοθεν, ἀλλ' ἐξ ἀφηγήσεως καλῶν ἀν- B
θρώπων, πλασαμένων μὲν τοιαύτην θεάρεστον
δῆθεν διαγωγὴν, καταγνόντων δὲ ταύτης ὡς ἐπωλέ-
θρου, καὶ καταγούσης εἰς σατανικὴν μερίδα. Διά
τοι τοῦτο καὶ διάφοροι ἁγιώτατοι πατριάρχαι πολ-
λοὺς προσκαθημένους μετ' ἁλύσεων ἐν τῷ ναῷ τοῦ
ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικήτα, καὶ ἑτέρους τὰς
τριόδους περιερχομένους, καὶ προσποιουμένους δαί-
μονᾶν, κατέσχον μετ' αὐθεντίας, καὶ εἰς δημοσίας
φρουρὰς κατέκλεισαν ἀκολούθως τῷ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς προσποιούμενοι δαιμονᾶν εἰς πόρον
κέρδους τῇ ὑποκρίσει ταύτῃ ἐκέχρηντο, ἢ καὶ νῦν
κέχρηνται. Τοῦτο κωλύει ὁ κανὼν οὗτος, καὶ τοὺς
σχηματιζομένους τοιαῦτα ἐπιτιμᾶσθαι ὁρίζει. Καὶ
οὐχ ἁπλῶς ἐπιτιμᾶσθαι, ἀλλὰ βαρύτερον καὶ C
σκληραγωγίαις αὐτοὺς καὶ πόνοις ὑποβάλλεσθαι
τοιούτοις, οἷοις ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες ὑπο-
βληθεῖεν, ἵν' ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δαίμονος. Λέγει γὰρ
ὅτι διὰ τρόπων φαυλότητα τῷ δαίμονι προσοικειοῦν-
τες ἑαυτοὺς ἓν γίνονται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ,
καὶ ἐπάγει μαρτυρίαν ἐκ τοῦ μεγάλου Παύλου λέγον-
τος· *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν.*

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις ὑποκρίνεται δαιμονᾶν, τὰ τῶν δαι-
« μονώντων ἐπιτίμια ὑποστήσεται. »

Εἰ ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον,
ἓν πνεῦμά ἐστι, πρόδηλον ὡς ὁ τῷ διαβόλῳ ἑαυτὸν
οἰκειῶν ἓν γίνεται τῇ πρὸς αὐτὸν συναφείᾳ. Διὰ τοῦτο
τὸν ὑποκρινόμενον δαιμονᾶν, καὶ τὰ ἐκείνων πράτ-
τειν σχηματιζόμενον, τοιαύταις αὐτὸν σκληραγω- D
γίαις ὑποβάλλει καὶ πόνοις, ὁποίοις ἂν καὶ τὸν ἀλη-
θῶς δαιμονῶντα πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τοῦ δαίμονος
ἐνεργείας.

ΚΑΝΩΝ ΞΑ'.

« Οἱ μάντεσιν ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες ἢ τοῖς λεγομένοις
« ἑκατοντάρχοις, ἢ τισι τοιούτοις, ὡς ἂν παρ' ἐκεί-
« νων μάθοιεν ὅ τι ἂν αὐτοῖς ἐκκαλύπτεσθαι βού-
« λοιντο κατὰ τὰ πρώην ὑπὸ τῶν Πατέρων περὶ
« αὐτῶν ὁρισθέντα, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν
« τῆς ἐξαετίας. Τῷ αὐτῷ δὲ τούτῳ καθυποβάλ-
« λεσθαι δεῖ καὶ τοὺς τὰς ἄρκτους ἐπιφερομέ-

[91] 1 Cor. VI, 17.

fuerint, ut a dæmone liberentur. Dicit autem et A
eorum simulatione dæmones quoque illis familia-
res fieri. Ego autem, cum videam ejusmodi com-
plures civitates obeuntes, et non puniri, sed ut
sanctificatos a quibusdam obviis ulnis excipi, cau-
sam scire desidero, et correctionem postulo. At-
qui Stauracium illum Oxybaphum, qui revera
justus erat, eam autem quæ est propter Deum stul-
titiam agebat propter seductores, cum hypocritis
per ignorantiam ponebam: fortasse autem a me
nonnulli quoque alii præjudicio affecti sunt. Opor-
tebat ergo talia per præsentem canonem prohiberi,
ne boni propter malos puniantur. Multi enim sunt
modi salutis animæ, et potest quis per eos servari
absque ullo scandalo. Hæc autem non ex meo pte
ingenio dico, sed ex bonorum **227** virorum narra- B
tione, qui hanc utique Deo gratam vivendi rationem
effinxerunt, sed eam, ut perniciosam et ad partem
Satanæ deducentem, condemnarunt. Et eam ob
causam multi etiam sancti patriarchæ multos cum
catenis assidentes in æde sancti magni martyris
Nicetæ, et alios trivia obeuntes, et se dæmone
corripi præ se ferentes, cum auctoritate detinue-
runt, et in publicis custodiis canoni consequenter
incluserunt.

ZONAR. Quidam homines, cum a dæmone se
correptos esse simularent, ea simulatione, quod
nunc quoque contingit, ad quæstum abutebantur.
Id hoc canone vetitum est, ac ejusmodi impostores
pœnis, et quidem gravioribus, coercendos esse de- C
cretum. Eos quippe iisdem laboribus et asperitati-
bus exerceri placet, quibus qui arreptitii revera
sunt, dæmonis fugandi causa fatigantur. Nam illi,
inquit, ob morum improbitatem se in familiaritа-
tem cacodæmonis insinuantes, impuro spiritui in-
tima conjunctione copulantur. Quam rem magni
Pauli testimonio confirmat; *Qui Deo*, inquit, *ad-
hæret, unus est spiritus*[91].

ARIST. « Qui dæmone se correptum simulat, dæ-
« moniacorum pœnas subibit. »

Si, qui Domino conglutinatur, secundum Apo-
stolum, unus est spiritus, manifestum est, quod
qui cum diabolo familiaritatem init, cum isto con-
junctione unum fit. Quapropter eum, qui se dæ- D
moniis correptum simulat, et eorum opera perfi-
cere præ se fert, talibus eum afflictionibus subjicit
et laboribus, qualibus et revera dæmone correp-
tum, ut dæmonis operatione eximatur.

CANON LXI.

« Qui vatibus seipsos tradiderunt, vel iis qui
« centuriones dicuntur, vel aliis ejusmodi, ut
« ab illis discant, si quid sibi revelari velint:
« convenienter iis quæ de ipsis a Patribus su-
« per constituta sunt, sexennii canoni subjician-
« tur. Eidem autem eos quoque subjici oportet,
« qui ursas vel ejusmodi animalia, ad ludum et

« simpliciorum noxam circumferunt, et fortunam, ac fatum, et genealogiam, et quorumdam ejusmodi verborum multitudinem ex fallaciæ imposturæque nugis proferunt : eosque, qui nubium persecutores et incantatores et amuletorum præbitores et vates appellantur. Eos autem, qui in iis persistunt, et non ab ejusmodi perniciosis gentilibusque studiis avertuntur et aufugiunt, Ecclesia omnino exturbandos decernimus : sicut et sacri canones dicunt. Quæ est enim luci cum tenebris communicatio[91]? ut ait Apostolus; vel quæ templo Dei cum idolis consensio? vel quæ fideli cum infideli pars est? Quæ autem Christo est cum Belial concordia[92]? »

A « νους (62), ἡ τοιαῦτα ζῶα, πρὸς παίγνιον καὶ « βλάβην τῶν ἁπλουστέρων, καὶ τύχην, καὶ « εἱμαρμένην, καὶ γενεαλογίαν (63), καὶ τοιούτων « τινῶν ῥημάτων ὄχλον κατὰ τοὺς τῆς πλάνης « λήρους φωνοῦντας, τούς τε λεγομένους νεφο- « διώκτας, καὶ γυτευτὰς, καὶ φυλακτηρίους, καὶ « μάντεις, ἐπιμένοντας δὲ τούτοις καὶ μὴ μετα- « τιθεμένους καὶ ἀποφεύγοντας τὰ ὀλέθρια ταῦτα « καὶ Ἑλληνικὰ ἐπιτηδεύματα, παντάπασιν ἀπορ- « ρίπτεσθαι τῆς Ἐκκλησίας ὁρίζομεν, καθὼς καὶ « οἱ ἱεροὶ κανόνες διαγορεύουσι. Τίς γὰρ κοινω- « νία φωτὶ πρὸς σκότος; ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, « ἢ τίς συγκατάθεσις ναῷ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων, ἢ « τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Τίς δὲ συμφώ- « νησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ; »

BALS. In 25 cap. 9 tit. præsentis operis diversas leges posuimus de magis, incantatoribus et aliis ejusmodi, quas lege. Præsens autem canon constituit, ne quis ad vates vel præstigiatores accedat, vel ad eos qui dicuntur centuriones, vel ad eos qui ursas trahunt, vel ad nubium persecutores, vel incantatores, vel ad eos qui præbent amuleta. Si quis autem hoc fecerit, sexennio segregabitur : et si in malo perseveret, ab Ecclesia publice ejicietur, et non amplius cum orthodoxis versabitur. Quæ est enim, inquit, communicatio luci cum tenebris? et cætera. Cum canon hæc decernat, et ejusmodi dæmoniacas operationes avertat, ut quæ a gentili infidelitate oriantur, particulatim quærenda sunt quæ hoc canone comprehenduntur. **228** Vates dicuntur palmæ inspectores, hique qui in pelve divinant, et li qui per sacrificia patrem suum Satanam de re aliqua interrogant : et omnes, ut semel dicam, qui per quædam signa ex suggestione dæmoniaca scire futura profitentur, et se dæmoni addicunt. Centuriones sunt qui a nobis primicerii dicuntur : erant autem antiquitus homines senes, utique prudentiores, et se reliquis consulere præ se ferentes; qui quidem cum per exsecrabiles hujusmodi operationes simpliciores seducerent, ut pseudothei colebantur. Ursas trahere dicuntur ii, qui arctotrophi, id est, ursorum alitores, appellantur : qui quidem in capite et totius animalis corpore tincturas appendentes, et pilos ex ipso tondentes, eos una cum tincturis dant, ut remedia et amuleta, et tanquam in morbis et fascinantibus oculis aliquid conferre possint. Alii vero serpentes in sinu gestantes, qui etiam

B ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιδ' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος κατεστρώσαμεν διαφόρους νόμους περὶ μάγων καὶ ἐπαοιδῶν, καὶ ἑτέρων τοιούτων, καὶ ἀνάγνωθι τούτους. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται μηδένα μάντεσιν ἢ γόησιν προσέρχεσθαι ἢ τοῖς λεγομένοις ἑκατοντάρχοις, ἢ τοῖς ἑλκυομένοις τὰς ἄρκτους ἢ τοῖς νεφοδιώκταις, ἢ τοῖς γυτευταῖς, ἢ τοῖς παρέχουσι τὰ φυλακτήρια. Εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἐπὶ ἓξαετίαν ἀφορισθήσεται· καὶ ἐπιμένων τῷ κακῷ, τῆς ἐκκλησίας ἐκκηρυχθήσεται, καὶ οὐκέτι μετὰ τῶν ὀρθοδόξων συναυλισθήσεται. Τίς γὰρ, φησὶ, κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, καὶ ἀποτρέποντος τὰς δαιμονιώδεις τοιαύτας ἐργασίας, ὡς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς καὶ ἐθνικῆς ἀπιστίας καταγομένας, ζητητέον τὰ κατὰ μέρος τῷ κανόνι περιεχόμενα. Μάντεις λέγονται οἱ παλαμοσκόποι, οἱ λεκανομάντεις, οἱ διὰ θυσιῶν τὸν πατέρα αὐτῶν τὸν Σατανᾶν ἐρωτῶντες, ἁπλῶς πάντες οἱ διά τινων σημείων ἐξ ὑποθήκης δαιμονικῆς τὰ μέλλοντα βλέπειν προαιρούμενοι, καὶ τῷ δαίμονι ἑαυτοὺς παρατιθέμενοι. Ἑκατόνταρχοί εἰσιν οἱ παρ' ἡμῶν λεγόμενοι πριμικήριοι· ἦσαν δὲ τὸ παλαιὸν ἄνθρωποι γηραλέοι, φρονιμώτεροι ὄντες, καὶ κατὰ συμβουλὴν τῶν λοιπῶν ὑπερφέροντες, οἵτινες διὰ τοιούτων μυσαρῶν ἐργασιῶν τοὺς ἁπλουστέρους πλανῶντες ὡς ψευδόθεοι ἐσεβάζοντο. Ἄρκτους ἐπισύρειν λέγονται οἱ καλούμενοι ἀρκτοτρόφοι· οἵτινες βάμματα ἐξαρτῶσι κατὰ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ὅλου σώματος τοῦ ζώου, καὶ τρίχας κείροντες ἐκ τούτου, διδόασι ταύτας σὺν τοῖς βάμμασιν, ὡς φυλακτήρια, καὶ ὡς δυναμένας λυσιτελεῖν ἐν νόσοις καὶ ἐν βασκάνοις ὀφθαλμοῖς. Ἄλλοι δὲ τοὺς ὄφεις ἐγκολπιζόμενοι, οἱ κα-

[91] II Cor. vi, 14. [92] ibid. 15.

Guill. Beveregii notæ.

(62) *Τὰς ἄρκτους ἐπιφερομένους.* Editio Parisiensis legit ἐπισυρομένους, ms. Amerbachianus, φερομένους.

(63) *Καὶ τύχην καὶ εἱμαρμένην καὶ γενεαλογίαν.* Aquila, Græcus sanctæ Scripturæ interpres, eo quod vanis hujusmodi rebus sese addixerit, easdemque defenderit, Ecclesia longe ante editum præsentem canonem ejectus est. Epiphanius enim de eo loquens ait, Ἀπὸ δὲ πρώτης αὐτοῦ ἕξεως μὴ μεταθέμενος, τοῦ πιστεύειν δηλονότι τῇ ματαίᾳ ἀπρονομίᾳ, ἣν ἀκριβῶς ἐκπεπαίδευτο, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ θέμα τῆς αὐτοῦ γενέσεως σκεπτόμενος, ἐλεγχόμενός τε ὑπὸ τῶν διδασκάλων καὶ ἐπιτιμώμενος ἕνεκα τούτου, μὴ διορθούμενος· καὶ ἀλλὰ καὶ φιλονεικῶς μᾶλλον ἀντιτιθέμενος, καὶ σπεύδων συνιστᾶν τὰ ἀσύστατα, τὴν εἱμαρμένην δηλονότι καὶ τὰ περὶ αὐτῆς διηγήματα, ἐξώσθη πάλιν τῆς ἐκκλησίας, ὡς ἄχρηστος πρὸς σωτηρίαν. Epiphan. De mens. et ponder. num. 15.

ἀθίγγανοι λεγόμενοι, τὸν μὲν φασι γεννηθῆναι εἰς ἡμέραν κακοποιὸν, τὸν δὲ αὐτῶν ἀστέρα ἀγαθὸν, εὐτυχίας καὶ δυστυχίας γενησομένας ἀπαγγέλλουσι, καὶ ἄλλα τινὰ φλυαροῦσι, μηδὲ γραφῆ παραδοθῆναι ἄξια. Νεφοδιῶκται λέγονται οἱ ἐκ τῶν νεφῶν προμηνύοντες δῆθεν τὰ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστα. Τινὲς γὰρ, βλέποντες τὰ νέφη, καὶ μᾶλλον ὅτε δύνοντος τοῦ ἡλίου γίνονται πυρωδέστερα, φλυαροῦσιν ἐκ τούτων μανθάνειν ἀλήθειαν. Ἐκ τοῦδε μὲν γὰρ τοῦ νέφους ἐοικότος περιστερᾷ περίστασιν λέγουσι τῷ ἐρωτῶντι ἐπιθεῖν· ἐξ ἑτέρου ἐοικότος ἀνθρώπῳ σπάθην ἐπιφερομένῳ πόλεμον προμηνύουσιν· ἐξ ἄλλου ἐοικότος λέοντι βασιλικῶν προσταγμάτων προλέγουσιν ἐνέργειαν, καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα ἀποφοιβάζουσι φλυαρήματα. Γυτευτὰς δὲ πόσους ἂν ἴδῃς λέγοντας θεῖά τινα ψαλμῳδήματα, καὶ μεμνημένους ὀνομάτων μαρτυρικῶν, ἢ καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου; Ἅπαντα δὲ οἱ θεοφόροι Πατέρες καὶ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι φεύγειν διορίζονται, καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ὁ θεῖος Χρυσόστομος, λέγων εἰς τοὺς ἀνδριάντας ταῦτα ῥητῶς· Οὐ περίαπτα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπῳδὰς αὐτῷ περιάγεις, γραΐδια μεθύοντα καὶ παραπαίοντα εἰς τὴν οἰκίαν σαυτοῦ εἰσάγων, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, οὐδὲ ἐρυθριᾷ μετὰ τοσαύτην φιλανθρωπίαν πρὸς ταῦτα ἐπτοημένος, καὶ τὸ χαλεπώτερον τῆς ἀπάτης, ὅταν, παραινούμενος ταῦτα μὴ ποιεῖν, δακὼν ἀπολογεῖσθαι, φῇς· Χριστιανή ἐστιν ἡ γυνὴ ἡ ταῦτα ἐπᾴδουσα, καὶ οὐδὲν ἕτερον φθέγγεται ἢ τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα. Διὰ τοῦτο μὲν οὖν αὐτὴν μάλιστα μισῶ καὶ ἀποστρέφομαι, ὅτι τοῦ Θεοῦ τῷ ὀνόματι καταχέχρηται, ὅτι λέγουσα Χριστιανὴ εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπιδείκνυται. Καὶ γὰρ οἱ δαίμονες τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα ἐφθέγγοντο, ἀλλ' ἦσαν δαίμονες· καὶ οὕτως ἔλεγον πρὸς τὸν Χριστόν· Οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅμως ἐπεστόμισεν αὐτοὺς καὶ ἀπήλασε (64). Φυλακτήριοι δὲ λέγονται οἱ κατ' ἀπάτην δαιμονικὴν διδόντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις δόματά τινα ἐκ σηρικῶν νημάτων ὑφασμένα, καὶ πουγγία λεγόμενα, ἔχοντα ἔσωθεν ποτὲ μὲν γραφὰς, ποτὲ δὲ ψευδῆ τινα ἕτερα τὰ παρατυχόντα· καὶ λέγοντες ὀφείλειν ταῦτα διηνεκῶς ἐκ τῶν τραχήλων τῶν λαμβανόντων αὐτὰ ἐξεωρᾶσθαι εἰς φυλακὴν παντὸς κακοῦ. Εἴπερ οὖν εἶχον καιρὸν ἀφηγήσασθαι ὅσα εἶδον τοιαῦτα συνοδικῶς ἐκδικηθέντα, μεγάλην ἂν τὴν περὶ πούτων ἐποιησάμην ἀφήγησιν. Εἰρήσεται δὲ ὀλίγα αὐτίκα. Πρῶτός τις τοῦ Ὄαλου, περὶ τοιούτων τινῶν κατηγορηθεὶς, εὑρέθη ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐγκόλπιον ἔχων ἔνδυμα νεογε-

ἀθίγγανοι dicuntur, hunc quidem die maligno, illum vero felici sidere natum esse dicunt, et futuras felicitates et infelicitates annuntiant, et alia quædam nugantur, quæ nec scribi quidem digna sunt. Nubium persecutores dicuntur, qui, quæ multis ignota sunt, ex nubibus prænuntiant. Nonnulli enim nubes aspicientes, et præcipue quando sole occidente sunt maxime candentes, se ex iis scire veritatem nugantur: et ex hac quidem nube, quæ columbæ (Græce περιστερὰ dictæ) est similis, dicunt, περίστασιν, hoc est, casum, vel eventum interroganti imminere; ex altera, quæ homini ensem intentanti similis est, imperatoris mandatorum exsecutionem prædicunt, et alias quasdam alienas nugas Apollinearum instar vatum debacchantur. Incantatores autem, quot videas, qui divina quædam cantica dicunt, et nominum martyrum meminerunt, vel etiam solius sanctissimæ Virginis? Quæ omnia divini Patres et Ecclesiæ doctores esse fugienda statuunt, et plus quam alii, sanctus Chrysostomus, in homiliis de statuis aperte sic dicens: Non solum alligata amuleta, sed et carmina seu incantationes ei applicas, temulentas et delirantes aniculas in tuam domum et introducens, et non erubescis, nec pudore suffunderis, si post tantam humanitatem ad hæc stupefactus attonitusque reddaris; et quod est deceptione gravius, quando ne hæc facias admonitus, te defendere existimans, dicis, Christiana est mulier quæ hæc incantat, et nihil aliud quam Dei nomen loquitur. Propterea ergo, inquit, eam magis odi et aversor, quæ Dei nomine in eo abusa est, quod cum dicat se esse Christianam, ea quæ sunt Græcorum ostentet. Nam et dæmones Dei nomen loquebantur, sed erant dæmones: et Christo sic dicebant: Novimus te quis sis, sanctus Dei; os tamen eis occludebat, et expellebat. Amuletorum autem præbitores dicuntur, qui fraude dæmonis eis, qui a se decipiuntur, sacculos quosdam ex sericis filis contextos, qui et πουγγία dicuntur, præbent, quæ aliquando quidem fintus habent scripturas, aliquando vero falsa quædam alia, quæcunque inciderint. Dicunt autem hæc juvare, si ex collis eorum, qui illa accipiunt, perpetuo pendeant, ad omne malum vitandum. Si haberem tempus narrandi ea quæ vidi synodice puniri, de iis magnam narrationem conficerem: sed pauca jam dicentur. Præfectus quidam Hosii de re ejusmodi accusatus, manifesto deprehensus

Guill. Beveregii notæ.

(64) *Ἐπεστόμισεν αὐτοὺς καὶ ἀπήλασε.* Post ista verba in ms. Amerbachiano hæc sequuntur. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος; εἰς τὸν μ' Ψαλμὸν περὶ τούτου φησὶ, καὶ ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν β' κεφ. τῶν κανόνων αὐτοῦ περὶ τῶν εἰς μάντεις καὶ γόητας ἀπόντων φησί· καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος εἰς τὸν περὶ τῆς ἐν πν' λατρείας περὶ τῶν τοιούτων φησὶ· καὶ τῷ Μωσαϊκῷ πολιτικῷ τε νόμῳ ταῦτα ἀπηγόρευται λέγοντι ψυχὴ ἡ κἂν ἐπακολουθήσῃ ἐγγαστριμύθοις ἢ ἐπαοιδοῖς, ὥστε ἐκπορνεῦσαι ὀπίσω αὐτῶν, ἐπιστήσω τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἐκείνην, καὶ ἐξολοθρεύσω αὐτὴν. In codice Tiliano horum loco alia leguntur, quæ Gentianus Hervetus sic vertit, *Lege et ejus interpretationem Epistolæ sancti Petri ad Colossenses, sextum et ejus coactionem adversus Judæos docentem, quod etiam signis, non ut decet adnctum, vivens mortuum suscitaverit, non est ei credendum, sed et contemnendus et rejiciendus.* Hæ autem marginales tantum notæ videntur, a descriptore aliquo huic in istis mss. loco insertæ. In nostro quidem Bodleiano codice neutra earum legitur.

est in sinu ferens indumentum infantis nuper nati, et dixit hoc sibi datum fuisse a quadam muliere, ad avertendum eisque os occludendum, qui adversus eum dicere conarentur. Unde etiam condemnationi subjectus fuit. Alius sacerdos accusatus, quod magna quinta feria sanctum panem daret diversis mulieribus et viris, ut convinceretur qui rem aliquam surripuerat, qui ex eo, quod hoc non facile ebibit, bibit poculum depositionis. Et alius sacerdos, cum Evangelio ligno alligato, quod 229 in orbem circumagebatur, accusatus, quod interrogationes faceret de quibusdam rebus per psalmos Davidicos, et multis propterea insontibus negotia ac molestias exhiberet, veniam impetrare non potuit. Multi etiam monachi, atque adeo priores, synodice puniti sunt, quod et quasdam mulieres accessissent, quæ cum hordeo, ea quæ ab aliis ignorantur, enuntiant. Hæ sunt quæ dicuntur κρίτριαι, quæ Ecclesiis et sanctis imaginibus assidentes, et se ex iis discere futura prædicantes, non secus ac quæ Pythonis habent spiritum quæ ignoraptur prædicunt. Scias ergo, quod præsens quidem canon eos, qui ad illos accedunt, ut dictum est, punit. Alii autem canones et leges sitæ in 25 cap. 9 tit. præsentis operis, non eos solum, sed et primos auctores ac effectores valde puniunt. Cum autem audis eos qui ad aliquos hujusmodi accedunt sexennio puniri, dic eos laicos. Qui enim sunt sacris initiati deponentur. Nota autem ex præsenti canone, quod ei quidem, qui peccat et convertitur, datur venia, et leviter punitur : qui autem in malo perseverat, et invitus ad id quod est melius traducitur, graviter punitur. Nam et hic, qui accessit et peccatum confessus est, per sexennii segregationem puniatur, vel etiam mitius, ut episcopo videbitur : qui autem in malo perseverat ex Ecclesia expellitur. Quoniam vero audivi quemdam dicentem, eis debere ignosci, qui pro corporali medela, vel aliqua alia re salutifera hæc faciunt, dico quod hoc quoque est occulta diaboli circumventio. Nam quemodocunque ea re uti est perniciosissimum. Lege quæ in commentario 25 cap. 9 tit. præsentis operis positæ sunt leges, et 65 novellam imp. domini Leonis Philosophi, hæc circa finem expresse definientem : Si quis autem omnino hac præstigiatoria arte uti deprehensus fuerit, sive corporis medelæ prætextu, sive avertendæ a fructibus noxæ, extremum luat supplicium apostatarum pœnam subiens.

ΒΑΛΣ. Τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα σχεδὸν ὑπέρκειται πάσης τιμῆς. Τῇ γὰρ ἀποστολικῇ ἀξίᾳ ἰσοστάσιόν ἐστι διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας ἐπάγγελμα. Ἐπεὶ οὖν τινες αὐθάδεις καὶ καταφρονηταὶ τῶν θείων παραγγελμάτων, ἐκκλησιαστικῶν δηλονότι καὶ βασιλικῶν, ἄτοπά τινα καὶ ἐφύβριστα εἰς τινας εἰργάσαντο ἀρχιερεῖς, ὥρισαν οἱ ἅγιοι Πατέρες ὡς, εἴ τις λαϊκὸς αὐθεντήσας, ἤγουν ἀρχοντικῆς αὐθεντίας καὶ ἐξουσίας δραξάμενος, δικαστὴς τυχὸν ἢ πράκτωρ καταστὰς, τολμηρῶς οἱονδήτινα ἐπίσκοπον τύψει, ἢ ἐν φυλακῇ ἀποκλείσει, ἢ χωρὶς αἰτίας, ἢ μετὰ τῆς ἐπιπλάστου καὶ ψευδοῦς αἰτίας, τουτέστιν ἀνευλόγως, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω, ἤγουν κεχωρισμένος ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἔστιν, καὶ παραδιδόσθω τῷ δαίμονι, ὡς ἀνάθεμα. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος ὡς ἐκεῖνος ὁ λαϊκὸς ἀναθεματίζεται, ὁ χωρὶς αἰτίας, ἢ μετὰ αἰτίας πεπλασμένης, τουτέστιν ἀνευλόγως, κατὰ μόνην αὐθεντίαν ἀρχοντικὴν τύψας ἢ φυλακίσας ἐπίσκοπον, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς λαϊκοὺς ἄρχοντας ἐξ εὐλόγου αἰτίας τύπτειν καὶ φυλακίζειν τοὺς ἐπισκό-

πους. Ἀπὸ γὰρ διαφόρων κανόνων καὶ νεαρῶν θεσπισμάτων ἔμαθες ὡς κατὰ ἐπισκόπων οἱ λαϊκοὶ ἄρχοντες οὐδεμίαν δικαιοδοσίαν ἔχουσιν. Ὅθεν ὁ τύπτων λαϊκὸς ἢ φυλακίζων τὸν τυχόντα ἀρχιερέα, κἂν ἐξ αἰτίας πάντη εὐλογωτάτης, κἂν τὴν μείζονα ἀρχὴν ἔχῃ, κολασθήσεται· καὶ τὸ εὔλογον τῆς αἰτίας οὐκ ὠφελήσει αὐτόν. Ἀκούσει γὰρ ὡς ταῖς συνόδοις καὶ μόναις ἐνεδόθη τοὺς ἀρχιερεῖς κολάζειν· καὶ ὤφειλε τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἀνάκρισιν πρὸς τὴν πρόσφορον σύνοδον ἀποστεῖλαι, καὶ ἑαυτὸν διατηρῆσαι ἀμέτοχον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀνακρίσεως. Προστέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ χωρὶς εὐλόγου αἰτίας, καὶ τὰ λοιπὰ, διὰ τὸν ἀναθεματισμόν. Οὐδὲ γὰρ ἦν δίκαιον ἀναθεματισθῆναι τὸν ἄρχοντα, τὸν προφάσει δικαίας αἰτίας τοιοῦτόν τι ἐφύβριστον πεποιηκότα πρὸς ἐπίσκοπον· ἀλλὰ ἀλλοτρόπως κολασθῆναι. Τὸ ἀνάθεμα δὲ χωρισμός ἐστι τοῦ Θεοῦ. Ὡς γὰρ τὰ προσαγόμενα ἀναθήματα τῷ Θεῷ χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος ἐκκόπτεται καὶ διαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωρισμένων τῷ Θεῷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσκυροῦται τῷ Σατανᾷ, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γράψαντα Κορινθίοις περὶ τοῦ πεπορνευκότος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητρυιὰν ὅτι, *Παράδοτε αὐτὸν τῷ Σατανᾷ*· καὶ ἐπιστείλαντα Τιμοθέῳ περὶ Ὑμεναίου καὶ Ἀλεξάνδρου, *Οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα μὴ βλασφημεῖν παιδευθῶσιν*. Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, πολλῷ γε μᾶλλον ὁ ὑπὸ ἀνάθεμα γεγονὼς, ἀποδίσταται μὲν τοῦ Θεοῦ, προσνεῦται δὲ καὶ προσκυροῦται τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀνάθεμα ἐκείνου αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ. Καλῶς δὲ ἐμνήσθη ὁ κανὼν αὐθεντίας ἀρχοντικῆς. Ὁ γὰρ μὴ προφάσει τοιαύτῃ, ἀλλὰ ἰδιορρύθμου κακίας τοιοῦτόν τι τολμήσας, κἂν ἐξ εὐλόγου αἰτίας τοῦτο ποιήσῃ, μειζόνως κολασθήσεται διὰ τὴν ἄκραν ἀναίδειαν.

ZΩNAP. Οὐδέποτε τῷ βίῳ ἐνέλιπον τὰ κακά. Ἀληθὴς δ' ἄρα καὶ ἀσφαλὴς ἡ τοῦ σοφοῦ γνώμη, ἡ τοὺς πλείονας ἀποφηναμένη κακούς. Ἰδοὺ γὰρ καὶ πάλαι παρὰ λαϊκῶν ἐτύπτοντο ἀρχιερεῖς, καὶ εἱρκταῖς συνεκλείοντο. Ὅθεν ἡ σύνοδος αὕτη διατάττεται ὡς, εἴ τις τῶν λαϊκῶν αὐθεντήσας, τουτέστιν ἀρχικῆς ἐξουσίας καὶ αὐθεντίας δραξάμενος, ἢ ἑαυτῷ ψυχικοῦ θανάτου γενόμενος αἴτιος (λέγεται γὰρ αὐθέντης καὶ ὁ αὐτοφονευτής), καὶ καταφρονήσας τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων, καταγελάσας δὲ καὶ τῶν φρικτῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν καὶ νόμων (θεσμοὺς δὲ τοὺς ἀγράφους τύπους λέγει, καὶ τὰς ἀρχαίας παραδόσεις ἐνταῦθα, νόμους δὲ τοὺς ἐγγράφους), τολμήσειεν ἐπίσκοπόν τινα τύψαι (τόλμης γὰρ ὄντως καὶ ἀμέτρου θρασύτητος τὸ τύψαι ἐπίσκοπόν τινα), διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν τινα, ἐνέφηνεν ὅτι οὐ μόνον ἐπίσημον ἐπίσκοπον οὐ δεῖ τύπτεσθαι ἢ καθείργνυσθαι, ἀλλ' οὐδὲ τὸν τυχόντα καὶ ἄσημον καὶ τοῖς πλείοσιν ἄγνωστον, ἤγουν εὐτελῆ καὶ πενέστατον, ἢ ἄνευ αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασάμενος αἰτίαν, ὁ

A verberare et custodiæ tradere. A diversis enim canonibus et novellis constitutionibus didicisti, quod laici magistratus nullam habent in episcopos jurisdictionem. Unde etiam laicus, qui quemvis antistitem vel verberat, vel conjicit in carcerem, etiamsi ex causa longe justissima, et majorem magistratum gerat, punietur: et causæ bonitas ac probabilitas ei non proderit. Audiet enim, quod synodis iisque solis antistites punire permissum est: et debebat de antistite cognitionem ad convenientem synodum remittere, et se ab episcopalis causæ disceptatione integrum intactumque conservare. Adjectum est autem canoni illud sine justa causa, et reliqua, propter anathematizationem. Neque enim æquum erat, ut magistratus, qui B justæ causæ prætextu tale quid fecerat contumeliosius in episcopum, anathematizaretur: sed aliquo alio modo puniretur: est autem anathema a Deo separatio. Quemadmodem enim donaria, quæ Deo offeruntur, a communibus et humanis rebus separantur: sic et qui anathema factus est exscinditur et separatur a cœtu fidelium, qui sunt Deo consecrati et dedicati, et etiam ab ipso Deo, et Satanæ traditur, secundum magnum Paulum, qui ita scripsit Corinthiis, de eo, qui in suam novercam fornicationem commiserat, *Tradite eum Satanæ*; et qui etiam scripsit ad Timotheum, de Hymenæo et Alexandro, *Quos tradidi Satanæ, ut discant non blasphemare* [11]. Si autem hæc ita se habeant; multo magis qui est sub anathemate, a C Deo quidem separatur, et Satanæ unitur eique attribuitur, ipseque seipsum ejus munus dedicatum constituit. Recte autem meminit canon auctoritatis magistratus. Qui enim non eo prætextu, sed sua improbitate, tale quid ausus fuerit, etiamsi hoc probabili de causa fecerit, magis punietur propter summam impudentiam.

ZONAR. Nullo unquam tempore mala in hominum vita defecerunt. Vera quippe illa ac certa sapientis sententia plures improbos pronuntiantis. Ecce jam olim a laicis summi sacerdotes vapulabant, carcerique mancipabantur. Si quis igitur laicus imperium ac potestatem magistratus usurpans, vel spiritualem sibimet necem offerens (nam is quoque D αὐθέντης dicitur, qui sé ipse interficit), et contemptis imperatorum edictis, formidandisque Ecclesiæ institutis legibusque neglectis (instituta porro, Græce θεσμοὺς, hoc loco consuetudines non scriptas, ecclesiasticasque antiquas traditiones, νόμους vero leges scriptas vocat), episcopum quempiam verberare ausus fuerit (audaciæ enim profecto ea res, atque intolerabilis confidentiæ episcopum quempiam verberare); ex eo vero quod verbum, quempiam, addidit, non modo insignem præ cæteris episcopum, sed quemcunque etiam obscurum, pluribusque ignotum, abjectum videlicet, et maxime inopem, nullo modo verberari, aut carceri

[11] 1 Timoth. I, 20.

includi licere demonstrat sive nulla causa, sive cujuscunque causæ obtentu id fecerit, ejusmodi hominem anathema, hoc est, a Deo separatum esse, hæc synodus decernit. Ut enim anathemata, quæ Deo oblata sunt, a rebus aliis communibus atque humanis segregantur : ita is, qui anathema factus est, a reliquo fidelium cœtu, qui Deo additi ac dicati sunt, avellitur atque distrahitur, et ab ipso Deo, vel ipse a seipso potius diabolo mancipatur. Etenim, si qui vel tantummodo segregatus est, diabolo traditur, ut ex magno Paulo colligimus, qui ad Corinthios scribens hominem, qui cum noverca rem habuerat, **364** Satanæ tradi jubet ; tum ex iis, quæ Epistola ad Timotheum habentur, de Hymenæo et Alexandro, *Quos Satanæ tradidi, ut discant non blasphemare :* multo magis is, qui sub anathemate factus est, a Deo quidem divellitur, Satanæ vero adjungitur atque addicitur, seque illi instar anathematis obnoxium ipsemet constituit.

ARIST. « Si quis laicus episcopum in custodiam « tradiderit, vel verberaverit, sine causa, vel « causa ficta, sit anathema. »

Α το οὗτος ἀνάθεμα ἔστω, ἤγουν κεχωρισμένος ἔστω τοῦ Θεοῦ. Ὡς γὰρ τὰ ἀναθήματα προσαγόμενα τῷ Θεῷ χωρίζονται ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· οὕτω καὶ ὁ ἀνάθεμα γενόμενος ἐκκόπτεται καὶ ἀποδιαιρεῖται ἀπὸ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τῶν ἀνατεθειμένων καὶ ἀφωσιωμένων τῷ Θεῷ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσληροῦται τῷ διαβόλῳ, ἢ ἀνατίθησιν αὐτὸς ἑαυτόν. Εἰ γὰρ ὁ μόνον ἀφορισθεὶς παραδίδοται τῷ Σατανᾷ, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γράφαντα Κορινθίοις περὶ τοῦ πεπορνευκότος· εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητρυιάν, ὅτι *Παράδοτε αὐτὸν τῷ Σατανᾷ*, καὶ ἐπιστείλαντα Τιμοθέῳ περὶ Ὑμεναίου καὶ Ἀλεξάνδρου, *Οὓς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν·* πολλῷ δὲ τῷ μέσῳ μᾶλλον ὁ ὑπὸ ἀνάθεμα γεγονὼς ἀποδιαιρεῖται μὲν τοῦ Θεοῦ, προσενοῦται δὲ καὶ προσληροῦται τῷ Σατανᾷ, καὶ ἀνάθεμα ἐκείνου αὐτὸς ἑαυτὸν ποιεῖ. B

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις τῶν λαϊκῶν ἐπίσκοπον φυλακίσειεν « ἢ τυπτήσειεν χωρὶς αἰτίας, ἢ καὶ συμπλασά- « μενος, ἔστω ἀνάθεμα. »

Η ΕΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΗ ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΣΥΝΟΔΟΣ (67)

ΗΣ ΕΞΗΡΧΕΝ Ο ΜΕΓΑΣ ΚΥΠΡΙΑΝΟΣ ΚΑΙ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ ΩΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΟΣ.

CARTHAGINENSIS SYNODUS

CUI PRÆFUIT MAGNUS CYPRIANUS ET SANCTUS MARTYR, QUI ERAT CARTHAGINENSIS EPISCOPUS.

BALS. Hæc est omnium synodorum antiquissima : fuit enim sub Decio : et post eam illa quæ A

ΒΑΛΣ. Αὕτη ἡ σύνοδος πασῶν τῶν συνόδων προγενεστέρα ἐστί. Γέγονε γὰρ ἐπὶ Δεκίου βασιλέως,

Guill. Beveregii notæ.

(67) *Ἡ ἐν Καρχηδόνι γενομένη σύνοδος.* Hanc præsentis synodi inscriptionem ms. Bodleiano acceptam ferimus ; sed eadem etiam in codice Amerbachiano legitur. In Parisiensi autem tam Balsamonis quam Zonaræ editione, sic inscribitur, Σύνοδος ἡ γενομένη ἐπὶ Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Καρχηδόνος καὶ μάρτυρος, *Synodus habita sub Cypriano sanctissimo Carthaginis episcopo et martyre.* Celebrata fuit hæc synodus anno Dom. 258, ac proinde omnium synodorum antiquissima a Balsamone et Zonara recte perhibetur: dummodo eæ solæ intelligantur synodi, quæ hoc opere, ut a Græcis receptæ, vel potius in nomocanonem eorum relatæ, continentur. Aliter enim, præter apostolicam, multas alias ante hanc habitas fuisse episcoporum synodos, ex plurimis Tertulliani et Cypriani locis constat. Canon autem, qui huic synodo ascribitur, nihil aliud est quam epistola D. Cypriani et aliorum episcoporum una cum eo synodice convenientium ad Januarium (non Jovianum, ut Balsamon et Zonaras opinati sunt) aliosque Numidiæ episcopos rescripta, quæ in nonnullis Operum divi Cypriani editionibus est epistola 70, in aliis l. 1. ep. 12. Decernitur autem hoc canone, vel epistola potius, baptismum extra Ecclesiam catholicam conferri non posse, ac propterea denuo baptizandos esse, quicunque ab hæreticis baptizati sunt, cum ad Ecclesiam catholicam conversi fuerint. Idem autem constituitur ab apost. c. 47, in quem videsis quæ annotavimus ; hic insuper observamus, ipsa synodi Acta, quibus omnia episcoporum in ea congregatorum testimonia deponuntur, quæque hic post scholia in canonem exstant, in omnibus Balsamonis codicibus desiderari idque juxta ipsius sententiam, ut ex scholiis ejus in canonem colligere est. Sed in omnibus e contra Zonaræ codicibus, tam mss. quam impressis, habentur. Exstant etiam in divi Cypriani operibus necnon in primo conciliorum tomo. De hac autem synodo non opus est ut plura addamus ; sed nihilominus priusquam ad proximam nos conferamus hic interim præterea notandum est, in vulgatis

καὶ μετ' αὐτὴν ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας κατὰ Παῦλον τοῦ Σαμοσατέως ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως. Συνηθροίσθησαν δὲ εἰς Καρχηδόνα ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἅγιοι Πατέρες, καὶ συνεζήτησαν, εἰ χρὴ βαπτίζεσθαι τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας εἰδωλεθύτας, κατὰ τὴν περὶ τούτου ἐρώτησιν τοῦ ἐπισκόπου Ἰοβιανοῦ. Ὅτι δὲ τότε καὶ ὁ Ναυάτος πρεσβύτερος ὢν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας καθηρέθη, ὡς μὴ δεχόμενος εἰς μετάνοιαν τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις, κἀντεῦθεν ἐποίει σχίσμα μετά τινων ἀσυνέτων, ἐπολυπραγμονήθη, εἰ χρὴ καὶ τοὺς σχισματικοὺς βαπτίζεσθαι, ὡς καὶ τοῦτο ἐρωτήσαντος τοῦ Ἰοβιανοῦ.

ΖΩΝΑΡ. Αὕτη ἡ σύνοδος πασῶν τῶν συνόδων προγενεστέρα ἐστί. Προτερεύει μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας γεγονυῖα σύνοδος κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, ἥτις ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως ἠθροίσθη· αὕτη δὲ κἀκείνης ἀρχαιοτέρα ἐστίν. Ὁ γὰρ μέγας Κυπριανὸς ἐπὶ Δεκίου βασιλέως τὸν τῆς μαρτυρίας ἤνυσε δρόμον· πολλοστὸς δ' ἐστὶν ὁ Αὐρηλιανὸς πρὸς τὸν Δέκιον. Πολλοὶ γὰρ μετὰ τὸν Δέκιον ἐκράτησαν αὐτοκράτορες, μεθ' οὓς Αὐρηλιανὸς τῆς βασιλείας ἠξίωτο. Οὕτω μὲν οὖν προγενεστέρα πασῶν ἐστιν. Ἠθροίσθησαν δ' ἐν αὐτῇ ἐπίσκοποι πρὸς τέσσαρσιν ἀγδοήκοντα, ζητήσεως γενομένης, εἰ τοὺς ἐξ αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας καὶ τοὺς σχισματικοὺς βαπτίζεσθαι δεῖ προσερχομένους τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἰοβιανὸς γάρ τις ἐπίσκοπος ἐπέστειλε περὶ τούτου τῷ θείῳ Κυπριανῷ, ἐρωτῶν, εἰ δεῖ τοὺς τοιούτους βαπτίζεσθαι. Τότε γὰρ καὶ ὁ Ναυάτος τῆς τῶν λεγομένων Καθαρῶν αἱρέσεως ἦρξε, πρεσβύτερος γεγονὼς τῆς Ἐκκλησίας Ῥωμαίων, σχισματικὸς ὢν κυρίως, ἀλλ' οὐχ αἱρετικός. Οὐ γὰρ πρὸς δόγμα τι τοῖς ὀρθόφροσι διεφέρετο· ἀλλὰ τοῖς ἐν διωγμοῖς ὑποκύψασί τε καὶ θύσαντι ἀπηγόρευε τὴν μετάνοιαν. Ἐπειδὴ ὁ τότε τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας προεστηκὼς Κορνήλιος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, ζητήσαντες περὶ τοῦ εἰσαγομένου, ἐψηφίσαντο δέχεσθαι εἰς μετάνοιαν καὶ τοὺς ἐπιθύσαντας, ὁ δὲ Ναυάτος τῆς οἰκείας ἐνστάσεως οὐ μεθίστο· ἐξέκοψαν τῆς Ἐκκλησίας ἐκεῖνον καὶ ἀπεκήρυξαν ὡς μισάδελφον. Ὁ δὲ καὶ ἄλλους ὁμόφρονας ἐσχηκὼς καθ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο παρασυνάξεις, καὶ σχίσμα παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν αὐτῷ συγκοινωνούντων ἐγένετο. Περὶ σχισματικῶν τοίνυν καὶ αἱρετικῶν ἐρωτήσαντος Ἰοβιανοῦ, ἀντεπέστειλεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνεπισκόποις αὐτοῦ ὁ μέγας Κυπριανὸς καὶ ἡ σὺν αὐτῷ σύνοδος τὴν ἐπιστολὴν ταύτην.

fuit in Antiochia Syriæ adversus Paulum Samosatenum sub Aureliano imperatore. Congregati sunt autem Carthagine 84 sancti Patres, et quæsitum est, an baptizare oporteat eos, qui revertuntur ex hæresi eorum qui idolis immolaverant, convenienter interrogationi factæ de ea re ab episcopo Joviano. Quia autem tunc Novatus Romanorum Ecclesiæ presbyter depositus est, ut qui ad pœnitentiam non admitteret eos qui idolis sacrificaverant; et ideo cum quibusdam insipientibus faciebat schisma: agitatum est, an etiam schismaticos baptizare oporteat, tanquam hoc quoque Jovianus quæsivisset.

ZONAR. Est hæc synodus omnium antiquissima. Nam aliis quidem antiquior est ea, quæ Antiochiæ in Syria contra Paulum Samosatenum Aureliano Romanorum imperatore celebrata fuit, hæc vero vetustate illam quoque antecedit. Magnus siquidem Cyprianus, Decio imperatore, martyrii cursum confecit: at vero longo intervallo post Decium Aurelianus fuit. Multi siquidem Decio exstincto regnavere imperatores, quibus demum Aurelianus in imperio suffectus est. Itaque longe hæc synodus omnium antiquissima est. In ea porro quatuor supra octoginta episcopi congregati sunt, ac de iis, qui abdicata hæresi resipiscunt, ac schismaticis, qui ad Ecclesiam revertuntur, an baptizandi forent, quæsitum. Jovianus siquidem episcopus quidam, ea de re, an scilicet ejusmodi homines baptizari oporteret, Cyprianum per epistolam consuluerat. Tunc enim Novatus quoque eorum sectæ, qui Cathari (hoc est puri) dicebantur, se principem profitebatur. Romanæ Ecclesiæ presbyter, schismaticus proprie, non hæreticus. Nec enim in iis, quæ ad dogmata pertinent, ullo pacto a Catholicis dissentiebat: sed qui adversis reipublicæ Christianæ temporibus malo victi succubuissent, diisque immolassent, ad pœnitentiam non admittebat. Cum vero Ecclesiæ Romanorum præfectus eo tempore Cornelius, cum aliis subjectis episcopis, agitata quæstione, eos quoque qui immolavarant ad pœnitentiam admittendos esse decrevissent, neque tamen Novatus aliquid de pertinacia remitteret, illum ab Ecclesiæ corpore excisum, quippe fratrum osorem decreto promulgavere. Alios vero ille sectatores nactus, seorsim conventus peragere, schismateque hinc inde cum suis gregalibus Ecclesiam lacerare adortus est. Cum ergo de schismaticis et hæreticis esset a Joviano quæsitum, ad eum ejusque coepiscopos magnus Cyprianus cum sua synodo rescribens subjectam epistolam exaravit.

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Ἐκ κοινοβουλίῳ ὄντες, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ἀνέγνωμεν γράμματα ἀφ' ὑμῶν σταλέντα περὶ

CANON I.

« Cum in communi consilio essemus, dilecti fratres, legimus litteras a vobis missas de iis, qui

Guill. Beveregii notæ.

Balsamonis editionibus canones synodi Carthaginensis, ut a Græcis vocantur, hoc est, codicem canonum Ecclesiæ Africanæ, inter supradictam synodum Ancyranam interponi. Verum non modo in Bodleiano codice quem ubique sequimur, sed et Amerbachiano, idem ordo synodorum observatur, quo hic imprimuntur, juxta quem veterem illam Carthaginensem synodus Ancyrana excipit.

« ab hæreticis vel schismaticis baptizati visi ad
« catholicam Ecclesiam, quæ una est, in qua
« baptizamur et regeneramur veniunt : de qui-
« bus confidimus vos quoque, qui illa agitis,
« catholicæ Ecclesiæ canones firmitatem tenere.
« Tamen quoniam nobiscum estis communionis
« participes, et propter communem dilectionem
« de eo quærere voluistis ; non novam senten-
« tiam neque nunc fundatam efferimus : sed quæ
« olim ab antiquioribus accuratissime et dili-
« gentissime fuit 366 examinata, eam a nobis
« observatam vobis communicamus, et conjun-
« gimus, id quoque nunc statuentes, quod sem-
« per fortiter stabiliterque tenuimus ; ut nemo
« possit baptizari extra catholicam Ecclesiam ;
« cum unus baptismus, et in catholica Eccle-
« sia sola celebretur. Scriptum est enim : « Me
« reliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt
« sibi cisternas perforatas, quæ aquam continere
« nequeunt [72]. » Et rursus sacra Scriptura hoc
« præsignificans dicit : « Ab aqua aliena absti-
« nete, et ex fonte alieno ne bibite. » Oportet
« autem aquam primum purgari et sanctificari
« a sacerdote, ut possit proprio baptismate
« homini, qui baptizatur, peccata abluere. Et
« per Iezechielem prophetam dicit Dominus :
« Et aspergam vos aqua pura, et mundabo vos,
« et dabo vobis cor novum, et spiritum novum
« dabo vobis [73-80]. » Quomodo autem aquam pur-
« gare et sanctificare potest, qui ipse est im-
« mundus, et Spiritu sancto destitutus ? et cum
« dicat Dominus in Numeris : « Et omnia quæ
« tanget immundus, immunda erunt [81] ; » quo-
« modo potest baptizans dare alii remissionem
« peccatorum, qui non potest propria peccata
« extra Ecclesiam dimittere ? Sed et ipsa inter-
« rogatio, quæ fit baptismate, est testis veritatis.
« Dicentes enim ei qui examinatur : Credis vi-
« tam æternam et remissionem peccatorum
« accipere ? nihil aliud dicimus, quam quod in
« catholica Ecclesia hæc dari possunt. Apud hæ-
« reticos autem, ubi Ecclesia non est, haberi
« non potest peccatorum remissio. Et ideo qui
« hæreticorum patrocinium suscipiunt, vel debent
« interrogationem mutare, vel veritatem tueri.
« Necesse est etiam eum, qui baptizatus est,
« inungi, ut accepta unctione, fiat Christi gra-
« tiæ particeps. Sanctificare autem oleum non
« potest hæreticus, qui nec altare habet, nec
« Ecclesiam. Non potest autem omnino chrisma
« esse apud hæreticos. Nobis enim clarum est,
« nullo modo apud illos sanctificari posse oleum
« ad gratiarum actionem. Scire enim et non
« ignorare debemus quod scriptum est : « Oleum
« peccatoris non impinguet caput meum [82]. »
« Quod quidem etiam olim significavit sanctus
« Spiritus in Psalmis, ne forte abductus sit

A

B

C

D

« τῶν παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ἢ σχισματικοῖς βα-
« πτούντων βεβαπτίσθαι, ἐρχομένων πρὸς τὴν
« καθολικὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐστὶ μία, ἐν ᾗ
« βαπτιζόμεθα καὶ ἀναγεννώμεθα · περὶ ὧν
« καὶ πεποίθαμεν καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐκεῖνα πράτ-
« τοντας τὴν στερρότητα τῆς καθολικῆς Ἐκ-
« κλησίας κρατεῖν, ὅμως ἐπεὶ συγκοινωνοί
« ἡμῶν ἐστε, καὶ ζητῆσαι περὶ τούτου διὰ τὴν
« κοινὴν ἀγάπην ἠθελήσατε, οὐ πρόσφατον γνώ-
« μην, οὐδὲ νῦν ἡδρασμένην προσφέρομεν, ἀλλὰ
« τὴν πάλαι ὑπὸ τῶν προγεναστέρων ἡμῶν μετὰ
« πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας δεδοκιμασμένην,
« καὶ ὑφ' ἡμῶν παρατηρηθεῖσαν, κοινωνοῦμεν
« ὑμῖν καὶ συζεύγνυμεν, τοῦτο καὶ νῦν χειρ-
« νοῦντες, ὅπερ διὰ παντὸς ἰσχυρῶς καὶ ἀσφα-
« λῶς κρατοῦντες, μηδένα βαπτίζεσθαι δύνασθαι
« ἔξω τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας · ἑνὸς ὄντος βα-
« πτίσματος, καὶ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλη-
« σίᾳ ὑπάρχοντος. Γέγραπται γάρ, « Ἐμὲ ἐγκα-
« τέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυ-
« τοῖς λάκκους συντετριμμένους, τοὺς μὴ δυ-
« αμένους ὕδωρ συσχεῖν. » Καὶ πάλιν ἡ ἁγία
« Γραφὴ προμηνύουσα λέγει · « Ἀπὸ ὕδατος ἀλ-
« λοτρίου ἀπέχεσθε, καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας μὴ
« πίητε. » Δεῖ δὲ καθαρίζεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι
« τὸ ὕδωρ πρῶτον ὑπὸ τοῦ ἱερέως, ἵνα δυνηθῇ τῷ
« ἰδίῳ βαπτίσματι τὰς ἁμαρτίας τοῦ βαπτιζομέ-
« νου ἀνθρώπου ἀποσμῆξαι. » Διά τε Ἰεζεκιὴλ
« τοῦ προφήτου λέγει Κύριος · « Καὶ ῥαντίσω
« ὑμᾶς καθαρῷ ὕδατι, καὶ καθαρῶ ὑμᾶς, καὶ
« δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν
« δώσω ὑμῖν. » Πῶς δὲ δύναται καθαρίσαι καὶ ἁγιά-
« σαι ὕδωρ ὁ ἀκάθαρτος ὢν αὐτὸς, καὶ παρ' ᾧ
« Πνεῦμα ἅγιον οὐκ ἔστι ; λέγοντος τοῦ Κυρίου
« ἐν τοῖς Ἀριθμοῖς · « Καὶ πάντων ὧν ἅψεται ὁ
« ἀκάθαρτος, ἀκάθαρτα ἔσται. » Πῶς βαπτίζων
« δύναται ἄλλῳ δοῦναι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὁ μὴ δυνη-
« θεὶς τὰ ἴδια ἁμαρτήματα ἔξω τῆς Ἐκκλησίας
« ἀποθέσθαι ; Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἐρώτησις, ἡ ἐν
« τῷ βαπτίσματι γινομένη, μάρτυς ἐστὶ τῆς
« ἀληθείας. Λέγοντες γὰρ τῷ ἐξεταζομένῳ, Πι-
« στεύεις ἀώνιον ζωὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν
« λαμβάνειν ; οὐκ ἄλλο τι λέγομεν εἰ μὴ ὅτι ἐν
« τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ δοθῆναι δύναται. Παρὰ
« δὲ τοῖς αἱρετικοῖς, ὅπου Ἐκκλησία οὐκ ἔστιν,
« ἀδύνατον ἁμαρτημάτων ἄφεσιν λαβεῖν. Καὶ διὰ
« τοῦτο οἱ τῶν αἱρετικῶν συνήγοροι ἢ τὴν ἐπερώ-
« τησιν ἐναλλάξαι ὀφείλουσιν, ἢ τὴν ἀλήθειαν
« ἐκδικῆσαι. Ἀνάγκη δέ ἐστι χρίεσθαι τὸν βα-
« πτισμένον, ἵνα λαβὼν χρίσμα μέτοχος γένη-
« ται Χριστοῦ. Ἁγιάσαι δὲ ἔλαιον οὐ δύναται ὁ αἱ-
« ρετικὸς, ὁ μήτε θυσιαστήριον ἔχων, μήτε ἐκκλη-
« σίαν · οὐ δύναται δὲ χρίσμα τὸ παράπαν παρὰ
« τοῖς αἱρετικοῖς εἶναι. Πρόδηλον γάρ ἐστιν ἡμῖν
« μηδαμῶς δύνασθαι παρ' ἐκείνοις ἁγιάζεσθαι
« ἔλαιον εἰς εὐχαριστίαν. Εἶδέναι γὰρ καὶ μὴ
« ἀγνοεῖν ὀφείλομεν ὅτι γέγραπται, « Ἔλαιον

[72] Jerem. II, 13. [73-80] Ezech. XXXVI, 25, 26. [81] Num. XIX, 22. [82] Psal. CXL, 5.

« ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν ἀσφαλῆ μου. » A
« Ὁ δὴ καὶ πάλαι ἐμήνυσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον
« ἐν Ψαλμοῖς, μήπως ἐξιχνιασθῇ τις, καὶ ὑπὸ τῆς
« εὐθείας ὁδοῦ πλανηθεὶς παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς
« τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἀντιπάλοις χρισθῇ. Πῶς δὲ
« αὔξεται ὑπὲρ τοῦ βαπτισθέντος αὐχὶ ἱερεὺς,
« ἀλλ' ἱερόσυλος; καὶ ἁμαρτωλὸς, λεγούσης τῆς
« Γραφῆς ὅτι « Ὁ Θεὸς ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει,
« ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ θέλημα αὐτοῦ
« ποιῇ, τοῦτον ἀκούει; » Διὰ τῆς ἁγίας Ἐκκλη-
« σίας νοοῦμεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· τίς δὲ δύνα-
« ται δοῦναι ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἔχει; ἢ πῶς δύναται
« πνευματικὰ ἐργάζεσθαι ὁ ἀποβαλὼν Πνεῦμα
« ἅγιον; Διὰ τοῦτο καὶ ἀνανεοῦσθαι ὀφείλει ὁ
« πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἐρχόμενος, ἵνα ἔσω
« διὰ τῶν ἁγίων ἁγιασθῇ. Γέγραπται γὰρ, B
« ὅτι « Ἅγιοι ἔσεσθε, καθὼς ἐγὼ ἅγιός εἰμι, »
« λέγει Κύριος. Ἵνα καὶ ὁ πλάνῃ βουκοληθεὶς ἐν
« τῷ ἀληθεῖ καὶ ἐκκλησιαστικῷ βαπτίσματι καὶ
« αὐτὸς τοῦτο ἀποδύσηται, ὅστις πρὸς Θεὸν ἐρ-
« χόμενος ἄνθρωπος, καὶ ἱερέα ἐπιζητῶν, ἐν
« πλάνῃ εὑρεθεὶς ἱεροσύλῳ προσέπεσε. Δύναμάζειν
« γάρ ἐστι τὸ τῶν αἱρετικῶν βάπτισμα, τὸ συνευ-
« δοκεῖν τοῖς ὑπ' ἐκείνων βεβαπτισμένοις. Οὐ γὰρ
« δύναται ἐν μέρει ὑπερισχύειν. Εἰ ἠδυνήθη βα-
« πτίσαι, ἴσχυσε καὶ ἅγιον Πνεῦμα δοῦναι· εἰ
« οὐκ ἠδυνήθη, ὅτι ἔξω ὢν Πνεῦμα ἅγιον οὐκ ἔχει,
« οὐ δύναται τὸν ἐρχόμενον βαπτίσαι, ἑνὸς ὄντος
« τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἑνὸς ὄντος τοῦ ἁγίου
« Πνεύματος, καὶ μιᾶς Ἐκκλησίας ὑπὸ Χριστοῦ C
« τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπάνω Πέτρου τοῦ ἀποστόλου,
« ἀρχῆθεν λέγοντος, ἑνότητος τεθεμελιωμένης.
« Καὶ διὰ τοῦτο τὰ ὑπ' αὐτῶν γινόμενα ψευδῆ
« καὶ κενὰ ὑπάρχοντα πάντα ἐστὶν ἀδόκιμα. Οὐδὲ
« γὰρ δύνανται ἐκεῖνον καὶ αἱρετὸν εἶναι παρὰ Θεῷ
« τῶν ὑπ' ἐκείνων γινομένων, οὓς ὁ Κύριος πο-
« λεμίους καὶ ἀντικεῖμένους αὐτοῦ λέγει ἐν τοῖς
« Εὐαγγελίοις· « Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ
« ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. »
« Καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος Ἰωάννης, ἐντολὰς
« Κυρίου τηρῶν, ἐν τῇ Ἐπιστολῇ προεγραψεν·
« Ἠκούσατε ὅτι ὁ ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν δὲ
« ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν· ὅθεν γινώσκομεν
« ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν. » Ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ'
« οὐκ ἦσαν μεθ' ἡμῶν, ὅταν καὶ ἡμεῖς συν- D
« ἦναι ὀφείλομεν καὶ νοεῖν, εἰ οἱ ἐχθροὶ Κυρίου,
« καὶ οἱ ἀντίχριστοι ὀνομαζόμενοι, δυνατοὶ οὐκ
« εἰσὶν χάριν δοῦναι τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ τοῦτο
« ἡμεῖς οἱ σὺν Κυρίῳ ὄντες, καὶ ἑνότητα Κυρίου
« κρατοῦντες, καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ χορηγοῦ-
« μενοι, τὴν ἱερατείαν αὐτοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ λει-
« τουργοῦντες, ὅσα οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ, τουτέστι
« πολέμιοι καὶ ἀντίχριστοι ποιοῦσιν, ἀποδοκι-
« μάσαι καὶ ἀποποιῆσαι καὶ ἀπορρίψαι, καὶ ὡς
« βέβηλα ἔχειν, ὀφείλομεν· καὶ τοῖς ἀπὸ πλάνης
« καὶ στρεβλότητος ἐρχομένοις ἐπὶ γνῶσι τῆς

« aliquis, et a recta via aberrans apud hæreticos Christi adversarios inungatur. Quomodo autem pro eo qui baptizatus est precabitur, non sacerdos, sed sacrilegus, et peccator? dicente Scriptura, quod « Deus peccatores non audit: sed si quis est pius ac religiosus, et ejus voluntatem facit, eum audit [84]? » Per sanctam Ecclesiam peccatorum remissionem intellegimus. Quis autem dare potest id quod ipse non habet? vel quomodo potest operari spiritualia, qui Spiritum sanctum abjecit? Et ideo etiam renovari debet, qui ad Ecclesiam accedit, ut intus per sanctos sanctificetur. Scriptum est enim: « Sancti eritis, sicut et ego sanctus sum [85], » dicit Dominus: ut qui in errore pastus est, in vero et ecclesiastico baptismate ipse quoque hoc exuat, qui homo ad Deum accedens, et sacerdotem quærens, in errore inventus in sacrilegum incidit. Est enim hæreticorum et schismaticorum hæresin approbare, eis, qui ab illis baptizati sunt, consentire. Non enim potest in parte valere. Si potuit baptizare, potuit et sanctum Spiritum dare: si hoc non potuit, quia, cum extra sit, Spiritum sanctum non habet, nec potest venientem baptizare; cum sit unus baptismus, et unus sanctus Spiritus, et una Ecclesia a Christo Domino nostro, id ab initio dicente, supra Petrum apostolum fundata unitate. Et ideo quæ ab eis facta sunt, cum sint falsa et vana, omnia sunt reprobata. Neque enim Deo gratum et acceptum esse potest quidquam eorum, 387 quæ ab illis fiunt, quos Dominus hostes et adversarios dicit in Evangelii: « Qui non est mecum, contra me est: et qui non colligit mecum, dispergit [86]. » Quin etiam beatus apostolus Joannes, præcepta Domini servans, in Epistola præscripsit: « Audivistis quod Antichristus venit, et nunc etiam multi antichristi facti sunt; unde cognoscimus quod extrema hora adest [87]. » Ex nobis exierunt, sed non erant cum nobis, unde et nos intelligere et cogitare debemus, si Domini inimici, et qui antichristi sunt nominati, Domini gratiam dare non possunt; ideo nos, qui cum Domino simus, et Domini unitatem tenemus, ut pro ejus dignitate subministrantes, sacerdotium ejus in Ecclesia gerimus, quæcunque adversarii ejus, hoc est, hostes et antichristi faciunt, reprobare, removere, et abjicere, et pro profanis habere debemus: illis que, qui ab errore et perversitate ad veram et ecclesiasticæ fidei cognitionem veniunt, divinæ potentiæ mysterium, unitatis et fidei et veritatis, omnino dare.

[84] Joan. IX, 31. [85] Levit. XI, 45. [86] Matth. XII, 30. [87] Joan. II, 18.

BALS. Scriptum est in procœmio quam ob causam præsens epistola fuit edita : et ipsa quidem statuit, ut qui ad catholicam Ecclesiam ab hæreticis vel schismaticis accedunt, baptizentur, etiamsi ab illis prius baptizati fuerint. Septimus autem canon secundæ synodi universalis eorum, qui baptizari et qui non baptizari debent, differentiam constituens, alia quædam præcipit. Lege ergo eum, et mentem adhibe iis quæ in ipso sunt posteriora. Lege ergo etiam 2 canonem synodi quæ est in Trullo, et scies, quod quæ hac epistola continentur, ab omnibus Patribus admissa non sunt. Sic enim dicit ipsis verbis : Præterea autem et a Cypriano, qui Afrorum regionis episcopus fuit et martyr, et a synodo, quæ ab illo habita est, editum canonem, qui in prædictorum præsulum locis, iisque solis, juxta illis traditam consuetudinem, obtinuit. Hinc ergo notatur, quod a principio non erat in usu apud omnes hic canon. Nota autem, quod Afri dicuntur Carthaginenses. Quia autem in nonnullis exemplaribus aperte descriptæ inveniuntur 84 episcoporum sententiæ, qui in eadem fuerunt opinione cum sancto Cypriano : eramus eas quoque scripturi et interpretaturi : sed quia, ut dictum est, septimus secundæ synodi canon alia quædam constituit ab iis, quæ hac præsenti epistola continentur, de hæreticis et schismaticis qui ad fidem accedunt, prætermissa est eorum expositio.

ZONAR. Epistola hæc quoscunque ab hæreticis aut schismaticis baptizatos, si ad Ecclesiam catholicam se recipiant, iterum baptizari jubet, eamque sententiam variis epichiremathis, enthymematis Scripturæque testimoniis confirmat. At vero secunda œcumenica synodus canone septimo, non omnes, qui ex hæresi demigrant, baptismo iterum expiandos, sed alios quidem, si datis libellis suam præterea quisque hæresin, omnemque a catholica et apostolica Dei Ecclesia alienum errorem exsecrentur, charactere notatos, hoc est sancto chrismate inunctos admitti oportere decernit ; alios vero omnes, ex quibus nonnullos nominatim designat, baptizari, atque ut Græcos admitti, jubet. Qui quidem etiam canon suo loco explicatus est. Unde ejus canonis constitutionem a sanctis postea Patribus receptam haud fuisse facile apparet. Cum igitur de eadem re duæ synodi contraria inter se decreta protulerint, potior habenda est secundæ synodi constitutio, quippe quæ et posterior fuit, et œcumenica, in qua omnes scilicet quicunque patriarchicam sedem obtinent, aut ipsimet patriarchæ, aut ipsorum legati adfuerunt. Porro hunc canonem nequaquam a sanctis Patribus universis receptum fuisse, vel ex secundo canone synodi in Trullo habitæ, quæ sexta dicitur, intelligi licet. Ibi namque sancti Patres iis canonibus, quorum rata auctoritas esse debet, sigillatim enumeratis, de hoc canone 368 totidem omnino verbis ita pronuntiant. Præterea

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ προοιμίῳ γέγραπται τίνος χάριν ἡ παροῦσα ἐξετέθη ἐπιστολή· καὶ αὕτη μὲν διορίζεται τοὺς προσερχομένους τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπὸ αἱρετικῶν ἢ σχισματικῶν βαπτίζεσθαι, κἂν ὑπ' ἐκείνων προεβαπτίσθησαν· ὁ δὲ ζ' κανὼν τῆς οἰκουμενικῆς β' συνόδου, ποιούμενος διαίρεσιν τῶν ὀφειλόντων βαπτίζεσθαι καὶ μή, ἑτερά τινα παρακελεύεται. Ἀνάγνωθι οὖν τοῦτον, καὶ πρόσεχε τοῖς ἐν αὐτῷ μεταγενεστέροις οὖσιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν β' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ μάθῃς ὅτι τὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς οὐκ ἐδέχθησαν παρὰ πάντων τῶν Πατέρων. Φησὶ γὰρ οὕτω ῥήμασιν αὐτοῖς· Ἔτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ, γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου ἐκτεθέντα κανόνα ὃς καὶ ἐν τοῖς τῶν προειρημένων προέδρων τόποις καὶ μόνοις κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐκράτησε. Δείκνυται οὖν ἐντεῦθεν ὅτι ἀρχῆθεν οὐ παρὰ πᾶσιν ἦν ἐνεργῶν ὁ κανών. Σημείωσαι δὲ ὅτι Ἄφροι λέγονται οἱ Καρχηδόνιοι. Ἐπὶ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις ῥητῶς εὑρίσκονται καταγεγραμμέναι αἱ τῶν ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν ἐπισκόπων γνῶμαι τῶν συνομογνωμονησάντων μετὰ τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ, ἐμέλλομεν καὶ ταύτας γράψαι καὶ ἑρμηνεῦσαι· ὅτι δὲ, ὡς εἴρηται, ὁ ζ' κανὼν τῆς β' συνόδου ἕτερά τινα ἐθέσπισε παρὰτὰ περιεχόμενα τῇ παρούσῃ ἐπιστολῇ χάριν τῶν προσερχομένων τῇ πίστει αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν, παρεῖθη ἡ τούτων ἐξήγησις.

ΖΩΝΑΡ. Αὕτη ἡ ἐπιστολὴ καθάπαξ τοὺς ὑπὸ αἱρετικῶν ἢ σχισματικῶν βαπτισθέντας προσερχομένους τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι διατάττεται, καὶ ἐκ διαφόρων ἐνθυμημάτων καὶ ἐπιχειρημάτων καὶ ῥητῶν γραφικῶν τὸν οἰκεῖον λόγον κατασκευάζει. Ἡ δὲ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἐν κανόνι αὐτῆς ἑβδόμῳ οὐ πάντας ἐξ αἱρέσεων ἐπιστρέφοντας ἄνωθεν κελεύει βαπτίζεσθαι, ἀλλ' ἀπαριθμεῖ τινας μὲν δεῖ δέχεσθαι διδόντας λιβέλλους, καὶ ἀναθεματίζοντας τήν τε οἰκείαν αἵρεσιν ἕκαστον, καὶ πᾶσαν μὴ φρονοῦσαν ὡς ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία φρονεῖ, σφραγιζομένους ἤτοι χριομένους τῷ ἁγίῳ μύρῳ· τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας, ὧν τινας καὶ ὀνομαστὶ καταλέγει, βαπτίζεσθαι ὁρίζεται, δεχομένους ὡς Ἕλληνας· ὃς ὅῆτα κανὼν καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ ἐξήγηται. Ὅθεν φαίνεται ὅτι οὐκ ἐδέχθη παρὰ τῶν μετέπειτα ἁγίων Πατέρων ἡ διαταγὴ αὕτη. Ἐναντία τοίνυν ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τῶν δύο συνόδων εἰσαγουσῶν, τὰ τῆς δευτέρας κρατεῖ συνόδου, ὅτι τε μεταγενεστέρα ἐστὶ, καὶ ὅτι οἰκουμενική, ἐν ᾗ πάντως ἐκ πάντων τῶν πατριαρχικῶν θρόνων συνῆσαν ἢ οἱ πατριάρχαι αὐτοὶ, ἢ τοποτηρηταί. Ὅτι δὲ οὐκ ἐδέχθη ὁ παρὼν κανὼν παρὰ πάντων τῶν ἁγίων Πατέρων, δηλοῦται καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης συνόδου λεγομένης ἕκτης. Ἀπαριθμησιν γὰρ ἐν αὐτῷ οἱ συνόδου ἁγιοι Πατέρες ἐκείνης ποιούμενοι τῶν ὀφειλόντων κρατεῖν κανόνων, ταῦτα περὶ τοῦ κανόνος τούτου ῥήμασιν αὐτοῖς διεξίασιν· ὅτι μὴν καὶ τὸν ὑπὸ Κυπριανοῦ τοῦ

γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀφρων χώρας καὶ μάρτυρος, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου, ἐκτεθέντα κανόνα, ὃς ἐν τοῖς τῶν προέδρων τόποις καὶ μόνοις κατὰ τὸ παραδοθὲν αὐτοῖς ἔθος ἐφάτησεν. Ἐντεῦθεν οὖν δείκνυται ὅτι καὶ ἀρχῆθεν οὐ παρὰ πᾶσιν ἦν ἐνεργῶν ὁ κανών. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ τῆς ἐπιστολῆς· αἱ δὲ ἐν τῇ κοινῇ διασκέψει δοθεῖσαι γνῶμαι παρ' ἑκάστου τῶν ἐν τῇ συνόδῳ συνειλεγμένων ἔχουσιν οὕτω κατ' ἐπιτομήν.

Κυπριανὸς εἶπεν.

Ἠκούσατε, ἀγαπητοὶ συνεπίσκοποι, τί μοι ἔγραψεν Ἰοβιανὸς ὁ συνεπίσκοπος ἡμῶν συμβουλὴν παρὰ τῆς μετριότητός μου βουλόμενος λαβεῖν περὶ τοῦ ἀνοσίου καὶ ἀνόμου βαπτίσματος τῶν αἱρετικῶν, καὶ τί ἐγὼ αὐτῷ ἀντέγραψα, δογματίζων, ὃ ἅπαξ καὶ δεύτερον καὶ πολλάκις ἐκρίναμεν, τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς προσερχομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίσματι βαπτίζεσθαι δεῖν καὶ ἁγιάζεσθαι. Ἔπειτα δὲ ἀνεγνώσθη ὑμῖν καὶ ἄλλα γράμματα Ἰοβιανοῦ, δι' ὧν κατὰ τὸ αὐτοῦ εὐσεβὲς ἀντίγραμμα οὐ μόνον ἡμῖν συνευδόκησεν, ἀλλὰ καὶ τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας χάριν ὡμολόγησεν. Ὑπόλοιπον οὖν περὶ αὐτοῦ τί ἕκαστος ἡμῶν φρονεῖ εἰπεῖν, μηδενὸς ἀφ' ἡμῶν ἐν τούτῳ κρινομένου, μηδὲ, εἰ ἐναντία φρονοῖη, καὶ ἀκοινωνήτου γινομένου. Οὔτε γὰρ τις ἐπίσκοπον ἑαυτὸν καθίστησιν, οὐδὲ τυραννικῇ αὐθαδείᾳ εἰς ἀνάγκην τοῦ ἕπεσθαι αὐτῷ τοὺς συνεπισκόπους βιάζεται, ὁπότε εἷς ἕκαστος ἐπίσκοπος ἐξουσίαν ἔχει πράττειν ἐλευθερίως ἃ φρονεῖ. Ὡς γὰρ αὐτὸς ἄλλον κρῖναι οὐ δύναται, οὕτως οὐδὲ ὑπὸ ἄλλου κριθῆναι. Πεπειρίμεθα γὰρ πάντες τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κρίσιν, ὃς μόνος ἐξουσίαν ἔχει ἐπίσκοπον καθιστᾷν ἐν τῇ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ καὶ ἑνὸς ἑκάστου τὴν πρᾶξιν ἐξετάζειν καὶ δοκιμάζειν.

Καικίλιος Λιβεράριος εἶπεν.

Ἓν βάπτισμα ἐν μόνῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ οἶδα, καὶ ἐκτὸς τῆς Ἐκκλησίας οὐδαμοῦ. Ἔνθα γάρ ἐστι τὸ ἓν βάπτισμα, ὄντως καὶ ἐλπὶς ἀληθείας ἐστὶ, καὶ πίστις. Οὕτω γὰρ γέγραπται, *Μία πίστις, ἓν βάπτισμα.* Οὐ γὰρ τοῖς αἱρετικοῖς, παρ' οἷς οὐδεμία πίστις καὶ ἐλπὶς, ὅπου πάντα ψευδῆ, ὅπου ἐξορκίζει δαιμονιζόμενος, μυστήριον ἐρωτᾷ, οὗ τὸ στόμα λοιμώδη καὶ ἰώδη φθέγγεται· πίστιν δὲ δίδωσιν ἄπιστος, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρέχει ἁμαρτωλὸς, καὶ εἰς ὄνομα Χριστοῦ βασπτίζει ἀντίχριστος, ὑπισχνεῖται ζωὴν νεκρὸς, εἰρήνην δίδωσιν εἰρήνης ἀλλότριος, Θεὸν ἐπικαλεῖται βλάσφημος, ἱερατείᾳ κέχρηται ἀσεβής. Οἱ αὐτοῖς συνηγοροῦντες εἰπάτωσαν ταῦτα πάντα ψευδῆ εἶναι περὶ τῶν αἱρετικῶν. Ἰδοὺ τίσιν ἀναγκάζεται ἡ Ἐκκλησία συνευδοκεῖν, ἵνα χωρὶς βαπτίσματος καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοιούτοις συγκοινωνήσῃ. Ὅθεν, ἀδελφοὶ, φεύγειν καὶ ἐκκλίνειν ὀφείλομεν, καὶ χωρίζειν ἑαυτοὺς ἀπὸ τοιούτων πλημμελημάτων, καὶ ἓν βάπτισμα κατέχειν τὸ μόνον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ δεδωρημένον.

vero, inquiunt, et a Cypriano, qui Afrorum regionis fuit archiepiscopus et martyr, et a synodo, quæ sub eo fuit, editum canonem, qui in illorum præsulum locis tantummodo juxta traditam ab eis consuetudinem servatus est. Ex hoc loco igitur, primis quoque temporibus canonem hunc nequaquam apud omnes valuisse, facile apparet. Hic igitur est textus epistolæ : quæ vero in communi disceptatione dicta sunt a singulis, qui in synodo convenerant, ita se habent.

Cyprianus dixit.

Audistis, dilectissimi coepiscopi, quid mihi Jovianus coepiscopus noster, de illicito et profano hæreticorum baptismo mediocritatem nostram consulens, scripserit, et quid ego ei rescripserim, censens scilicet, quod semel atque iterum et sæpe censuimus, hæreticos ad Ecclesiam venientes baptismo (Ecclesiæ) baptizari et sanctificari oportere. Item lectæ sunt vobis et aliæ litteræ Joviani, quibus pro sua sincera et religiosa devotione ad epistolam nostram rescribens, non tantum nobis consensit, sed etiam veritate instructum se esse gratias egit. Superest de hac ipsa re, quid singuli sentiamus, proferre, neminem judicantes, aut a jure communionis, si diversum senserit, amoventes. Neque enim quisquam episcopum se constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem coepiscopos suos adigit, quandoquidem omnis episcopus potestatem habet libere faciendi quæ sentit. Ut ipse enim alium judicare non potest, sic nec ab alio judicari. Nam omnes exspectamus judicium Domini nostri Jesu Christi, qui solus potestatem habet in Ecclesia sua episcopum constituendi, et acta uniuscujusque examinandi et judicandi.

Cæcilius Liberarius dixit.

Ego unum baptisma in Ecclesia sola scio, et extra Ecclesiam nullibi. Ibi enim est unum baptisma, ubi spes vera et fides certa. Sic enim scriptum est : *Una fides, unum baptisma*[87]. Non enim apud hæreticos, ubi spes nulla est, et fides falsa : ubi omnia per mendacium aguntur, ubi exorcizat dæmoniacus, sacramentum interrogat, cujus os pestilentia et venenosa eructat : fidem autem dat infidelis, veniam delictorum tribuit sceleratus, et in nomine Christi baptizat Antichristus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blasphemus, sacerdotium administrat profanus. Dicant, qui illis astipulantur, hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce quibus Ecclesia consentire cogitur, ut sine baptismo ac venia delictorum cum talibus communicet. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, et a tanto scelere nos separare, et unum baptisma tenere, quod solum Ecclesiæ Dei concessum est.

[87] Ephes. IV, 5

Priamus a Mastripa dixit.

Censeo omnem hominem ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat esse baptizatum, cum non sit nisi unum baptisma in Ecclesia sola : quia et Deus unus et baptisma unum, et Ecclesia una, in qua baptisma et sanctificatio, et quæcunque alia ad salutem et vitam æternam spectant, perficiuntur. Nam quæ extra Ecclesiam exercentur, nullum habent salutis effectum.

Polycarpus ab Adrumeto dixit.

Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum reprobum efficiunt.

Novatus a Thannubasilio dixit.

Licet sciamus omnem Scripturam testimonium reddere de salutari baptismo : debemus tamen ídem nostram 369 exprimere, ut hæreticos et schismaticos ad Ecclesiam venientes, post falsum eorum baptisma vero baptizemus. Ideoque omnes, qui inde ad Ecclesiam conversi sunt, ipse baptizavi, et quicunque ex clero ordinati videbantur inter laicos recepi.

Nemesianus a Thubunis dixit.

Baptisma, quod dat hæreticus et schismaticus, non esse verum, ubique in Scripturis sanctis declaratum est : quoniam ipsi præpositi eorum falsi christi sunt et falsi prophetæ.

Januarius a Laba dixit.

Secundum Scripturarum sanctarum auctoritatem decerno hæreticos omnes baptizandos, et sic in Ecclesiam sanctam admittendos.

Lucius a Castragalba dixit.

Dominus in Evangelio dixit : *Vos estis sal terræ : si autem sal infatuatum fuerit, in quo salietur*[a]? Cum igitur manifestum sit hæreticos, id est hostes Dei, non posse quemquam spirituali confessione vivificare, quod infatuati sint et extra Ecclesiam ; accedentes eos sancto baptismate baptizare debemus.

Crescens a Creta dixit.

Censeo et ipse hæreticos et schismaticos, qui ad catholicam Ecclesiam voluerint venire, non ante recipiendos, quam exorcizati et baptizati fuerint ; exceptis iis, qui in Ecclesia fuerint ante baptizati, et ab ea defecerint. Hi enim pœnitentiam agentes per manuum impositionem solam Ecclesiæ reconciliari debent.

Nicomedes a Sergomeis dixit.

Mea sententia hæc est : Ut hæretici ad Ecclesiam venientes baptizentur eo quod nullam foris peccatorum remissionem consecuti sint ab hæreticis baptizati.

Secundianus a Carindia dixit.

Cum Dominus noster Jesus Christus dicat : *Qui non est mecum, contra me est* ; et Joannes apostolus eos, qui ab Ecclesia exeunt, antichristos dicat ; impossibile enim est, ut ipsi gratiæ Dei et

[a] Matth. v, 13.

A

Πρίαμος ἀπὸ Μαστρίπης εἶπε.

Δογματίζω πάντα ἄνθρωπον ἀπὸ αἱρέσεως ἐρχόμενον δεῖν βαπτίζεσθαι. Μάτην γὰρ αὐτὸν οἴεται βεβαπτίσθαι, μὴ ὄντος εἰ μὴ ἑνὸς βαπτίσματος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μόνῃ· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς εἷς, καὶ βάπτισμα ἓν, καὶ Ἐκκλησία μία, ἐν ᾗ τὸ βάπτισμα καὶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ ὅσα ἄλλα εἰς σωτηρίαν καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον ἐπιτελεῖται. Τὰ γὰρ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας γινόμενα εἰς οὐδὲν τούτων ἀφικνεῖται.

Πολύκαρπος Ἀδραμύττου εἶπεν.

Οἱ τὸ τῶν αἱρετικῶν βάπτισμα δοκιμάζοντες τὸ ἡμέτερον ἀδόκιμον ποιοῦσι.

Νουβάτος ἀπὸ Θαννουβασιλέως εἶπεν.

Πᾶσαι αἱ Γραφαὶ μαρτυροῦσι περὶ ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίσματος σωτηρίου· ὀφείλομεν τὴν ἡμετέραν πίστιν ὁμολογῆσαι, ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς καὶ σχισματικοὺς προσερχομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ μετὰ τὸ ψευδὲς ἐκείνων βάπτισμα τῷ ἀληθεῖ βαπτίσωμεν. Καὶ διὰ τοῦτο ἐγὼ τοὺς ἐκεῖθεν ἐλθόντας πάντας ἐβάπτισα, καὶ τοὺς ἀπὸ κλήρου αὐτῶν λαϊκοὺς ἔστησα.

Νεμεσιανὸς ἀπὸ Θουβούνων εἶπε.

Βάπτισμα ὃ δίδωσιν αἱρετικὸς καὶ σχισματικὸς μὴ εἶναι ἀληθὲς πᾶσαι αἱ Γραφαὶ μαρτυροῦσιν· ἐπεὶ αὐτοὶ οἱ προεστῶτες αὐτῶν ψευδόχριστοί εἰσι καὶ ψευδοπροφῆται.

Ἰαννουάριος ἀπὸ Λαβῆς εἶπε.

Κατὰ τὰ προστάγματα τῶν ἁγίων Γραφῶν κρίνω δεῖν πάντας τοὺς αἱρετικοὺς βαπτίζεσθαι, καὶ οὕτως εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν προσδέχεσθαι.

Λούκιος ἀπὸ Γαστρογαλβῆς εἶπεν.

Ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ φησίν· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται;* ὁπότε οὖν σαφές ἐστι τοὺς αἱρετικοὺς, τουτέστιν ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ, μὴ δεῖν δύνασθαι ζωοποιῆσαί τινα πνευματικῇ ὁμολογίᾳ, μωρανθέντας αὐτοὺς καὶ ἔξω ὄντας τῆς Ἐκκλησίας, ἁγίῳ βαπτίσματι βαπτίζειν αὐτοὺς ἐρχομένους ὀφείλομεν.

Κρίσκης ἀπὸ Κρήτης εἶπε.

Καὶ αὐτὸς τοὺς αἱρετικοὺς καὶ σχισματικοὺς, ὁπόταν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τὴν καθολικὴν ἔλθωσι, μὴ πρότερον δεχθῆναι, πρὶν ἐξορκισθῶσι καὶ βαπτισθῶσι, χωρὶς ἐκείνων τῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτισθέντων καὶ ἀποστάντων· οὗτοι γὰρ ὀφείλουσι μετανοήσαντες χειροθεσίας μόνης τυγχάνειν.

Νικομήδης ἀπὸ Σεργομέων εἶπεν.

Ἡ ἐμὴ ἀπόφασίς αὕτη ἐστίν· Ἵνα οἱ αἱρετικοὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ προσερχόμενοι βαπτισθῶσιν· ἐπεὶ μηδεμίαν ἔξω ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰλήφασιν ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν βαπτισθέντες.

Σεκουνδιανὸς ἀπὸ Καρινδίας εἶπεν.

Ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς λέγει· *Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ κατ' ἐμοῦ ἐστι*· καὶ Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος τοὺς ἐξερχομένους τῆς Ἐκκλησίας ἀντιχρίστους ὀνομάζει. Ἀδύνατον γὰρ ἐστιν αὐτοὺς

ὑπηρετῆσαι χάριτι Θεοῦ καὶ σωτηρίῳ βαπτίσματι· καὶ διὰ τοῦτο κρίνω τοὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ προσελθόντας βαπτισθῆναι παρ' ἡμῶν.

Φῆλιξ ἀπὸ Γαμετῶν εἶπεν.

Ὡς τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγῶν ἅμα εἰς βόθρον ἐμπίπτουσιν, οὕτως αἱρετικὸς αἱρετικὸν βαπτίζων τῷ βαπτιζομένῳ συναποθνήσκει. Καὶ διὰ τοῦτο παρ' ἡμῖν τὸν αἱρετικὸν βαπτισθῆναι δεῖ, ἵνα μὴ ἡμεῖς οἱ ζῶντες νεκροῖς κοινωνήσωμεν.

Συνκέντιος ἀπὸ Ἀβιργεμανικιανῆς εἶπεν.

Αἱρετικοῖς ἢ οὐδὲν ἔξεστιν, ἢ πάντα. Εἰ δύνανται βαπτίσαι, δύνανται καὶ Πνεῦμα ἅγιον δοῦναι. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔχουσιν, οὐδὲ πνευματικῶς βαπτίζουσι· καὶ διὰ τοῦτο κρίνω δεῖν τοὺς αἱρετικοὺς βαπτίζεσθαι.

Φορτουνάτος ἀπὸ Θουχαβῶρ εἶπεν·

Οἱ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας ὄντες ἐναντίοι τῷ Χριστῷ, ὃς τὰ πρόβατα καὶ τὴν ἀγέλην αὐτοῦ σκορπίζοντες, βαπτίζειν ἔξω οὐ δύνανται.

Θήδατος ἀπὸ Θουρβῶν εἶπε.

Πάσῃ δυνάμει ἀγωνιστέον ἵνα μὴ ὁ τὴν τῶν αἱρετικῶν πλάνην ἀφεὶς τὸ μόνον τῆς Ἐκκλησίας βάπτισμα διστάσῃ λαβεῖν, ᾧ τις μὴ βαπτισθεὶς ἀλλοτριοῦται τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας.

Προβατιανὸς ἀπὸ Σοφετίης εἶπεν.

Εἰ ἀπὸ Θεοῦ ἡ αἵρεσίς ἐστιν, ἕξει αἱρετικὸς καὶ δωρεὰν Θεοῦ· εἰ δὲ μή ἐστιν ἀπὸ Θεοῦ, πῶς δύναται αὐτὸς ἔχειν τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ καὶ ἄλλῳ διδόναι;

Μονούλιος ἀπὸ Γέρβης εἶπε.

Τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, οἴδαμεν σαφῶς τοὺς αἱρετικοὺς μὴ Πατέρα ἔχειν μήτε Υἱὸν μήτε Πνεῦμα ἅγιον. Δεῖ οὖν ἐρχομένους εἰς τὴν Ἐκκλησίαν βαπτίζειν, ἵνα ἀναγεννηθῶσι.

Πολιτιανὸς ἀπὸ Μίλεως εἶπεν.

Ὀρθόν ἐστι τὸν ἀπὸ αἱρέσεως ἐρχόμενον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι.

Θέογνις ἀπὸ Ἱππῶνος Ῥηγίου εἶπεν.

Ἀκολούθως τῷ μυστηρίῳ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς οὐρανίου χάριτος, ἣν εἰλήφαμεν, βάπτισμα, ὃ ἐστιν ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, οἴδαμεν.

Διατίους ὁ Σεδδης εἶπεν.

Ἡμεῖς, ὃ ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, αἱρετικοῖς οὐ κοινωνοῦμεν, ἐὰν μὴ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτισθῇ, καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λάβῃ.

Προβάτος ἀπὸ Σοφιστοῦ εἶπεν.

Ὁ δοκιμάζων παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βάπτισμα εἶναι τί ἄλλο ἢ τοῖς αἱρετικοῖς κοινωνεῖ;

Ὁρτησιανὸς ἀπὸ Λαβούρνης εἶπε.

Καὶ ἡμεῖς ἓν βάπτισμα, ὅπερ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ οἴδαμεν, τοῦτο τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐκδικοῦμεν.

Κάσιος ἀπὸ Κομαζῶν εἶπεν.

Ἐπεὶ δύο βαπτίσματα εἶναι οὐ δύναται, ὁ συγχωρῶν τοῖς αἱρετικοῖς βάπτισμα ἑαυτὸν τοῦ βαπτίσματος ἀποστερεῖ. Διὸ ἐπικρῶ αἱρετικοὺς βαπτίζειν δεῖν,

A salutari baptismo inserviant: et ideo censeo eos, qui ad Ecclesiam confugiunt, a nobis esse baptizandos.

Felix a Gametis dixit.

Sicut cæcus cæcum ducens simul in foveam cadunt; ita hæreticus hæreticum baptizans simul cum eo in mortem cadit. Et ideo baptizandus est apud nos hæreticus, ne nos vivi mortuis communicemus.

Succentius ab Abirgemaniciana dixit.

Hæreticis aut nihil licet, aut omnia. Si possunt baptizare, possunt et dare Spiritum sanctum. Quoniam autem non habent, nec baptizare spiritualiter possunt: propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

B

Fortunatus a Thuchabori dixit.

Qui extra Ecclesiam sunt, contra Christum stantes, ut qui oves ejus et gregem dispergunt baptizare foris non possunt.

Thedatus a Thurbis dixit.

Omnibus viribus nitendum est, ne quis hæreticorum errorem derelinquens singulare et verum Ecclesiæ baptisma detrectet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus a regno cœlorum fit alienus.

Probatianus a Sophetia dixit.

Si hæresis a Deo est, habebit hæreticus et indulgentiam divinam. Si vero a Deo non est, quomodo gratiam Dei ipse habere et conferre alicui potest?

C

Monnulus a Gerba dixit.

Domino dicente: *Baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*[89]; manifeste scimus hæreticos nec Patrem habere, nec Filium, nec Spiritum 370 sanctum. Debent igitur venientes ad Ecclesiam baptizari, ut renascantur.

Politianus a Mileo dixit.

Justum est in Ecclesia baptizari eum, qui ab hæresi venit.

Theognis ab Hippone Regio dixit.

Secundum sacramentum Dei et gratiæ cœlestis, quam accepimus, baptisma, quod est in Ecclesia sancta novimus.

Diatius Sendo dixit.

D

Nos, quantum in nobis est, hæreticis non communicamus; nisi baptizati in Ecclesia fuerint, et remissionem peccatorum acceperint.

Probatus a Sophisto dixit.

Qui hæreticorum baptismum probat, quid aliud quam hæreticis communicat?

Hortensianus a Laburna dixit.

Nos unum baptisma, quod non nisi in Ecclesia novimus, Ecclesiæ vindicamus.

Cassius a Comazis dixit.

Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit, baptisma sibi tollit. Censeo itaque baptizandos esse hæreticos, cum ad

[89] Matth. XXVIII, 19.

Ecclesiam venerint ; exceptis illis, qui ab Ecclesia fidelium separati ad hæresis tenebras transierunt, quos redeuntes oportet per solam manus impositionem restitui.

Januarius ab Ubico dixit.

Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori. Et ideo nos Ecclesiæ assistimus, in qua præsidemus, ut qui in ea non baptizati sunt, baptizemus.

Secundinus a Carpis dixit.

Si Christiani sunt hæretici, cur in Ecclesia Dei non sunt? sin autem Christiani non sunt, fiant. Unde constat, super filios alienos et sobolem Antichristi Spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere.

Victorinus a Thabacis dixit.

Si licet hæreticis baptizare, et Spiritum sanctum ac remissionem peccatorum dare, quid adversus illos mentimur, ut hæreticos illos appellemus?

Alius Felix a Thuina dixit.

Confirmare debemus, ut omnes hæretici, qui ad Ecclesiam accurrunt, baptizentur, ut omnis externa perversitas purgata et sanctificata in melius reformetur.

Quintus ab Urus dixit.

Si illi, qui apud hæreticos baptizantur, remissionem peccatorum et vitam æternam consequuntur, cur ad Ecclesiam veniunt? Sin autem ad pœnitentiam veniunt, in qua et baptismate vivificantur, quod est in Ecclesia catholica, baptizari et sanctificari debent.

Castus a Dica dixit.

Qui, contempta veritate, præsumit consuetudinem sequi, aut fratribus invidus est, quibus veritas est revelata, aut ergo Deum ingratus, qui eam revelavit.

Eucratius a Thenis dixit.

Venientes ad Ecclesiam hæreticos vero et catholico baptismate baptizari oportet, ut a peccatis purificati sanctificentur.

Libosus ab Urgasa dixit.

Dominus dixit: *Ego sum veritas*[99]. Itaque veritate manifesta cedat consuetudo, ut licet olim in Ecclesia quis hæreticos non baptizaverit, nunc baptizare incipiat.

371 *Lucinus a Thibisto dixit.*

Hæreticos ut blasphemos et iniquos, qui verbis fallacibus Scripturas sacras adulterant, anathemate percuti oportet: atque idcirco tales exorcizare ac baptizare debemus.

Eugenius ab Amedaris dixit.

Et ego hoc idem censeo : hæreticos baptizandos esse.

[99] Joan. XIV, 6.

Ὅταν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἔρχωνται, χωρὶς τῶν τῆς Ἐκκλησίας τῶν πιστῶν χωρισθέντων, καὶ ἑαυτοὺς τῷ σκότει τῆς αἱρέσεως προδόντων, οὓς δεῖ ἀπανελθόντας μόνῃ τῇ χειροθεσίᾳ προσλαβέσθαι.

Ἰαννουάριος ἀπὸ Οὐβικοῦ εἶπεν.

Εἰ μὴ συγκατατίθεται ἡ πλάνη τῇ ἀληθείᾳ, πολὺ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια οὐ συγκατατίθεται τῇ πλάνῃ. Διὸ καὶ ἡμεῖς συνιστάμεθα τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ καὶ προκαθηδράσθημεν, ἵνα τοὺς ἐν αὐτῇ μὴ βαπτισθέντας βαπτίσωμεν.

Σεκουνδῖνος ὁ ἀπὸ Καρκῶν εἶπεν.

Εἰ Χριστιανοί εἰσιν οἱ αἱρετικοί, διὰ τί ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ οὐκ εἰσίν ; Εἰ δὲ μὴ Χριστιανοί, γενέσθωσαν. Δῆλον οὖν, ἐπάνω υἱῶν ἀλλοτρίων καὶ σπορᾶς ἀντιχρίστου διὰ μόνης χειροθεσίας μὴ δύνασθαι ἅγιον Πνεῦμα κατελθεῖν.

Οὐικτερῖνος ἀπὸ Θαβάκων εἶπεν.

Εἰ ἔξεστι τοῖς αἱρετικοῖς βαπτίσαι, καὶ ἅγιον Πνεῦμα δοῦναι καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, τί αὐτῶν καταψευδόμεθα, ἵνα αὐτοὺς αἱρετικοὺς ὀνομάσωμεν ;

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Θυΐνης εἶπεν.

Ὀφείλομεν διαβεβαιῶσαι, ἵνα πάντες οἱ αἱρετικοὶ οἱ προσερχόμενοι τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτισθῶσιν, ὅπως ἡ ἔξω γενομένη διαστροφὴ ἐπανορθωθῇ καὶ ἁγιασθῇ.

Κούιντος ἀπὸ Οὐρόδων εἶπεν.

Εἰ οἱ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βαπτιζόμενοι ἄφεσεως ἁμαρτιῶν καὶ αἰωνίου ζωῆς τυγχάνουσι, τί πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἔρχονται ; Εἰ δὲ εἰς μετάνοιαν ἔρχονται, ἐν ᾗ ζωοποιοῦνται βαπτίσματι, ὅπερ ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἐστί, βαπτισθῆναι καὶ ἁγιασθῆναι ὀφείλουσιν.

Κάστος ἀπὸ Δίκας εἶπεν.

Ὁ παρακεμπόμενος τὴν ἀλήθειαν καὶ τῇ συνηθείᾳ ἑπόμενος ἢ περὶ τοὺς ἀδελφοὺς φθονερός, οἷς ἡ ἀλήθεια ἀπεκαλύφθη, ἢ περὶ Θεὸν τὸν ἀποκαλύψαντα ἀχάριστος.

Εὐκράτιος ἀπὸ Θενῶν εἶπε.

Τοὺς αἱρετικοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ὀρθῷ καὶ καθολικῷ βαπτίσματι βαπτίζεσθαι δεῖ, ἵν' ἀπονιψάμενοι τὰς ἁμαρτίας ἁγιασθῶσιν.

Λίβοσσος ἀπὸ Οὐργάσης εἶπεν.

Ὁ Κύριός φησιν· Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. Ὥστε ἀποκαλυφθείσης τῆς ἀληθείας παραχωρείτω ἡ συνήθεια, ἵνα, εἰ καὶ τὸ πρότερόν τις ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοὺς αἱρετικοὺς μὴ ἐβάπτισε, νῦν βαπτίσῃ.

ἀνεῖνος ἀπὸ Θιουΐστου εἶπε.

Τοὺς γὰρ αἱρετικοὺς, ὡς βλασφήμους καὶ ἀνοσίους πλάνοις λόγοις τὰς θείας Γραφὰς παραχαράσσοντας, ἀναθεματίζειν δεῖ· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς τοιούτους ἐξορκίζειν καὶ βαπτίζειν ὀφείλομεν.

Εὐγένιος Ἀμεδάρων εἶπε.

Κἀγὼ τοῦτο κρίνω, δεῖν τοὺς αἱρετικοὺς βαπτίζεσθαι.

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Μεκκύρας εἶπε.

Καὶ αὐτὸς ἑπόμενος τῷ κανόνι τῶν θείων Γραφῶν τοὺς αἱρετικοὺς καὶ σχισματικοὺς βαπτίζεσθαι ἀποφαινόμαι.

Ἰανουάριος ἀπὸ Μουκούζης εἶπεν·

Εἰ αἱρετικοὶ ἔχουσι βάπτισμα, ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν· εἰ ἡμεῖς ἔχομεν, αἱρετικοὶ ἔχειν οὐ δύνανται. Ἀμφισβητήσιμον δὲ οὐκ ἔστι τὴν Ἐκκλησίαν τὴν καθολικὴν τῷ τοῦ Χριστοῦ βαπτίσματι κεχρῆσθαι, τὴν μόνην κεκτημένην χάριν καὶ ἀγάπην καὶ ἀλήθειαν τοῦ Χριστοῦ.

Ἀδέλφιος ἀπὸ Θασβέλθης εἶπε.

Μάτην τινὲς τῇ ἀληθείᾳ πολεμοῦσι, λέγοντες ἡμᾶς ἀναβαπτίζειν. Ἡ γὰρ Ἐκκλησία τοὺς αἱρετικοὺς οὐκ ἀναβαπτίζει, ἀλλὰ βαπτίζει.

Δημήτριος ἀπὸ Πολεμῶνος εἶπεν.

Οἱ λέγοντες ὅτι οἱ αἱρετικοὶ ἀληθῶς καὶ νομίμως βαπτίζουσιν, οὗτοι οὐ μόνον δύο, ἀλλὰ καὶ πολλὰ βαπτίσματα εἰσάγουσιν. Ὁπότε γὰρ διάφοροι καὶ πολλαὶ αἱρέσεις εἰσὶ, κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν καὶ τὰ βαπτίσματα ἀριθμεῖται.

Οὐικέντιος ἀπὸ Θιβάρης εἶπε.

Τοὺς αἱρετικοὺς οἴδαμεν χείρονας τῶν σχισματικῶν. Ἐὰν δὲ μετανοήσωσιν ἐλθεῖν εἰς κανόνα τῆς ἀληθείας, πρότερον ἐξορκίζειν, ἔπειτα βαπτίζειν αὐτοὺς δεῖ. Τότε γὰρ δύνανται τῆς Χριστοῦ ἐπαγγελίας τυχεῖν.

Μάρκος ἀπὸ Μαθάρων εἶπε.

Κρίνω, ὡς μηδὲν ἔχοντας, τοὺς αἱρετικοὺς βαπτίζεσθαι.

Σάτιος ἀπὸ Σακιλίβυης εἶπεν·

Εἰ τοῖς αἱρετικοῖς ἐν τῷ βαπτίσματι αὐτῶν ἄφεσις ἁμαρτιῶν γίνεται, μάτην τῇ Ἐκκλησίᾳ προσέρχονται. Οὐδὲν γάρ ἐστι τὸ δυνάμενον φοβῆσαι αὐτοὺς ἐν τῇ κρίσει τοῦ Χριστοῦ, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰληφότας.

Αὐρήλιος ἀπὸ Ἀττικῆς εἶπε.

Λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις μὴ κοινωνεῖν, κρίνω βαπτίζεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς, ἵνα λάβωσι πρότερον ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ οὕτως αὐτοῖς κοινωνήσωμεν.

Ἰαμβὺς ἀπὸ Γερμανικείας εἶπεν.

Οἱ τὸ τῶν αἱρετικῶν δοκιμάζοντες βάπτισμα, τὸ ἡμέτερον ἀποδοκιμάζουσιν.

Λουκιανὸς ἀπὸ Ῥουκούμης εἶπεν.

Εἰ δυνατὸν φῶς καὶ σκότος κοινωνεῖν, δύναται καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς αἱρετικοῖς εἶναί τι κοινόν. Κρίνω οὖν τοὺς αἱρετικοὺς βαπτίζεσθαι.

Πελάγιος ἀπὸ Λουπερκιανῆς εἶπεν.

Εἰ αἵρεσις οὐκ ἔστιν ἐν Ἐκκλησίᾳ, πῶς δύναται παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς εἶναι τὸ τῆς Ἐκκλησίας βάπτισμα;

Ἴλδερ ἀπὸ Μηδείας εἶπε.

Μία πίστις, ἓν βάπτισμα· ἀλλὰ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἔξεστι βαπτίζειν.

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Μαρδιανῆς εἶπε.

Τὰ αὐτά.

Παῦλος ἀπὸ Σαβᾶς εἶπεν.

Εἰ ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι, πῶς ἔσται παρὰ τοῖς αἱ-

A *Alius Felix a Mecceræ dixit.*

Et ipse secutus divinarum Scripturarum auctoritatem hæreticos et schismaticos baptizandos esse pronuntio.

Januarius a Mucuza dixit.

Si hæretici habent baptisma, nos non habemus: si nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, Ecclesiam catholicam baptismo Christi uti; quæ sola Christi gratiam et charitatem et veritatem possideat.

Adelphius a Thasnelta dixit.

Sine causa quidem impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant. Siquidem Ecclesia hæreticos non rebaptizat, sed baptizat.

B *Demetrius a Polemone dixit.*

Qui dicunt hæreticos vere et legitime baptizare, ipsi non solum duo, sed et multa baptismata introducunt. Nam cum hæreses variæ ac multæ sint, pro earum numero et baptismata computabuntur.

Vincentius a Thibara dixit.

Hæreticos scimus esse pejores quam schismaticos. Si vero pœnitentiam agentes ad regulam veritatis venire voluerint: prius exorcizari, deinde baptizari eos oportet. Tunc enim Christi promissionem sortiri possunt.

Marcus a Matharis dixit.

Judico hæreticos, ut qui nihil habeant, esse baptizandos.

C *Satius a Sacilibya dixit.*

Si hæreticis in baptismo ipsorum peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt. Nihil enim est, quod timere possint in judicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

Aurelius ab Attica dixit.

Cum dicat Apostolus, non communicandum peccatis alienis, censeo baptizandos esse hæreticos, ut prius accipiant remissionem peccatorum, et sic illis communicemus.

Jambus a Germanicia dixit.

Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant.

D *Lucianus a Rucuma dixit.*

Si fieri potest ut lux cum tenebris conveniat, potest et nobis et hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

Pelagius a Luperciana dixit.

Si hæresis in Ecclesia non est, quomodo Ecclesiæ baptisma apud hæreticos esse potest?

Ilder a Medeia dixit.

Una fides, unum baptisma: sed Ecclesiæ catholicæ licet baptizare.

Alius Felix a Mardiana dixit.

Eadem.

Paulus a Saba dixit.

Si Deus verax est, quomodo apud hæreticos ve-

rum baptisma esse potest, apud quos Deus non est?

Pomponius a Diongsiana dixit.

Hæretici baptizare non possunt, neque remissionem peccatorum dare potestatem aut solvendi aut ligandi aliquid in terris non habentes.

Vinatus a Thunisia dixit.

Qui baptisma Ecclesiæ hæreticis administrat, Sponsam Christi adulteris prodit.

Lymmus ab Asuaga dixit.

Nos unum baptisma accepimus, et ipsum tenemus et exercemus. Qui autem dicit, quod et hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

Saturninus a Victoriana dixit.

Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt et defensi illicita facientes; nec 372 invenies, quare eos Christus adversarios suos aut Apostolus antichristos appellaverit.

Alius Saturninus a Syca dixit.

Gentiles, etsi idola colant, tamen Deum Patrem et Creatorem cognoscunt et confitentur Dominum. In hunc Marcion blasphemat, et quomodo non erubescunt, qui Marcionis baptismum probant?

Marcellus a Zama dixit.

Cum peccatorum remissio non nisi in Ecclesia concedatur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

Irenæus ab Utis dixit.

Si ideo Ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, antefertur hæresis et major fit.

Donatus a Cibalina dixit.

Si quis dicat apud hæreticos esse baptismi gratiam, illic Ecclesiam esse prius ostendat.

Zosimus a Tharasa dixit.

Revelatione facta veritatis illi cedat error.

Julianus a Philippo dixit.

Scriptum est: *Nemo potest aliquid accipere, nisi datum fuerit illi de cœlo* [22]. Si hæresis de cœlo est, potest et cœleste baptisma dare.

Faustus a Themida dixit.

Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedunt, illos Christianos, et nos hæreticos faciunt.

Geminus a Forma dixit.

Quod semel decrevimus, hoc et tenemus; ut ab hæreticis venientes baptizemus.

Rogatianus ab Usa dixit.

Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo ergo baptismum Christi synagoga diaboli habere potest?

[22] Joan. III, 27.

ρετικοῖς ἀληθὲς βάπτισμα, παρ' οἷς οὐκ ἔστι Θεός;

Πομπώνιος ἀπὸ Διονυσιανῆς εἶπεν.

Οἱ αἱρετικοὶ οὐ δύνανται βαπτίζειν, οὐδὲ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δοῦναι, οἱ μὴ ἔχοντες ἐξουσίαν λῦσαί τι ἐπὶ τῆς γῆς ἢ δῆσαι.

Οὐίνατος ἀπὸ Θουνίσης εἶπεν.

Ὁ τὸ βάπτισμα τῆς Ἐκκλησίας τοῖς αἱρετικοῖς κοινῶν τὴν Νύμφην τοῦ Χριστοῦ μοιχοῖς παραδίδωσιν.

Λυμμὸς ἀπὸ Ἀσυάγης εἶπεν.

Ἡμεῖς ἓν βάπτισμα εἰλήφαμεν, καὶ τοῦτο ἐξακολουθοῦμεν. Ὁ δὲ λέγων, Καὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἔξεστι βαπτίζειν, δύο βαπτίσματα εἰσάγει.

Σατορνῖνος ἀπὸ Οὐικτοριανῆς εἶπεν.

Εἰ ἔξεστι τοῖς αἱρετικοῖς βαπτίζειν, ἀνέγκλητοί εἰσιν ἄνομα ποιοῦντες· οὐδὲ εὑρήσεις διὰ τί αὐτοὺς ὁ Χριστὸς ἐναντίους ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀντιχρίστους ὀνομάζει.

Σατορνῖνος ἄλλος ἀπὸ Συκῆς εἶπεν.

Οἱ ἐθνικοί, εἰ καὶ εἴδωλα σέβονται, ὅμως τὸν Θεὸν Πατέρα καὶ Κτίστην ἐπιγινώσκουσι καὶ ὁμολογοῦσι Δεσπότην. Εἰς τοῦτον Μαρκίων βλασφημεῖ, καὶ πῶς οὐκ αἰσχύνονται οἱ Μαρκίωνος βάπτισμα δοκιμάζοντες;

Μάρκελλος ἀπὸ Ζάμης εἶπεν.

Ὁπότε ἄφεσις ἁμαρτιῶν οὐδαμοῦ εἰ μὴ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δίδοται, ὁ αἱρετικὸν μὴ βαπτίζων ἁμαρτωλῷ κοινωνεῖ.

Εἰρηναῖος ἀπὸ Οὐλῶν εἶπεν.

Εἰ διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία τὸν αἱρετικὸν οὐ βαπτίζει, ὅτι ἤδη λέγεται βεβαπτίσθαι, προκρίνει ἡ αἵρεσις καὶ μείζων γίνεται.

Δονάτος ἀπὸ Κιβαλινῆς εἶπεν.

Ὁ λέγων παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς χάριν βαπτίσματος εἶναι, πρότερον ἀποδειξάτω ἐκεῖ Ἐκκλησίαν.

Ζώσιμος ἀπὸ Θαραζοῦ εἶπεν.

Ἀποκαλυφθείσης τῆς ἀληθείας παραχωρείτω ἡ πλάνη τῇ ἀληθείᾳ.

Ἰουλιανὸς ἀπὸ Φιλίππου εἶπε.

Γέγραπται· *Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδέν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.* Εἰ ἡ αἵρεσις ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν, δύναται καὶ οὐράνιον βάπτισμα δοῦναι.

Φαῦστος ἀπὸ Θημίδης εἶπεν.

Οἱ τὸ τῶν αἱρετικῶν πρὸς τὸ τῆς Ἐκκλησίας βάπτισμα ἱστάμενοι, ἐκείνους μὲν Χριστιανοὺς, ἡμᾶς δὲ αἱρετικοὺς ποιοῦσι.

Γεμῖνος ἀπὸ Φόρμης εἶπεν.

Ὃ ἅπαξ ἐκρίναμεν, τοῦτο καὶ κατέχομεν· ἵνα τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων ἐρχομένους βαπτίζωμεν.

Ῥογατιανὸς ἀπὸ Οὔσης εἶπεν.

Τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστὸς ᾠκοδόμησε, τὴν αἵρεσιν ὁ διάβολος· πῶς οὖν δύναται ἔχειν βάπτισμα Χριστοῦ ἡ συναγωγὴ τοῦ διαβόλου·

Θεράπιος ἀπὸ Βουλισμίου εἶπεν.

Ὁ τοῖς αἱρετικοῖς τὸ βάπτισμα τῆς Ἐκκλησίας προδιδοὺς, τί ἄλλο ἢ τῆς Νύμφης τοῦ Χριστοῦ προδότης γίνεται;

Λούκιος ἀπὸ Μεμερδόσης εἶπε.

Γέγραπται ὅτι Ὁ Θεὸς ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει. Ὁ δὲ αἱρετικὸς ὢν ἁμαρτωλὸς, πῶς ἀκούεται ἐν τῷ βαπτίζειν;

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Οὐαγλακηνῆς εἶπεν.

Ἐν τῷ προσδέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς ἄνευ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματος μηδεὶς τὴν συνήθειαν λόγου καὶ τῆς ἀληθείας προκρινέτω.

Ἄλλος Σατορνῖνος ἀπὸ Πλουτίμης εἶπεν.

Εἰ δύναται Ἀντίχριστος δοῦναι τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ, δύνανται καὶ οἱ αἱρετικοὶ βαπτίζειν, οἱ ὀνομασθέντες ἀντίχριστοι.

Κόϊντος ἀπὸ Οὐγθῶς εἶπεν.

Ὁ Θεὸς εἷς ἐστι, καὶ Ἐκκλησία μία καὶ ἓν βάπτισμα· καὶ πῶς δύνανταί τις βαπτισθῆναι ἐκεῖ, ὅπου οὔτε Θεὸς οὔτε Χριστὸς οὔτε Ἐκκλησία ἐστί;

Ἰουλιανὸς ἀπὸ Μαρκελλιανῆς εἶπεν.

Εἰ δύναται ἄνθρωπος δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, Θεῷ καὶ μαμωνᾷ, δύναται καὶ τὸ βάπτισμα δυσὶν ὑπηρετεῖν.

Τέναξ ἀπὸ Ὀρίων Κελλίων εἶπε.

Βάπτισμα ἓν ἐστιν, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἧς τὸ βάπτισμα ἀληθές.

Ἄλλος Οὐϊκτωρ ἀπὸ Ἀσούρας εἶπεν

Ὁμοίως.

Δουνατοῦλος ἀπὸ Κάμψης εἶπεν

Ἀεὶ τοῦτο ἐγὼ ἐφρόνησα, ἵνα οἱ αἱρετικοὶ, μηδὲν ἔξω λαβεῖν δυνάμενοι, ὅταν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἔλθωσι, βαπτισθῶσιν.

Οὐήρουλος ἀπὸ Ῥουσικκάδος εἶπεν.

Ἄνθρωπος αἱρετικὸς δύναται δοῦναι ὃ μὴ ἔχει, πολὺ μᾶλλον σχισματικὸς, ὅπερ εἶχεν ἀπολέσας.

Πουδεντιανὸς ἀπὸ Κουικούλης εἶπεν.

Ἐάν τις ἀπὸ αἱρέσεως ἔλθῃ, βαπτισθῆναι αὐτὸν ὀρθῶς καὶ δικαίως κέκριται.

Πέτρος ἀπὸ Ἱππῶνος Διαρρύτου εἶπεν·

Ἐπεὶ ἐν βάπτισμά ἐστιν ἐν μόνῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τοῦτο τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν ἐλθόντας, ὡς μηδὲν ἐκεῖθεν εἰληφότας, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι κρίνω.

Ἄλλος Λούκιος ἀπὸ Αὐσάφης εἶπεν.

Ἑνὸς ὄντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ μιᾶς ἐλπίδος, καὶ μιᾶς Ἐκκλησίας, τὰ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς πραττόμενα λύεσθαι δεῖν φημι, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἐρχομένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζειν.

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Τουριτῶν εἶπεν.

Ἐγὼ κρίνω, ἵνα ἀκολούθως ταῖς θείαις Γραφαῖς ἄνομοι παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βαπτισθέντες, ἂν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν καταφύγωσι, τῷ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι, ἔνθα πᾶσα ἐξουσία παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδοται, βαπτισθῶσιν.

Πλουτιανὸς ἀπὸ Λαβάνης εἶπεν.

Ἐγὼ πιστεύω βαπτίσματι σωτηρίαν μὴ εἶναι, εἰ

Therapius a Bulismio dixit.

Qui hæreticis Ecclesiæ baptisma concedit, quid aliud quam Sponsæ Christi proditor exsistit?

Lucius a Memeresa dixit.

Scriptum est: *Deus peccatores non audit.* Hæreticus autem, cum sit peccator, quomodo in baptismo audiri potest?

Alius Felix a Vaglacena dixit.

In hæreticis sine Ecclesiæ baptismo recipiendis nemo consuetudinem rationi et veritati præponat.

Alius Saturninus a Plutimna dixit.

Si potest Antichristus dare gratiam Christi, possunt et hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

Quintus ab Ugba dixit.

Deus unus est, et Ecclesia una, et baptisma unum; quomodo ergo illic baptizari aliquis potest ubi Deus et Christus et Ecclesia non est?

Julianus a Mercelliana dixit.

Si potest homo duobus dominis servire, Deo et mammonæ, potest et baptisma duobus inservire.

Tenax ab Orii-Cellis dixit.

Baptisma unum est, sed Ecclesiæ, cujus est verum baptisma.

Alius Victor ab Asura dixit

Similiter.

Donatulus a Caspe dixit.

Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad Ecclesiam veniunt, baptizentur.

373 *Verulus a Rusiccade dixit.*

Homo hæreticus dare potest, quod non habet; multo magis schismaticus, qui quod habet amisit.

Pudentianus a Quinciola dixit.

Si quis ex hæresi venerit, baptizari eum recte ac juste statutum est.

Petrus ab Hippone Diarrhyto dixit.

Cum baptisma unum sit in sola Ecclesia, idcirco eos, qui ab hæreticis et schismaticis veniunt, ut qui nihil inde acceperint, in Ecclesia censeo baptizari oportere.

Alius Lucius ab Ausafa dixit.

Cum sit unus Deus, et Pater et Filius et Spiritus sanctus, et una spes, et una Ecclesia; quæ apud hæreticos facta sunt rescindi debere dico, et eos, qui inde veniunt, in Ecclesia baptizandos esse.

Alius Felix a Turitis dixit.

Ego censeo, ut secundum sanctarum Scripturarum præcepta iniqui apud hæreticos baptizati, si ad Ecclesiam confugerint, Ecclesiæ baptismate, ubi potestas omnis a Deo data est, baptizentur.

Plutianus a Labana dixit.

Ego credo baptisma salutare non esse, nisi solum

in Ecclesia catholica; et quando extra Ecclesiam fit, simulationem esse.

Solvianus a Zufale dixit.

Hæreticos nihil habere constat, et ideo ad nos veniunt, ut possint accipere quod non habent.

Honoratus a Luca dixit.

Cum Christus verus sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, Ecclesiæ baptismo sanctificemus.

Victor ab Octyva dixit.

Sic et ipse sentio, ut qui ab hæresi veniunt sine dubio baptizentur.

Clarius a Mascula dixit.

Manifesta est sententia Domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis, et ipsis solis potestatem permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate Ecclesiam Dei gubernantes, et eos qui credunt baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem, nec Ecclesiam habent, neque baptizare Ecclesiæ baptismo possunt.

Secundianus a Tamba dixit.

Non debemus hæreticos nostra contentione decipere, ut in Ecclesia Domini nostri Jesu Christi non baptizati, cum judicii dies venerit, nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, nec remissionem peccatorum consecuti sint. Quamobrem cum una sit Ecclesia et unum baptisma, quando ad nos veniunt, simul cum Ecclesia baptismum etiam consequi debent.

Aurelius a Chollaba dixit.

Joannes apostolus in Epistola sua dixit: *Si quis ad vos venit, et doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum, et ave illi ne dixeritis* [91]. Qui enim dixerit illi, ave, communicat verbis et factis ejus malis. Quomodo igitur admitti in domum Dei possunt, aut quomodo cum eis sine Ecclesiæ baptismo communicare possumus, quin simul et malis eorum factis communicemus?

Victor a Gemellis dixit.

Si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt [92]. Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, cum ipsi cæci sint, talium baptisma non valet.

374 *Matolius ab Œa dixit.*

Tam ego præsens, quam Pompeius Sabratensis, et Dioga Leptimagensis, qui mihi mandaverunt corpore quidem absentes, sed spiritu præsentes, censemus, quod et multi coepiscopi nostri; quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi a nobis fuerint baptizati.

[91] II Joan. I, 10. [92] Matth. XV, 14.

A μὴ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅταν ἔξω τῆς Ἐκκλησίας γένηται, πιθηκισμὸν εἶναι.

Σαλουιανὸς ἀπὸ Ζυφάλης εἶπεν.

Τοὺς αἱρετικοὺς μηδὲν ἔχειν συνίστημι, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, ἵνα λάβωσιν, ὃ μὴ ἔχουσιν.

Ὀνωράτος ἀπὸ Λούγκης εἶπεν.

Ὁπότε ὁ Χριστὸς ἀληθής ἐστι, μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ ἢ τῇ συνηθείᾳ ἑπεσθαι ὀφείλομεν, ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς, διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένους, ὅτι ἔξω μηδὲν λαβεῖν ἠδυνήθησαν, τῷ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι ἀγιάσωμεν.

Θύκτωρ ἀπὸ Ὀκτώδου εἶπε.

Τοῦτο καὶ αὐτὸς φρονῶ ἵνα οἱ ὑπὸ αἱρέσεως ἐρχόμενοι ἀδιστάκτως βαπτισθῶσι.

B *Κλάριος ἀπὸ Μασκούλης εἶπε.*

Πρόδηλός ἐστιν ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπόφασις ἀποστέλλοντος τοὺς ἑαυτοῦ ἀποστόλους, καὶ αὐτοῖς μόνοις τὴν ἐξουσίαν ἐπιτρέποντος, οἷς ἡμεῖς ἐξακολουθοῦμεν, τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ κυβερνῶντες, καὶ τοὺς πιστεύοντας βαπτίζοντες. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ αἱρετικοὶ, οἱ μήτε τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, μήτε τὴν Ἐκκλησίαν, οὐδὲ βαπτίζειν τῷ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι δύνανται.

Σεκουνδιανὸς ἀπὸ Θάμβης εἶπεν.

Οὐδαμῶς ὀφείλομεν τοὺς αἱρετικοὺς τῇ ἡμετέρᾳ φιλονεικίᾳ ἐνεδρεύειν, ἵνα οἱ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ βαπτισθέντες, ὁπόταν ἡ ἡμέρα τῆς κρίσεως ἔλθῃ, ἡμᾶς αἰτιάσωνται, ὅτι δι' ἡμᾶς οὐκ ἐβαπτίσθησαν, οὐδὲ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἔλαβον. Διόπερ μιᾶς οὔσης τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἑνὸς βαπτίσματος, ὅταν πρὸς ἡμᾶς ἔλθωσι, μετὰ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοῦ βαπτίσματος τυχεῖν ὀφείλουσιν.

Αὐρήλιος ἀπὸ Χολλαβῆς εἶπεν.

Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος ἐν Ἐπιστολῇ αὐτοῦ ἔφη· *Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν διδαχὴν τοῦ Θεοῦ οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.* Ὁ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς λόγοις αὐτοῦ καὶ τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς. Πῶς οὖν οὗτοι εἰσδεχθῆναι εἰς οἰκίαν τοῦ Θεοῦ δύνανται, ἢ πῶς αὐτοῖς χωρὶς τοῦ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματος κοινωνῆσαι δυνάμεθα, εἰ
D μὴ τοῖς πονηροῖς αὐτῶν ἔργοις κοινωνοῦμεν;

Βίκτωρ ἀπὸ Γεμέλλων εἶπε.

Τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Ἐπεὶ οὖν σαφές ἐστι μὴ δύνασθαι αἱρετικόν τινα φωτίσαι, ἅτε δὴ τυφλῶν αὐτῶν ὄντων, τῶν τοιούτων τὸ βάπτισμα οὐδέν ἐστι.

Ματόλιος ἀπὸ Οἴας εἶπε.

Κἀγὼ παρὼν, καὶ Πομπήϊος ἀπὸ Σαβράτων, καὶ Διογὰς ἀπὸ Λεπτιμάγνης, οἵπερ ἐντειλάντό μοι, σώματι μὲν ἀπόντες, τῷ δὲ πνεύματι παρόντες, κρίνομεν, ὅπερ καὶ πολλοὶ συνεπίσκοποι ἡμῶν, τοὺς αἱρετικοὺς κοινωνεῖν ἡμῖν μὴ δύνασθαι, ἐὰν μὴ παρ' ἡμῶν βαπτισθῶσιν.

Ἰούνιος ἀπὸ Νεαπόλεως εἶπεν.

Ἀπ' ἐκείνου, οὗ ἅπαξ ἐκρίναμεν, οὐ χωρίζομαι· ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν Ἐκκλησίαν βαπτίζωμεν.

Κυπριανὸς ἀπὸ Καρχηδόνος εἶπε.

Τὴν ἐμὴν ἀπόφασιν ὁλόκληρος δείκνυσιν ἐπιστολὴ πρὸς Ἰοβιανὸν συνεπίσκοπον ἡμῶν γραφεῖσα· τοὺς αἱρετικοὺς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν μαρτυρίαν ἐναντίους τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστους ὀνομασθέντας, ὁπόταν ἔλθωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ προσέλθωσι, τῷ ἑνὶ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι βαπτίζεσθαι δεῖν· ἵνα δυνηθῶσι γενέσθαι ἀντὶ ἐχθρῶν φίλοι, καὶ ἐξ ἀντιχρίστων Χριστιανοί.

ΖΩΝΑΡ. Αὗται μὲν οὖν αἱ γνῶμαι τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνελθόντων Πατέρων τῷ μεγάλῳ Κυπριανῷ· ἀλλ' οὔτε ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκράτησαν πάσιν, οὔτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς. Ἡ γὰρ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς ἤδη εἰρηται, ἀπεξείλέ τινας τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἄνευ βαπτίσματος δέχεσθαι τούτους θεσπίσασα, χριομένους μόνῳ τῷ ἁγίῳ μύρῳ καὶ ἀναθεματίζοντας τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ἕκαστον, καὶ πάσας ἁπλῶς. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξηγήθησαν αἱ γνῶμαι αὗται, ὡς μὴ ἀναγκαῖαι, οἷα μηδὲ ἐνεργοῦσαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύνοψιν ἐγράφησαν.

Junius a Neapoli dixit.

Ab eo, quod semel censuimus, non recedo: ut hæreticos venientes ad Ecclesiam baptizemus.

Cyprianus a Carthagine dixit.

Meam sententiam plenissime exprimit epistola, quæ ad Jovianum coepiscopum nostrum scripta est: hæreticos evangelico et apostolico testimonio adversarios Christi et antichristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, unico Ecclesiæ baptismo baptizandos esse; ut possint fieri de adversariis amici, et de antichristis Christiani.

ZONAR. Hæ sunt igitur Patrum sententiæ, qui cum magno Cypriano in concilio isto convenerant: sed nec apud omnes hæreticos nec apud schismaticos valuerunt. Nam secunda synodus œcumenica, ut jam dictum est, hæreticos nonnullos excepit, ac sine baptismo recipiendos illos sanxit, sancto chrismate tantum unctos, et singulos propriam hæresim ac omnino omnes anathematizantes. Atque hac de causa neque expositæ sunt hæ sententiæ, utpote minus necessariæ, et quæ non valent, sed et compendiosæ perscriptæ sunt.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ ΣΥΝΟΔΟΥ (68).

CANONES

SYNODI ANCYRANÆ.

ΒΑΛΣ. Εἴπομεν πρὸ μικροῦ ὡς ἡ ἐν Καρχηδόνι σύνοδος πρώτη ἐστὶ πασῶν τῶν συνόδων, καὶ δευτέρα ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ μετὰ ταύτας ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ μητροπόλει τῆς Γαλατίας συστᾶσα πρὸ τῆς ἐν Νι-

BALS. 375 Diximus paulo ante, quod synodus Carth. est omnium prima, et Antiochena secunda; post illas autem ea, quæ in Ancyra Galatiæ metropoli ante primam Nicæn habitam œcumenicam

Guill. Beveregii notæ.

(68) *Κανόνες τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.* Hanc inscriptionem codex Bodleianus exhibet; cui similis fere est in codice Amerbachiano, videlicet, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε'. *Synodi Ancyranæ canones* 25. In Parisiensi Balsamonis editione sic inscribitur. Κανόνες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων μακαρίων Πατέρων, οἵτινες προγενέστεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντείαν. *Canones beatorum Patrum, Ancyræ convenerunt: qui sunt quidem antiquiores iis qui Nicææ editi; secundum tamen locum obtinent, propter œcumenicæ synodi auctoritatem.* Quæ etiam inscriptio est horum canonum in codice canonum Ecclesiæ universæ; nisi quod ibi eodem modo, quo in codice Amerbachiano, incipiat, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε', οἵ τινες, etc. Enimvero habita est hæc synodus an. Dom. 315, ac proinde decem fere annis ante Nicænam primam œcumenicam. Ancyra, ubi celebrata est, primaria fuit et archiepiscopalis urbs Galatiæ, in meditullio regionis istius sita; hoc præsertim concilio celebris, quo octoginta episcopi convenerunt eorum causa, qui in Maximini persecutione lapsi, et in Ecclesiæ communionem recipi desiderabant.

synodum coacta est. Huic vero præfuerunt, Vitalis episcopus Antioch. Syriæ, Agricolaus Cæsareæ Cappadociæ, et martyr Basilius episcopus Amaseæ; et quæsiverunt, an eos oporteat admittere, qui idolis sacrificaverunt, et ad Ecclesiam accedunt.

ZONAR. Synodorum omnium prima fuit Antiochena, contra Paulum Samosatenum, imperante Romæ Aureliano, celebrata. Hæc vero, in Ancyrana urbe Galatiæ metropoli habita, Nicæna prima œcumenica synodo antiquior est. In ea porro sancti Patres adfuere, quorum in conventu Vitalis Antiochiæ quæ est in Syria, Agricolaus Cæsareæ quæ in Cappadocia, et martyr Basilius Amaseæ episcopus, præerant. Nam cum turbulentis Christianæ reipublicæ temporibus multi crudelissimum acerbitatem perferendæ nequáquam pares fuissent, sed tyrannorum imperiis obsecuti, diis immolavissent, atque ex iis quosdam postea facti pœnituisset, seque crimen expiaturi Ecclesiæ sisterent: de iis hominibus qui Christum negaverant, qua ratione admittendi forent quæsitum est; deque illis subjectos canones hæc synodus edidit.

CANON I.

« Presbyteros qui sacrificarunt, deinde contra « reluctati sunt, non simulatione quadam, sed « vere; nec hoc prius machinati sunt, nec consulto ac de industria id fecerunt, et persuaserunt, ut tormentis subjici viderentur, cum ea specie et opinione tantum inferrentur: visum est eos cathedræ quidem honoris esse participes; non licere autem ipsis offerre et concionari, vel omnino sacerdotale aliquod munus obire. »

BALS. Tempore persecutionis Christianorum quidam sacerdotes idolis sacrificare coacti sunt: et hi quidem, ad mortem usque puniti, martyrii coronam acceperunt: illi vero, cum ad finem usque tormenta perferre non potuissent, victi sunt et fidem abnegarunt, et idolis sacrificarunt; alii autem, etiam antequam torquerentur, omnino cessarunt. Ne autem sua sponte sacrificare viderentur, pecuniis vel suasione vel aliqua alia ratione operam dederunt, ut magnorum tormentorum minæ illis intentarentur. Statuunt ergo Patres, ut illi, qui vere torti fuerunt, propter supplicii autem acerbitatem ad perfectionis quoque coronam accipiendam non sustinuerunt, sed sacrificaverunt, deinde reluctati sunt, id est, Satanam vicerunt, qui eos in luctu prostraverat, et cum pari confessione pœnitentiam egerunt, ad solum honorem et cathedram recipiantur, neque offerant, neque concionentur, id est, ne doceant, neque aliquid

καὶ πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου. Ἐξῆρχον δὲ τάυτης Οὐϊτάλιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμασείας· καὶ συνεζήτησαν εἰ χρὴ δέχεσθαι τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις, καὶ προσερχομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Πρώτη πασῶν τῶν συνόδων ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ γεγονυῖα σύνοδος κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, βασιλεύοντος ἐν Ῥώμῃ Αὐρηλιανοῦ, ἤτοι. Καὶ αὕτη δέ, ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ μητροπόλει τῆς Γαλατίας συστᾶσα σύνοδος, πρωτευούσης ἐστὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου. Ἠθροίσθησαν δὲ ἐν αὐτῇ Πατέρες ἱεροί, ὧν ἐξῆρχεν Οὐϊτάλιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμασείας. Ἐν γὰρ τοῖς διωγμοῖς τῶν Χριστιανῶν πολλῶν μὴ δυνηθέντων μέχρι τέλους ἐγκαρτερῆσαι ταῖς βασάνοις, ἀλλ' ὑπενδόντων· εἶτά τινων μεταγνούντων καὶ προσερχομένων τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰς μετάνοιαν, ζήτησις ἐγένετο, πῶς χρὴ τοὺς ἀρνησαμένους τὸν Χριστὸν προσδέχεσθαι, καὶ περὶ τούτων ἡ σύνοδος αὕτη κανόνας ἐξέθετο, οἵτινές εἰσιν οὗτοι.

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Πρεσβυτέρους τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἀναπαλαίσαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινός, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, « μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας, « καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑπο« βάλλεσθαι, ταύτας δὲ τὸ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι « προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς « κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν· προσφέρειν δὲ « μήτοι καὶ δημηγορεῖν (69), ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι « τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, μὴ ἐξεῖναι. »

ΒΑΛΣ. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ διωγμοῦ τῶν Χριστιανῶν ἱερεῖς τινες ἠναγκάσθησαν θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· καὶ οἱ μὲν, μέχρι θανάτου κολασθέντες, τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσαντο στέφανον· οἱ δὲ, καὶ ἕως τέλους τὰς βασάνους μὴ καρτερήσαντες, ἡττήθησαν καὶ τὴν πίστιν ἠρνήσαντο, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἔθυσαν· ἄλλοι καὶ πρὸ τοῦ βασανισθῆναι, ὅλως ἐνέδωκαν. Ἵνα δὲ μὴ δόξωσιν αὐθαιρέτως θύειν, ἐσπούδασαν διὰ χρημάτων ἢ παρακλήσεων ἢ ἄλλως πως ἀπειλὰς βασάνων μεγάλων εἰς αὐτοὺς γενέσθαι. Διορίζονται οὖν οἱ Πατέρες μόνους ἐκείνους τοὺς μετὰ ἀληθείας μὲν βασανισθέντας, διὰ δὲ τὴν δριμύτητα τῶν πολάσεων, μὴ ὑπομείναντας καὶ τὸν τῆς τελειώσεως στέφανον ἀναδήσασθαι, ἀλλὰ θύσαντας, εἶτα πάλιν ἀναπαλαίσαντας, τουτέστι νικήσαντας τὸν Σατανᾶν, ἐν τῇ πάλῃ βίᾳ πεσόντα αὐτούς, καὶ μετὰ καθαρᾶς ἐξομολογήσεως μετανοήσαντας, τύχεσθαι εἰς μόνην τιμὴν καὶ καθέδραν, μήτε δὲ προσφέρειν, μήτε δημηγορεῖν, τουτέστι διδάσκειν, μήτε

Guill. Beveregii notæ.

(69) *Δημηγορεῖν.* Huic verbo accommodari videtur breve illud scholium, quod inter hunc canonem et interpretationem ejus in codice Amerbachiano legitur, sic se habens, λόγους διδασκαλικοὺς ποιεῖσθαι τῷ λαῷ. Πῶς γὰρ ἕτεροι ὑποθοῖντο βέλτιστα, αὐτοὶ παρασφαλέντες τοῦ κρείττονος; *Sermones doctrinales ad populum habere. Quomodo enim alii optime edocerentur, cum ipsi a meliore aversi fuerint?* Hoc autem scholium in nullo alio codice habetur.

τι ἄλλο ἐνεργεῖν ἱερατικόν· ὥστε ἐξ ἀντιδιαστολῆς οἱ Ἕτεροι, οἱ παρὰ τούτους μὴ πραγματικῶς, ἀλλὰ μετὰ σκῆψιν τὰς βασάνους προφασισάμενοι, καὶ τὸν Θεὸν ἀρνησάμενοι, οὐδὲ τιμῆς ἢ καθέδρας ἀξωθήσονται. Τί δέ, ὡς Χριστιανοὶ ἁπλῶς μετὰ δακρύων μετανοοῦντες καὶ ἐξομολογούμενοι τὸ ἁμάρτημα δεχθήσονται; Ἐμοὶ τέως δοκεῖ. Οὐ γάρ ἐστιν ἁμαρτία νικῶσα τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν (70).

ZONAP. Τῶν ὑποκυψάντων ἐν τοῖς δυσχεροῖς τοῖς τυράννοις καὶ θυσάντων οἱ μὲν βασάνοις ὑποδεθέντες, καὶ τῇ βίᾳ τούτῳ καὶ τῇ δριμύτητι μέχρι τέλους ἀντισχεῖν μὴ δυναμένοις, ἡττήθησαν καὶ τὴν πίστιν ἠρνήσαντο· οἱ δὲ καὶ πρὸ τῆς πείρας τῶν βασάνων μαλακισθέντες ἐνέδωκαν, καὶ, ἵνα μὴ δοκοῖεν αὐθαιρέτως θύειν, ἔπεισαν τοὺς κολαστὰς ἢ χρήμασιν ἢ παρακλήσεσι πικρότερον προσενεχθῆναι κάχα αὐτοῖς, καὶ κολάσεις αὐτοῖς τῷ δοκεῖν ἐπαγαγεῖν, ἵν' οὕτω θύσαντες δόξωσι τῇ βίᾳ νικηθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, καὶ μὴ μαλακισθέντες. Τοὺς γοῦν μετὰ ἀληθείας κολασθέντας, καὶ τῇ τῶν βασάνων πικρίᾳ ἐγκαρτερήσαντας μέχρι τέλους, καὶ οὕτως ἡττηθέντας τῶν ἀφορήτων κολάσεων καὶ ἐπιθύσαντας τῷ βωμῷ, εἶτα ἀναπαλαίσαντας, ἀντὶ τοῦ τὸν ἐχθρὸν ἐν τῇ πλάνῃ βίψαντα αὐτοὺς, διὰ τῆς μετανοίας ἡττήσαντας, καὶ καταβαλόντας, καὶ ἐπὶ τῶν τυράννων αὖθις τὴν πίστιν ὁμολογήσαντας· εἰ πρεσβύτεροι ἦσαν, ἔδοξε τῇ συνόδῳ τῆς τιμῆς μὲν τῆς ἐν ταῖς καθέδραις μετέχειν αὐτοὺς, μήτε δὲ προσφέρειν μήτε ὁμιλεῖν, ἀντὶ τοῦ διδάσκειν, μήτε ὅλως λειτουργεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐνεργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν δικαίων.

KANΩN B'.

« Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, τῆς τε τοῦ ἄρτου ἢ ποτηρίου ἀναφέρειν ἢ κηρύσσειν. Εἰ μέντοι τινὰς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν προσόντος, καὶ ἐθέλοιεν πλέον τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν. »

BAΛΣ. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ περὶ διακόνων διορίζόμενος προστίθησιν ὡς, εἴπερ οἱ ἐγχώριοι ἐπίσκοποι κατανοήσουσι τοὺς μετὰ ἀληθείας βασανισθέντας ἀξίους ἐλέους διὰ τὰ δάκρυα καὶ τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν ἢ τοὐναντίον κολάσεως πλείονος διὰ τὴν ἀναίδειαν· ποιήσουσι κατὰ τὸ δόξαν αὐτοῖς, τουτέστιν ἢ ἐπαυξήσουσι τὴν τιμωρίαν, ἢ προσθήσουσι μᾶλλον τὴν παρηγορίαν. Παρὰ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ διακρίσει αὐτῶν τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο.

Aliud sacerdotale exsequantur. Quamobrem argumento a contrario sumpto, alii præter hos, qui non revera, sed simulate tormenta præteruerunt, et Deum negaverunt, nec honore quidem vel cathedra digni habebuntur. Quid vero, num ut Christiani simpliciter cum lacrymis pœnitentiam agentes, et peccatum confitentes, suscipientur? Mihi certe videtur. Non est enim peccatum, quod vincat Dei misericordiam.

376 ZONAR. Qui ingruenta persecutionis procella tyrannorum imperiis obsecuti immolavere; partim tormentis exagitati, cum eorum vim et asperitatem perferre non possent, victi sunt et fidem denegarunt; partim, priusquam etiam tormenta ipsis admoverentur, emolliti dedere manus; et ne sua voluntate sacrificare viderentur, satellites, ut rehementiore forte impetu ipsos invaderent, acriterque torquentium speciem præberent, pretio aut precibus adduxere; ut qui sic immolassent, non ignavo langueré animi, sed cruciatuum duritate victi, Christum negasse existimarentur. Quibus igitur vere cruciatus adhibiti, quique in acerbitate tormentorum aliquandiu constantes, ita demum illorum intolerabili asperitate victi aris immolaverunt, deinde vero iterum reluctati sunt, hoc est, hostem, a quo prius in certamine dejecti fuerant, pœnitentia duce superatum viciissim prostravere, fidemque suam apud tyrannos iterum professi fuere; eos, siquidem sacerdotio initiati fuerant, cathedræ quidem honorem obtinere, nullam tamen iis aut offerendi aut concionandi, hoc est docendi, neque omnino ministerium aliquod, hoc est sacerdotale munus quodcunque obeundi facultatem, synodus esse decrevit.

CANON II.

« Diaconos similiter qui sacrificarunt, postea sese reluctati sunt, alium quidem honorem habere, ipsos autem ab omni sacerdotali ministerio cessare, et panem vel calicem offerendi, vel prædicandi: sed si ex episcopis aliqui in iis vel afflictionem aliquam vel humilitatem ac mansuetudinem viderint, et aliquid amplius dare vel auferre voluerint, in eorum potestate id esse. »

BALS. Præsens quoque canon eadem de diaconis decernens, adjicit, quod si regionis episcopi animadverterint eos, qui vere torti sunt, esse misericordia dignos, propter lacrymas et eorum humilitatem; vel contra majore supplicio propter impudentiam; facient prout eis videbitur, id est, vel pœnam augebunt, vel potius consolationem afferent. Ea enim in eorum potestate et judicio sita sunt. Si quis autem dicat, præsentes canones

Guill. Beveregii notæ.

(70) Τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν. Post hæc ultima Balsamonis in hunc canonem verba, in Parisiensi editione, necnon codice tam Amerbachiano, quam Ætoniensi, additur, πλὴν καὶ οὗτοι καὶ οἱ δεχόμενοι εἰς μόνην τιμὴν ἐπιτιμηθήσονται κατὰ τοὺς ῥηθησομένους κανόνας. *Sed et hi, et qui ad honorem solum admittuntur, juxta dictos canones punientur.* Nos autem hæc idcireo omisimus, quia in codice nostro Bodleiano omittuntur.

Dei gratia locum hodie non habere, quia tyrannus non præest; audiet, quod apud Agarenos et alios infideles multa ejusmodi fiunt, et canones nunc quoque effectum recte sortientur. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quod omnis anima medela dependet ab episcopi judicio ac prudentia.

ZONAR. Quæ superiori de sacerdotibus, eadem de diaconis hoc quoque canone decernuntur. Nam eos quoque, si in tormentis per ignaviam devicti sacrificaverint, deinde vero repetito certamine strenue depugnaverint, ab omni sacro ministerio cessare jubet. Quod si homines postea, subjicit canon, in suscepta propter abnegationem pœnitentia gravius laborare, aut ob admissi facinoris culpam discruciari, demissionemque, ac in iis, qui prolapsionem exprobrarint, aut alia ratione insultarint, pacate atque humiliter perferendis modestiam retinere, non contra audacter obsistere aut ægrius succensere, episcopi animadverterint, ac proinde aliquid amplius, quam quod a synodo concessum est, iis ob vehementius pœnitendi studium elargiri, aut vicissim flete dolentibus nec de superbia remittentibus demere quidpiam vellent, id canon totum ipsorum potestati judicioque permittit. Vide primæ quoque œcumenicæ synodi canonem undecimum.

ARIST. « In canone primo et secundo presbyteri et « diaconi, qui cum prius sacrificarent postea vero « reluctati sunt, 377 cathedræ solius et honoris sint participes, nihil sanctorum peragentes. »

Quicunque presbyteri vel diaconi tempore persecutionis compulsi sacrificarunt, postea vero accedunt, retractantes quidquid fecerunt, cathedræ solius et honoris participes esse debent: at sacerdotale aliquod munus obire, puta panem aut poculum offerre, aut doctrinæ sermones populo facere, aut omnino sacrum aliquod ministerium peragere, iis non licet.

CANON III.

« Eos, qui fugientes comprehensi sunt, vel a « domesticis traditi, vel suis aliqui facultatibus « privati, vel tormenta perpessi, vel in carce- « rem conjecti sunt, clamantes se esse Christia- « nos, et divulsi ac distracti sunt, vel iis qui « vim afferebant in manus aliquid immittenti- « bus, vel cibo aliquo per necessitatem suscepto, « se tamen esse Christianos perpetuo fatentes, « et ejus quod accidit dolorem omni cohibitione « et habitu et vita humilitate præ se ferentes, « ut inculpatos a communione non arceri. Sin « autem etiam ab aliquo sunt prohibiti, majoris « cautionis gratia, vel etiam propter aliquorum « ignorantiam, statim admittantur. Hoc autem « similiter in clericis et aliis laicis. Illud quoque « est examinatum, an possint etiam laici, qui in « eamdem necessitatem inciderunt, ad ordinem

Εἰ δέ τις ἔρει μὴ χώραν ἔχειν τὰ τῶν παρόντων κανόνων Θεοῦ χάριτι σήμερον, ὅτι τύραννος οὐ προκάθηται· ἀκούσει ὅτι παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπίστοις πολλὰ τοιαῦτα γίνονται· καὶ καλῶς τὰ τῶν κανόνων καὶ νῦν ἐνεργήσουσι. Σημείωσαι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι πᾶσα ψυχικὴ θεραπεία εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν ἀνηρτήθη διάκρισιν.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ διακόνων ὁ κανὼν ὅδε διατάττεται, ὅσα περὶ πρεσβυτέρων ὁ ἀνώτερος. Πεπαῦσθαι γὰρ καὶ αὐτοὺς, ἀνεπιτηδεύτως ἠττηθέντας τῶν βασάνων καὶ ἐπιθύσαντας, εἶτα ἀναπαλαίσαντας, πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας θεσπίζει. Προσιδήσει δ' ἐνταῦθα ὅτι, ἐὰν τοῖς μετανοοῦσι τοῦτοις συνίδοιεν οἱ ἐπίσκοποι κάματόν τινα, τουτέστι πόνον ἐν τῇ μετανοίᾳ διὰ τὴν ἄρνησιν, ἢ ὅτι, συντριβέντες διὰ τὸ ἁμάρτημα, ἐταπεινώθησαν, καὶ πραότητα ἐκτήσαντο, τοῖς ἴσως αὐτοῖς ἀναλίζουσι τὸν ὅλισθον πρᾴως καὶ μετὰ ταπεινώσεως προσφερόμενοι, ἀλλ' οὐ θρασυνόμενοι καὶ τούτοις ἐμπικραινόμενοι, καὶ ἐθέλοιεν ἐπίσκοποι ὑφ' οἷς τελοῦσι πλέον τι τῶν παρὰ τῇ συνόδῳ ὡρισθέντων αὐτοῖς παρασχεῖν, διὰ τὴν τῆς μετανοίας θερμότητα, ἢ ἀφεῖλαί τι τῶν ὁρισθέντων, ὡς μὴ γνησίως αὐτῶν μεταμελομένων, μηδὲ ταπεινουμένων· ταῦτα τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων ἀνατίθησιν ὁ κανὼν καὶ τῇ διακρίσει αὐτῶν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ια' κανόνα τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. « Καν. α' καὶ β', πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι « τὸ πρὶν ἐπιθύσαντες, εἶτα ἐξ ἀληθείας ἀναπαλαί- « σαντες, μόνης τῆς καθέδρας καὶ τῆς τιμῆς « μετεχέτωσαν, μηδὲν τῶν ἁγίων ἐπιτελοῦντες. »

Ὅσοι τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐν καιρῷ διωγμοῦ βιασθέντες ἔθυσαν, εἶτα ἐν ἀληθείᾳ προσῆλθον ἀναπαλαίοντες ὅπερ ἔπραξαν, μόνης τῆς καθέδρας καὶ τῆς τιμῆς μετέχειν ὀφείλουσιν· ἱερατικὸν δέ τι ἐνεργεῖν οὐκ ἐξέσται αὐτοῖς, οἷον ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν ἢ λόγους διδασκαλίας τῷ λαῷ ποιεῖσθαι, ἢ ὅλως τι τῶν ἁγίων λειτουργιῶν ἐπιτελεῖν.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

« Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων « παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἁρπαγέ- « ντας, ἢ ὑποµείναντας βασάνους, ἢ εἰς δε- « σμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντάς τε ὅτι εἰσὶ « Χριστιανοὶ καὶ περιῳχυθέντας, ἤτοι εἰς τὴν « χεῖρά τι πρὸς βίαν ἐμβαλόντων τῶν βιαζομέ- « νων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀνάγκην δεξαμένους, « ὁμολογοῦντας δὲ διὰ τέλους ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, « καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος διὰ πάσης ἐνδείκνυμέ- « νους τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι καὶ « τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι, τούτους ὡς ἄξιο ἁμαρ- « τήματος ὄντας τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι. Εἰ « δὲ καὶ τὸ ἐκωλύθησαν ὑπό τινος, περισσοτέρας « ἀκριβείας ἕνεκεν ἢ καὶ τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς « προσδεχθήσεσθαι. Τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν « ἐκ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. Προσετέτ- « αται δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύναντοι καὶ λαϊκοὶ, τῇ αὐτῇ

« ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες, προϊέναι εἰς τάξιν. A
« Ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας,
« εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου
« πολιτεία, προχειρίζεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς κληρικοὶ καὶ λαϊκοὶ φεύγοντες τὰς τῶν τυράννων χεῖρας, καὶ συλληφθέντες, ἢ παρά τινων προδοθέντες, καὶ γυμνωθέντες τῶν προσόντων αὐτοῖς, ἔστι δ' ὅτε καὶ βασανισθέντες καὶ φυλακισθέντες, εἰδώλων εἶναι Χριστιανοί. Ὅτι δὲ κατὰ βίαν ἐνεβλήθη παρὰ τῶν δημίων ταῖς χερσὶ τούτων λιβανωτὸν τυχὸν, ὅπερ τοῖς εἰδώλοις θύεται, ἢ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν βρῶμα εἰδωλόθυτον, ἐκωλύοντο τῆς μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας, διὰ τὸ δῆθεν γενέσθαι αὐτοὺς εἰδωλοθύτας· φασὶ γοῦν οἱ Πατέρες, τὸ κατὰ βίαν γενόμενον μὴ παρεμποδίζειν αὐτοὺς B ὁμολογοῦντας διόλου εἶναι Χριστιανοὺς, ἀποκλαιομένους μετὰ κατανύξεως τὸ παρὰ τῶν τυράννων κατὰ βίαν γενόμενον εἰς αὐτούς. Οὐδὲν γὰρ ἥμαρτον, ὥστε καὶ παρ' ἡμῶν κολάζεσθαι. Εἰ δὲ παρά τινων διὰ περισσοτέραν ἀκρίβειαν ἢ δι' ἄγνοιαν τοῦ προσήκοντος ἐκωλύθησαν τῆς κοινωνίας, εὐθὺς δεχθῆναι τούτους ἐγνωμοδότησαν. Ὡς δέ τινος εἰπόντος ἐπὶ μόνοις τοῖς λαϊκοῖς ἔχειν χώραν τὰ τοῦ κανόνος (οἱ γὰρ κληρικοὶ κατὰ τοὺς προρρηθέντας κανόνας δεχθήσονται), ἐπήγαγον μὴ μόνους τοιούτους λαϊκοὺς συγκοινωνεῖν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ κληρικούς. Εἴρηται δὲ τοῦτο, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι διαφορὰν τῶν ἀρνησαμένων ἑκουσίως τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰς κολάσεις ὑπενεγκεῖν, καὶ τῶν τοιοῦτόν τι μὴ πεποιηκότων διὰ φάκτου οἰκείου, ἀλλὰ ἀκουσίως κατὰ C βίων ὑποδεξαμένων εἰδωλόθυτα ἢ λιβανωτὸν, καὶ καταπτυσάντων αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ ἥμαρτον, ὡς ἐνδόντες· ὤφειλον γὰρ ἀποθανεῖν διὰ τὸν Χριστόν· οἱ δὲ κατὰ βίαν ὑπεδέξαντο μόνον τὸ λιβανωτὸν, ἔργον δέ τι οὐκ ἐνήργησαν ἀπεδές. Ὅτι γοῦν οὐδὲν ἥμαρτον, καὶ κληρωθήσονται οἱ λαϊκοὶ, ἐὰν ἄξιοι εὑρίσκωνται, πάντως δὲ καὶ οἱ κληρικοὶ εἰς μείζονας βαθμοὺς διὰ τὴν αὐτὸν λόγον προαναβιβασθήσονται. Ἐπεὶ δὲ ἠτιῶντό τινες τούτους, ὡς τὸ μαρτύριον φυγόντας καὶ κατασχεθέντας, εἶπον οἱ Πατέρες μηδὲ ἐκ τούτου αὐτοὺς βλάπτεσθαι. Καὶ πάντως ἄριστα καὶ τοῦτο ἐνομοθέτησαν. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος μὴ ἐθέλοντας εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν φειδοὶ τῶν διωκόντων καὶ τῶν ἀσθενεστέρων. D Καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος εἶπεν· *Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν*, καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις· τοῦ δὲ χρηματισθέντος ἐπισκόπου Ἀμυκλείου κυροῦ Νικολάου τοῦ Μουζάλωνος κατὰ βίαν πρακτορικὴν ἀποχαρέντος, καὶ πολλὰ παρακλητεύσαντος, τὸ κατὰ βίαν εἰς αὐτὸν γεγονὸς περιαιρεθῆναι, καὶ πάλιν ἐνεργεῖν τὰ ἐπισκοπικὰ, ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κυρὸς Λουκᾶς, βλέπων τοῦτον παρουσιάζοντα μετὰ ἐπισκοπικῶν ἀμφίων συνοδικῶς, οὐ παρεδέξατο αὐτὸν, εἰπὼν ὡς, εἰ μὲν τὴν συνοδικὴν ἐκδίκησιν καὶ διόρθωσιν ἀνέμενεν ὁ ἐπίσκοπος, εὗρεν ἂν κανονικὴν βοήθειαν· ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ βίαν

« promoveri. Visum est ergo et eos, ut qui « nihil peccassent, si etiam præcedens eorum « vitæ instituendæ ratio recta inveniatur, pro- « moveri. »

BALS. Quidam clerici et laici, manus tyrannorum fugientes, et comprehensi, vel ab aliquibus proditi, et iis quæ habebant privati, et nonnunquam etiam torti et in carcerem conjecti, se esse Christianos fatebantur. Quia autem a lictoribus in manus eorum thus forte injectum est, quod idolis sacrificatur, vel in ora eorum cibus aliquis idolis immolatus, a fidelium communione arcebantur, quod scilicet idolis sacrificassent: dicunt ergo Patres, id quod illis vi factum est, non esse illis impedimento, fatentibus perpetuo se esse Christianos, et cum compunctione id deflentibus quod in ipsos a tyrannis vi factum est. Nihil enim peccarunt, ut etiam a nobis puniantur. Sin autem ab aliquibus, propter majorem cautionem, vel propter ejus quod fieri oportet ignorationem, a communione sunt prohibiti, ut statim recipiantur sententiam tulere. Perinde autem ac si dixisset aliquis, canonem in solis laicis locum habere (clerici enim ex prædictorum canonum sententia recipientur), intulerunt, non solum ejusmodi laicos, sed etiam clericos nobiscum communicare. Hoc autem dictum est, eo quod sit magna differentia eorum qui Deum sponte negarunt, quoniam supplicia perferre non poterant, et eorum qui tale quid non fecerunt facto proprio, sed inviti et per vim idolothyta susceperunt, vel thus, et ea despuerunt. Illi enim peccarunt, ut qui cesserint: debebant enim mori propter Christum. Qui vero vi thus solum susceperunt, nullum impium opus fecerunt. Quoniam ergo nihil peccarunt, laici quoque clerici fient, si digni inveniantur; omnino autem etiam clerici ad majores gradus propter eamdem rationem provehentur. Quoniam autem nonnulli eos accusabant, ut qui martyrium fugissent et cunctati essent, dixerunt Patres, eos non ideo lædi. Et omnino id optime sanxerunt. Dicit enim magnus Theologus Gregorius, non esse sua sponte ad certamen procedendum, ut et persequentibus et imbecillioribus parcatur. Et Dominus dixit in Evangeliis: *Quando vos ex hac civitate persequentur, fugite in aliam* [93]. Et in his quidem expositus est canon. Cum autem dominus Nicolaus Muzalon, Amyclæus episcopus dictus, vi a magistratu tonsus esset, 376 et supplex contenderet, ut quod vi in eum factum erat tolleretur, et episcopale rursus munus obiret; sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas, videns illum synodice cum vestibus episcopalibus præsentem, eum non admisit, dicens, quod si synodalem quidem sententiam et correctionem exspectasset episcopus, canonicum auxilium invenisset: sed quia vestes monasticas, quibus vi indutus fuerat, inordinate exuit, et sibi ipsi jus dixit, auxilium

[93] Matth. x, 23.

non assequetur. Sed cum sanctissimus ille patriarcha ad Dominum migrasset, qui ei successit sanctissimus patriarcha dominus Michael, vi quidem factam tonsuram tanquam non factam reputans, episcopum synodice justificavit, et eo præcipue, quod cum monasticis omnino apparere haudquaquam coactus sit. Si enim, inquit, vidisset eum cum monasticis præsentem, illum non restituisset; ut qui, quod factum est, admisit. Cumque nonnulli dicebant, admittendas esse tonsuras in periculo factas, ille judicabat tonsuram vi factam non eam esse, quæ periculo facta dicitur, sed quæ fit propter morbum. Et sic quidem restitutionem post decreta perfecit. Episcopum autem, ut qui negligens fuisset, et sibi jus dixisset, ad tempus celebrandi officio privavit. Quin et alii multi vi ab Agarenis circumcisi, et qui alia multa impia vel fecerant vel passi erant, post puram et convenientem pœnitentiam, ab Ecclesia recepti sunt, et pœnis impositis medelam acceperunt. Porro et Comnenam dominam Theodoram, quæ dicta est Lapardæ illius domini Andronici conjux, vi illius tyranni Andronici tonsam, Constantinopolitana synodus non sivit mutare habitum, nec cum Crate Hungariæ, qui hoc vehementissime petebat, conjungi; eo quod post ejus viri mortem processisset tonsura, etiamsi vi facta esset, et in cœnobiaco monasterio vitam egisset. Cum tamen alias nobiles feminas sic tonsas æquum censuit hæc synodus ad pristinum habitum reverti, vel quod eorum mariti superessent, vel quod tonsuram omnino non admisissent post mortem tyranni.

A περιβληθέντα αὐτῷ μοναχικὰ ἅμφια ἀσυντάκτως ἀπέθετο, καὶ αὐτεκδίκητος γέγονεν, οὐ τεύξεται βοηθείας. Ἀλλὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τούτου μεταστάντος πρὸς Κύριον, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἁγιώτατος πατριάρχης κυρὸς Μιχαὴλ, τὴν μὲν κατὰ βίαν γενομένην ἀπόκαρσιν ὡς μηδὲ γενομένην λογιζόμενος, ἐδικαίωσε συνοδικῶς (71) τὸν ἐπίσκοπον, καὶ μᾶλλον ὡς μηδὲ ἀναγκαζόμενον ὅλως μετὰ τῶν μοναχικῶν ἐμφανισθῆναι. Εἰ γὰρ, φησὶν, ἔβλεπε τοῦτο μετὰ τῶν μοναχικῶν παριστάμενον, οὐκ ἂν αὐτὸν ἀποκατέστησαν, ὡς καταδεξάμενον τὸ γεγονός· ὅτε καί τινων εἰπόντων, δεκτὰς εἶναι τὰς περιστατικὰς ἀποκάρσεις, αὐτὸς διέγνω τὴν κατὰ βίαν ἀπόκαρσιν μὴ εἶναι περιστατικὴν, ἀλλὰ τὴν διὰ νόσον. Καὶ τὴν μὲν ἀποκατάστασιν οὕτω; ἐποιήσατο μετὰ σημειώ- B ματα· τὸν δὲ ἐπίσκοπον, ὡς ὀλιγωρήσαντα, καὶ ἑαυτὸν δικαιώσαντα, καιρικῆς ἀλειτουργησίας ἐπιτιμίῳ ὑπέβαλε. Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ κατὰ βίαν περιτμηθέντες παρὰ Ἀγαρηνῶν, καὶ ἄλλα τινὰ πεποιηκότες ἢ καὶ παθόντες ἀσεβῆ, μετὰ ἐξομολόγησιν καθαρὰν καὶ προσήκουσαν μετάνοιαν παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐδέχθησαν, καὶ δι' ἐπιτιμίων ἐθεραπεύθησαν. Τὴν μέντοι Κομνηνὴν (72) κυρὰν Θεοδώραν τὴν χρηματίσασαν σύμβιον τοῦ Λαπαρδᾶ ἐκείνου κυροῦ Ἀνδρονίκου, ἀποκαρεῖσαν κατὰ βίαν τοῦ τυράννου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος οὐ παρεχώρησε μετασχηματισθῆναι, καὶ συζυγῆναι τῷ Κράτῃ Οὐγγρίας, ἐκθύμως τοῦτο ζητήσαντι, διὰ τὸ μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς στοιC χῆσαι τῇ ἀποκάρσει, κἂν κατὰ βίαν ἐγένετο, καὶ ἐν κοινοβιακῇ διάγειν μονῇ. Ἑτέρας δὲ γυναῖκας εὐγενεῖς οὕτω; ἀποκαρεῖσας ἐδικαίωσεν ἡ αὐτὴ σύνοδος μετὰ θάνατον τοῦ τυράννου μετασχηματισθῆναι, ἢ ὡς ἔτι περιόντων τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ὅλως τὴν ἀπόκαρσιν μετὰ θάνατον τοῦ τυράννου.

ZONAR. Lex martyrii est, magni Theologi Gregorii testimonio, ut neque nos sponte certamini offeramus, et iis qui nobis infesti sunt, et imbecillioribus parcentes, etc. Proinde nonnulli, suæ sibi infirmitatis conscii, dum tyrannorum furor in Christianos baccharetur, fuga sibi et latebris prospiciebant, evangelicum in ea re præceptum secuti, dicente Domino: *Cum vos ex hac urbe persequentur, fugite in aliam.* Quicunque igitur in fuga comprehensi, vel a familiaribus proditi (nam id D quoque Christus indicavit: *Tradet*, ait, *pater filium et frater fratrem*[a]), quique facultatibus spoliati,

ZΩNAP. Νόμος μαρτυρίου, φησὶν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, μήτε ἐθέλοντας εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν φειδοὶ τῶν διωκόντων καὶ τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ γοῦν τοῦτον τὸν λόγον τινὲς ἑαυτοῖς συνειδότες ἀσθένειαν, ἐν τοῖς διωγμοῖς ἔφευγον καὶ ἐκρύπτοντο, κάνταῦθα εὐαγγελικὴν πληροῦντες διαταγὴν, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν.* Τοὺς οὖν φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας (καὶ τοῦτο δὲ τοῦ Κυρίου ἀπόφασις φήσαντος· *Παραδώσουσι δὲ γονεῖς τέκνα, καὶ ἀδελφὸν ἀδελφὸς*), καὶ τοὺς ἀφαιρεθέν-

[a] Matth. x, 21.

Guill. Beveregii notæ.

(71) *Ἐδικαίωσε συνοδικῶς.* Hæc Balsamonis verba, usque ad μετὰ σημειώματα inclusive, codici nostro Bodleiano debemus: neque enim in Parisiensi editione, neque in ms. Amerbachiano habentur.

(72) *Τὴν μέντοι Κομνηνὴν.* Hæc usque ad finem hujus interpretationis exstant in supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem; unde etiam huc translata sunt: sed in codice nostro Bodleiano paulo aliter leguntur, præsertim in initio, hoc videl. modo: Τὴν μέντοι Κομνηνὴν κυρὸν Θεοδώραν, τὴν τοῦ Λαπαρδοῦ χρηματίσασαν σύζυγον, ἀποκαρεῖσαν παρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος οὐ παρεχώρησε μετασχηματισθῆναι, etc. *Porro et Comnenam dominam Theodoram, conjugem Lapardæ dictam, ab imperatore domino Andronico tonsam, synodus Constantinopolitana habitum mutare non permisit.* De Laparda, cujus hic fit mentio, Nicetas Choniates etiam meminit in *Andronico Comneno*, l. I. Hæc autem in codice Amerbachiano desiderantur; neque Balsamonis esse affirmare ausim.

τας τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ ἐγκλεισθέντας δεσμωτηρίοις, διόλου δὲ ὁμολογοῦντας ὅτι Χριστιανοί εἰσι, καὶ περισχισθέντα τοὺς χιτῶνας, καὶ γυμνωθέντας, καὶ ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν πρὸς βίαν ἀκόντων ἐκείνων ἐμβαλόντων τι τῶν βιαζομένων, οἷον λιβανωτὸν ἢ ἕτερόν τι εἰς θυσίαν τοῖς εἰδωλολάτραις προσαγομένων, ἢ βρῶμά τι τῶν εἰδωλοθύτων δεξαμένους εἰς τὸ στόμα, πρὸς ἀνάγκης αὐτὸ τῶν βιαστῶν ἐμβαλόντων, τοὺς τοιοῦτόν τι πεπονθότας, βοῶντας δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ Χριστιανοί, καὶ διὰ τοῦτο πενθοῦντας, καὶ τῇ τε καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι τὸ πένθος ἐνδεικνυμένους (καταστολὴ δὲ τὸ μέτριον καὶ κατεσταλμένον τοῦ ἤθους ἐστίν), ἢ τὰ περιβλήματα καὶ ἡ στολή· σχῆμα δὲ, ἡ ἔξωθεν φαινομένη κατήφεια, τὴν λύπην δηλοῦσα, ὃ καὶ βίου ταπεινότητα ὠνόμασεν ὁ κανών· τούτους οὖν μηδὲν ἁμαρτῆσαι οἱ Πατέρες φασίν· οὔτε γὰρ τὸ εἰδωλόθυτόν τι ἄκοντας δέξασθαι εἰς τὸ στόμα, οὔτε τὸ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐκβληθῆναι λιβανωτὸν ἁμαρτία ἐστίν, εἰ ἐκεῖνοι καὶ τούτων γινομένων ἐπεκαλοῦντο τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεὸν ὡμολόγουν αὐτόν· καὶ ὡς μηδὲν ἁμαρτάνοντας, μὴ κωλύεσθαι τῆς κοινωνίας παρεκελεύσαντο. Κἂν τινες ἴσως ἀγνοήσαντες τὸ προσῆκον, ἢ πλέον τοῦ δέοντος τῆς ἀκριβείας ἐχόμενοι, ἐκώλυσάν τινας τῆς κοινωνίας, εὐθὺς δεχθῆναι τούτους ἐγνωμοδότησαν, κἂν τε τῶν τοῦ κλήρου ἦσαν, κἂν τε τῶν τοῦ λαοῦ. Τοσοῦτον δὲ, φασὶν, οὐ λογισθήσεται τὰ ἄνω εἰρημένα εἰς ἁμάρτημα, ὥστε κἂν λαϊκός τις ᾖ ὁ ταῦτα ὑπομείνας, κωλυθήσεται διὰ ταῦτα εἰς ἱερωσύνην προβιβασθῆναι, εἰ ὁ βίος αὐτοῦ ὁ πρὸ τούτου ἀνεπίληπτος ἦν καὶ ὀρθῶς πεπολίτευτο.

vel tormenta perpessi, vel in carcerem conjecti, perpetuo tamen, vestibus quoque dilaceratis corporique detractis, sese Christianos esse professi sunt; etiamsi vel aliquid per vim repugnantium manibus sit injectum, thus videlicet aut aliud quidpiam eorum, quæ in idolorum sacrificiis adhiberi solita sunt, vel cibi aliquid ex immolatis per vim a coactoribus immissum ore excepere, qui aliquid ejusmodi perpessi fuerint, Christianos se esse nihilominus interea clamitantes, atque ob id quod factum fuit dolentes, ac dolorem demissione habituque præ se ferentes (est autem remissio Græce καταστολή, æquabilis ac moderata morum compositio; quamvis eodem verbo amictus quoque ornatusque corporis significari queat: habitus vero, Græce σχῆμα, tristitia extrinsecus apparens, conditoque animo mœrorem indicans, quam etiam vitæ humilitatem canon appellavit); ab iis ergo nihil peccatum esse Patres asserunt. Neque enim, quod vel idolothytum ore vel quod thus aut aliquid simile manibus, nolentes exceperint, id criminis loco poni debet; si tamen illi interea quoque, dum hæc fierent, Christum appellabant, Deumque ipsum esse profitebantur: ac tanquam nulli culpæ affines, nullo modo a communione arcendos esse definivere. Quod si nonnullos etiam, æquitatis forte ignoratione, aut plus justo diligentiores aliqui communione prohibuerint, sive e clero illi sive e populo fuerint, admittendos esse illico decrevere. Tantum porro abest, ut quæ supra commemoravimus, crimini sint ducenda, ut etiamsi laico homini culpiam perferenda fuerint, nihil tamen, modo vitam alioqui suspicione vacuam ac probatam traduxerit, quominus ad sacros ordines evehi liceat, obstare velint.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ βασανισθέντες καὶ βιασθέντες ἀληθῶς « καὶ μετὰ τυραννίδος βρώματα λαβόντες εἰδώ- « λου, τῆς κοινωνίας μὴ κωλυέσθωσαν. Καὶ « λαϊκοὶ δὲ τοῦτο παθόντες, ὡς οὐδὲν ἡμαρτηκό- « τες, εἰ βούλοιντο χειροτονίας τυχεῖν, τυγχα- « νέτωσαν, ἄλλως ἀνεπίληπτοι ὄντες. »

ARIST. « Qui tormentis subjecti et vim vere passi « sunt, et post tyrannidem cibum idolis oblatum « sumunt, a communione ne prohibeantur. Et « laici hoc passi, ut nihil transgressi, si ordina- « tionem velint consequi, consequantur, modo « alter inculpati sint. »

Οἱ μετὰ βασάνων εἰδωλόθυτον βρῶμα δέξασθαι βιασθέντες τῶν βιαζόντων τῷ στόματι αὐτῶν τοῦτο ἐμβαλόντων μετὰ ἀνάγκης, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τοιουτοτρόπως λιβανωτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν δεξάμενοι, καὶ πρὸς βίαν εἰς τὸν τρίποδα ἐπιρρίψαι τοῦτο καταναγκασθέντες· ὁμολογοῦντες δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ τούτου συμβάντος πένθος ἀεὶ ἐπιδεικνύμενοι τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι, οὗτοι ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντες, τῆς κοινωνίας μὴ κωλυέσθωσαν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκείᾳ τιμῇ μενέτωσαν. Εἰ δὲ λαϊκοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ βούλοιντο χειροτονίας τυχεῖν, τυγχανέτωσαν, ἐὰν ὁ προλαβὼν βίος αὐτῶν ἐστιν ἀνεπίληπτος· ἐκ τούτου μόνου οὐ κωλυθήσονται τῆς τοιαύτης ἐπιτυχεῖν τιμῆς.

Qui cum tormentis cibum idolis immolatum recipere coacti sunt, istis, qui eos cogunt, in os eorum illud violenter injicientibus; similiter et si thus eodem modo in manus suas recipiant, et illud per vim in tripodem injicere compulsi sint; sed confitentur omnino se esse Christianos, et cum hoc contigerit, luctum omni modestia et habitu et vitæ humilitate ostendunt, hi, ut qui sunt extra peccatum, a communione ne arceantur, sed in proprio honore maneant. Si autem tales sint laici et ordinationis compotes esse cupiant, consequantur, si præcedens eorum vita inculpata fuerit; ex eo ejusmodi honoris participes esse ne prohibeantur.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ « τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα ὅσοι μὲν ἀπαγό-

CANON IV.

« De iis, qui vi sacrificarunt, et præterea ad idola « pransi sunt, quicunque abducti quidem, et

« lætiore habitu accesserunt, et veste sumptuo- A
« siore usi sunt, et parati prandii, non ægre id
« ferentes, participes fuerunt, visum est, anno
« audire, tribus autem annis substerni, orationi
« vero duobus annis communicare, et tunc ad
« id quod est perfectum accedere. »

BALS. Cum expositus tertius canon indistincte ignovisset iis, qui vi idolothyta susceepissent: quoniam dicebant nonnulli eis etiam ignosci, qui ea vi comedissent, vel etiam sacrificassent; per hunc et quintum canonem statuerunt Patres, quod quicunque quidem, abducti ad idolicum prandium, lætum vultum ostenderunt, et cum splendidioribus vestibus discubuerunt, et eorum, quæ idolis immolata sunt, participes fuere, punientur, ut qui omnino impietati cesserint. Quamobrem anno uno divinas Scripturas audient in narthece, et postea triennio substernentur, id est, in ecclesia erunt post ambonem stantes, usque ad catechumenorum exitum; tunc enim ipsi quoque egrediantur. Completis autem his quoque tribus annis, una cum fidelibus biennio communicabunt, et ab eo tempore ad id quod perfectum est, devenient, hoc est, etiam divinorum sacramentorum erunt participes. Quicunque autem vi abducti mœsti fuerunt, et cum lugubri veste accubuerunt et comederunt, post substrationis triennium in ecclesiasticam communionem suscipientur, sed non etiam divinis digni sacramentis habebuntur. Id enim est eos sine oblatione suscipi. Si autem accubuerunt quidem, non autem C comedorunt, biennio substernentur, et tertio anno una cum fidelibus in ecclesia erunt sine oblatione: post ejus enim lapsum erunt divinæ communionis participes. Hæc autem omnia episcopali judicio Patres reliquere, ut juxta ejus qui peccavit **378** conversationem et socordiam, vel augeantur pœnæ, vel diminuantur. Examinatur autem etiam prior eorum conversatio, ut vel humanitatem vel severitatem consequantur. Rogaverit autem quispiam, Et cur clerici quidem vel laici tertio canone indicati, qui vel thus vel idolothytum vi susceperunt, non puniuntur, ut qui non erraverint, sed etiam ad gradus ecclesiasticos promoventur; qui autem in quinti canonis fine continentur, et vi accubuerunt, puniuntur, ut qui peccarint, idque cum lacrymas funderent, et nec idolothyta quidem gustaverint? *Solutio.* Differentia est eorum, qui vi susceperunt dona profana, et ex facto proprio nihil

« μενοι, καὶ σχήματι φαιδροτέρῳ ἀνῆλθον, καὶ
« ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ μετέσχον
« τοῦ παρασκευασθέντος δείπνου ἀδιαφόρως, ἕδο-
« ξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι (75), ὑποπεσεῖν δὲ τρία
« ἔτη, εὐχῆς δὲ κοινωνῆσαι ἔτη δύο, καὶ τότε
« ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον. »

ΒΑΛΣ. Τοῦ διαληφθέντος τρίτου κανόνος συγγνωμονήσαντος ἀδιαστίκτως τοῖς κατὰ βίαν ὑποδεξομένοις εἰδωλόθυτα· ἐπεί τινες ἤθελον καὶ τοὺς κατὰ βίαν φαγόντας αὐτὰ, ἢ καὶ θύσαντας, συγγινώσκεσθαι, ὥρισαν οἱ Πατέρες διὰ τούτου τοῦ κανόνος καὶ τοῦ πέμπτου, ὡς ὅσοι μὲν ἀπαγόμενοι πρὸς τὸν εἰδωλικὸν δεῖπνον σχῆμα χαιρόντων ἐνεδείξαντο, καὶ μετὰ λαμπροτέρων ἐσθήτων ἀνέπεσον, καὶ μετέσχον τῶν εἰδωλοθύτων, ἐπιτιμηθήσονται, ὡς ὅλως B ἐνδόντες πρὸς τὴν ἀσέβειαν. Διὸ ἐπὶ ἕνα μὲν ἐνιαυτὸν ἀκροάσονται τῶν θείων Γραφῶν ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπὶ τριετίαν ὑποπίσωσι, τουτέστιν ἐκκλησιάσουσιν ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι, μέχρι τῆς τῶν κατηχουμένων ἐξελεύσεως· τηνικαῦτα γὰρ καὶ αὐτοὶ ἐξέλθωσι. Συμπληρωθέντων δὲ καὶ τούτων τῶν τριῶν ἐνιαυτῶν, ἐπὶ ἔτη δύο συγκοινωνήσουσι τοῖς πιστοῖς, καὶ ἔκτοτε εἰς τὸ τέλειον ἔλθωσι, τουτέστι, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μεταλάβωσιν. Ὅσοι δὲ ἀπαγόμενοι τὴν βίαν ἀπεκλαίοντο, καὶ μετὰ πενθικῆς ἐσθῆτος ἀνέπεσον καὶ ἔφαγον, μετὰ τὴν τριετίαν τῆς ὑποπτώσεως εἰς κοινωνίαν ἐκκλησιαστικὴν δεχθήσονται· οὐ μέντοι γε δὲ καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται. Τοῦτο γάρ C ἐστι τὸ δεχθῆναι τούτους χωρὶς προσφορᾶς. Εἰ δὲ ἀνέπεσον μὲν, οὐκ ἔφαγον δὲ, ἐπὶ διετίαν ὑποπέσωσι, καὶ εἰς τὸν τρίτον χρόνον συνεκκλησιάσουσι τοῖς πιστοῖς χωρὶς προσφορᾶς· μετὰ γὰρ τὴν παράδρομὴν καὶ τούτου τῆς θείας μεταλήψεως ἀξιωθήσονται Ταῦτα δὲ πάντα εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν διάκρισιν ἀνέθεντο οἱ Πατέρες, ὡς ἂν πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἡμαρτηκότος καὶ τὴν ῥᾳθυμίαν ἢ προστεθήσονται τὰ ἐπιτίμια, ἢ ἐκκοπήσονται. Ἐξετάζεται δὲ καὶ ἡ προτέρα τούτων ἀναστροφὴ ἵνα ἢ φιλανθρωπίας ἢ αὐστηρίας τύχωσιν. Ἐρωτήσει δέ τις, Καὶ διὰ τί οἱ μὲν τῷ γ' κανόνι δηλοῦμενοι κληρικοὶ ἢ λαϊκοὶ κατὰ βίαν ὑποδεξάμενοι λίβανον ἢ εἰδωλόθυτον οὐκ ἐπιτιμῶνται, ὡς μὴ ἐπταικότες, ἀλλὰ καὶ εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς προκόπτουσιν· οἱ δὲ ἐν τῷ D τέλει τοῦ ε' κανόνος περιεχόμενοι, καὶ κατὰ βίαν ἀναπεσόντες, ἐπιτιμῶνται, ὡς ἡμαρτηκότες, καὶ ταῦτα δακρυῤῥοοῦντες, καὶ μηδὲ γευσάμενοι τῶν εἰδωλοθύτων; Λύσις. Διαφορά ἐστι τῶν κατὰ βίαν

Guill. Beveregii notæ.

(75) *Ενιαυτὸν ἀκροᾶσθαι.* Hæc synodus concreta fuit eorum causa, qui grassante persecutione lapsi fuerant. Quod etiam ab auctore nomocanonis Arabici in bibliotheca Bodleiana observatum est qui de præsenti synodo ait: *Quintus est liber canonum primi concilii, quod post apostolos convocatum est in urbe Ancyra de regione Galatiæ; et numerus ejus erat duodecim episcopi, qui eorum causa congregati sunt, qui tempore timoris per varia negandi genera lapsi fuerant; et numerantur ei in exemplari Coptico viginti quinque canones.* Hinc igitur evenit ut juxta varios modos, quibus lapsi sunt, varia etiam ecclesiastica supplicia ab iis a præsenti synodo exigantur: ut, exempli gratia, hoc canone cautum est, ut qui lætiore habitu accesserunt, et parati ethnicorum prandii indifferenter participes fuerunt, uno anno audiant, tribus substernantur, duobus autem in oratione sola communicent, et sic postea inter perfectos fideles recenseantur. In aliis canonibus hæc supplicia aliter definiuntur. Qualia ea fuerunt, non opus est hic repetamus, cum de iis in annotationibus ad undecimum primi œcumenici concilii Nicææ celebrati canonem fuse commentati fuerimus.

ὑποδεξαμένων τὰ βέβηλα δῶρα, καὶ μηδὲν ἐξ οἰκείου φάκτου ἐπταικότων, καὶ τῶν ἀπὸ βίας ἐργασαμένων ἀσεβές τι, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀναπεσεῖν εἰς τὸν δεῖπνον. Κἀντεῦθεν ἐκεῖνοι μὲν, ὡς μὴ διαπραξάμενοί τι κακὸν (παρὰ ἄλλων γὰρ εἰς τὸ στόμα ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐνεβλήθη τὸ εἰδωλόθυτον), οὐκ ἐπιτιμῶνται· οὗτοι δὲ, ὡς ἀσέβειαν πλημμελήσαντες μετὰ οἰκείου φάκτου, δηλονότι ἀναπεσόντες, ἐπιτιμῶνται. Ταῦτα δὲ ἐθέσπισαν ἀκολούθως τοῖς ὑπὸ νόμον διορισθεῖσι. Φησὶ γὰρ ἐν βιβλίῳ δεκάτῳ τῶν Βασιλικῶν τίτλῳ α', ὡς τὸ μὲν κατὰ βίαν ἀφαιρεθὲν ἀπό τινος μένει πάλιν τῆς δεσποτείας τούτου, καὶ οὐδέποτε παρ' οἱουδήτινος δεσπόζεται κατὰ τὸν νόμον τὸν λέγοντα· Τὰ φούρτιβα καὶ τὰ βιπόσεσα οὐδέποτε οὐσουκαπιτεύονται, ἤτοι οὐ δεσπόζονται. Τὸ δὲ κατὰ φόβον δοθὲν πρός τινα παρά τινος, οὐσουκαπιτεύεται παρὰ τοῦ καλῇ πίστει νομέως, κἂν ὑπέστι τῷ φόβῳ καὶ βίᾳ· μετετέθη γὰρ τοῦτο διὰ οἰκείου φάκτου τοῦ ἀληθοῦς δεσπότου. Εὐλόγως τοίνυν ὁ μηδὲν ἐνεργήσας ἀσεβὲς οὐκ ἐπιτιμᾶται, ὥσπερ συγγινώσκεται καὶ ὁ κατὰ βίαν ἀφαιρεθεὶς τὸ οἰκεῖον, καὶ ἀναχαλεῖται αὐτὸ μέχρι τριακονταετίας· ὁ δὲ ἐργασάμενός τι ἀσεβὲς, ὡς ὁ ἀναπεσὼν κατὰ βίαν ἐπὶ τὸν βέβηλον δεῖπνον, ἐπιτιμᾶται, καθὼς οὐ συγγινώσκεται καὶ ὁ κατὰ φόβον οἰκειοχείρως παραδοὺς πρός τινα τὸ οἰκεῖον. Μετὰ γὰρ δεκαετίαν ἀπόλλυσι τὴν δεσποτείαν αὐτοῦ.

A deliquerunt, et eorum, qui aliquid impium vi fecerunt; cujusmodi videlicet est ad prandium accumbere. Unde illi quidem, ut qui mali nihil fecerint (ab aliis enim in os vel in manus ipsorum injectum est idolothytum), non puniuntur; hi autem, ut qui proprio facto peccatum admiserunt, nimirum lapsi sunt, puniuntur. Hæc autem consequenter iis, quæ a legibus statuta sunt definierunt. Dicitur enim in lib. x Basil. tit. 1, quod id, quod ab aliquo quidem vi ablatum est, rursus manet ejus dominii, nec ullius unquam dominio tenetur, ut vult lex quæ dicit: Furtiva et vi possessa nunquam usu capiuntur, sive dominio tenentur: quod autem alicui ab aliquo metu datum est, a bonæ fidei possessore usu capitur, etiamsi metui quoque vis B insit: veri enim domini proprio facto translata est. Jure ergo, qui nihil impium fecit, non punitur; quemadmodum et ei ignoscitur, cui vi suum ablatum est, si id ad triginta annos usque revocat. Qui autem aliquid impium fecit, ut qui in profano prandio vi accubuit, punitur; quemadmodum ei non ignoscitur, qui propria manu, quod suum est, alicui metu tradidit. Post decennium enim perdidit ejus dominium.

ΖΩΝΑΡ. Ὅσοι, φησὶν ὁ κανὼν, βιασθέντες ἔθυσαν, ἢ καὶ ἐν τοῖς εἰδώλοις ἐδείπνησαν μετασχόντες τῶν εἰδωλοθύτων, τούτων τὴν διάθεσιν χρὴ σκοπεῖν, καὶ πρὸς ἐκείνην τυποῦν αὐτοῖς καὶ τὰ ἐπιτίμια. Εἰ μὲν γὰρ ἀπαγόμενοι πρὸς τὸ θῦσαι ἢ δειπνῆσαι, καὶ σχῆμα φαιδρὸν ἐπεδείκνυντο, καὶ ἐσθῆτι λαμπρᾷ ἐκόσμησαν ἑαυτοὺς, καὶ τῶν εἰδωλοθύτων μετέσχον ἀδιαφόρως, τουτέστι μὴ διαφερόμενοι καὶ ὀκνοῦντες ὡς μεμιασμένων γευόμενοι, ἀλλ' ἐμφορούμενοι τούτων, ὡς εἰ ἦσαν ἀμίαντα· τούτους ἐνιαυτὸν μὲν ἀκροᾶσθαι κελεύει, ἐν τῷ νάρθηκι ἱσταμένους, καὶ ἀκούοντας τῶν Γραφῶν, τρία δὲ ἔτη ὑποπίπτειν ἤτοι ὄπισθεν τοῦ ἀμβωνος ἵστασθαι, καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξιέναι, εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, ὅπερ ἐστὶ τὸ μέχρι τέλους συνίστασθαι καὶ συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ὅπερ ἐστὶν ἡ τῶν ἁγιασμάτων μετάληψις.

ZONAR. Quicunque coacti immolavere, vel etiam in idolis accumbentes idolothyta gustarunt, eorum, inquit canon, animi affectionem intueri, proque illius ratione supplicia iisdem luenda moderari oportet. Etenim, si dum ad sacrificandum epulandumve abducerentur, et habitu hilari splendidioreque vestium ornatu induti incessere; et immolatorum absque discrimine participes fuere, hoc C est perinde quasi nihil ab aliis ciborum generibus differrent, ita ut nihil, quod pollutis vescerentur, dolerent; verum iis sese, quasi non pollutis, affatim ingurgitarent: eos unius anni spatio audire in narthece stantes, sacrarumque Scripturarum recitationi attentos, triennio vero substerni, hoc est post ambonem consistere, et cum catechumeris egredi, biennio vero precationi tantummodo communicare, hoc est, ad finem usque cum fidelibus interesse, et cum iis una precationi vacare jubet; atque ita demum postea ad id quod perfectum est, sanctorum videlicet mysteriorum perceptionem, accedendi potestatem facit.

ΑΡΙΣΤ. « Ὅσοι ἀπαγόμενοι μετὰ θυμηδίας ἀνῆλθον καὶ ἔφαγον, ἐπὶ ἑξαετίαν ὑποπιπτέτωσαν »

Ὅσοι θῦσαι ἐδιάσθησαν, ἢ καὶ δειπνῆσαι ἐν τῷ εἰδωλείῳ, ἐὰν μετὰ τοῦτο ὑπείξαντες μετὰ σχήματος φαιδροτέρου ἀνῆλθον, καὶ ἐσθῆτι ἐχρήσαντο πολυτελεστέρᾳ, καὶ τοῦ δείπνου μετέσχον, ἢ καὶ τὴν θυσίαν προσέφερον· οὗτοι ἐπὶ ἐνιαυτὸν μετὰ τῶν ἀκροωμένων ταχθήσονται, ἐπὶ δὲ τρία ἔτη ὑποπεσοῦνται, καὶ ἐφ' ἕτερα δύο ἔτη μετὰ τῶν πιστῶν τὴν σύστασιν δέξονται, καὶ μόνων τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι· μετὰ δὲ τὴν ἑξαετίαν ταύτην τῆς τελειότητος τύχωσι, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μετάσχωσι.

D ARIST. « Quotquot abducti cum lætitia ascenderunt « et comederunt, sex annos se submittant. »

Quicunque sacrificare vel in idoli templo prandere coacti sunt, si postea cedentes habitu splendidiori incedebant, aut amictu utebantur sumptuosiori, et prandii partem accipiebant, et sacrificium offerebant, hi uno anno inter audientes constituentur, tres autem annos substernentur, et duos alios annos una cum fidelibus collocati erunt, et precum solarum erunt participes; post sex autem istos annos perfectionis compotes fient, et divinorum sacramentorum participes.

379 CANON V.

« Quicunque autem cum veste lugubri accesserunt, « et accumbentes comederunt, interea toto accu- « bitus tempore lacrymas fundentes, si triennale « substrationis tempus compleverint, sine obla- « tione recipiantur : sin autem non comederint, « biennio substrati, tertio anno communicent « sine oblatione, ut perfectionem triennio conse- « quantur. Episcopi autem potestatem habeant, « conversationis modum examinantes, vel utendi « clementia, vel plus temporis adjiciendi. Ante « omnia autem et præcedens vita, et quæ conse- « cuta est, examinetur, et sic eis clementia im- « pertiatur. »

A

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς, καὶ ἀνα- « πεσόντες ἔφαγον, μεταξὺ δι' ὅλης τῆς ἀνακλίσεως, « δακρύοντες, εἰ ἐπλήρωσαν τὴν τῆς ὑποπτώσεως « τριετῆ χρόνον, χωρὶς προσφορᾶς δεχθήτωσαν· « εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, δύο ὑποπεσόντες ἔτη, τῷ τρίτῳ « κοινωνείτωσαν ἔτει χωρὶς προσφορᾶς, ἵνα τὸ « τέλειον τῇ τετραετίᾳ λάβωσιν. Τοὺς δὲ ἐπισκόπους « ἐξουσίαν ἔχειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς δο- « κιμάσαντας φιλανθρωπεύσασθαι ἢ πλείονα προσ- « τιθέναι χρόνον. Πρὸ πάντων δὲ καὶ ὁ πρόαγων « βίος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα, ἐξεταζέσθω, καὶ οὕτως « ἡ φιλανθρωπία ἐπιμετρείσθω. »

BALS. De præsenti canone tractavimus in interpretatione canonis 4, et ne quid amplius quære.

B

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ παρόντος κανόνος διελάβομεν ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ δ' κανόνος, καὶ πλέον τι μὴ ζήτει.

ZONAR. Eorum, qui vi adacti idolis immolarunt, affectionem uniuscujusque cognoscendam, proque ejus ratione cum singulis agendum esse constitutum est. Cum ergo de iis qui, nihil dolentes, sed lætitiæ potius aliquid præ se ferentes, immolavere, canon antea disseruerit; nunc de iis qui idolothyta scilicet, verum non sine acerbo animi sensu ac lacrymis, gustavere, decernit. Quos quidem, exacto substrationis triennio, in conventum absque oblatione admitti, hoc est, in ecclesia quidem cum fidelibus consistere, non tamen communicare jubet. Quod si nihil, inquit, ex immolatis gustavere, biennio substrati, hoc est, in catechumenorum statione agentes, et cum iis simul exeuntes, C ubi tertium annum attigerint, absque oblatione communicare, fidelium nempe societati, liceat. Communionem namque hoc loco, non sacramentorum perceptionem, sed solam cum fidelibus consociationem intelligit. Quare illud addidit, sine oblatione, ut tertio anno quod perfectum est accipiant, ut, inquam, exacto triennio, communionis quoque boni participes fiant. Atque hæc quidem ita a sanctis Patribus constituta sunt. Sed cum æqualem non esse in omnibus pœnitentiæ rationem, ac alios quidem perfectiore conatu, remissiore alios in expiandis criminibus laborare intelligerent; de unoquoque statuendi potestatem omnem episcopis permisere, ut, quam quisque emendationis rationem ostendat, in singulis explorent, ac in quibus pœni- D tentiæ studium ardentius perspexerint, eos benignius accipiant, tempusque animadversionis contrahant; vel etiam ad præsentium illud criminis luendi spatium iis, qui remissiorem pœnitentiam agunt, adjungant: anteactam quoque eorum, et quæ postea consecuta est, vivendi rationem inspiciant; num moderate ac religiose, an remisse dissoluteque egerint, agantque in præsentia, et sic benignitatis quoque erga illos modum adhibeant.

ΖΩΝΑΡ. Εἴρηται τὴν διάθεσιν σκοπεῖν τῶν θυσάντων ἐκ βίας, καὶ πρὸς ἐκείνην οἰκονομεῖν αὐτούς. Εἰπὼν οὖν ὁ κανὼν τὰ περὶ τῶν θυσάντων, καὶ μὴ πενθούντων, ἀλλὰ φαιδρότερον διακειμένων, νῦν καὶ περὶ τῶν φαγόντων μὲν εἰδωλόθυτα, δακνομένων δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ δακρύοντων, φησίν. Οὓς μετὰ τριετίαν τῆς ὑποπτώσεως δέχεσθαι παρακελεύεται εἰς σύστασιν χωρὶς προσφορᾶς, ἤγουν συνίστασθαι μὲν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῖς πιστοῖς, μὴ μεταλαμβάνειν δέ. Εἰ δὲ οὐκ ἔφαγον, φησί, διετίαν ὑποπεσόντες, τουτέστι μετὰ τῶν κατηχουμένων ἱστάμενοι, καὶ σὺν ἐκείνοις ἐξερχόμενοι, τοῦ τρίτου ἀφάμενοι ἐνιαυτοῦ κοινωνησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς, ἤγουν τῆς μετὰ τῶν πιστῶν στάσεως. Κοινωνίαν γὰρ ἐνταῦθα οὐ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων λέγει, ἀλλὰ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύστασιν. Διὸ ἐπήνεγκε, χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα τὸ τέλειον τῇ τριετίᾳ λάβωσιν, ἵνα πληρουμένης τῆς τριετίας καὶ τοῦ ἀγαθοῦ μετάσχωσι. Ταῦτα μὲν ὥρισαν οἱ τῆς συνόδου. Ἐπειδὴ ἤδεισαν ὅτι οὐ πάντες ὁμοίως μετανοοῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐπιμελέστερον ἔχονται τῆς μετανοίας, οἱ δὲ ῥᾳθυμότερον, τὸ πᾶν τῆς ἐπ' αὐτοῖς οἰκονομίας τοῖς ἐπισκόποις ἀνέθεντο, ὥστε δοκιμάζειν ἐκείνους τὸν τρόπον τῆς ἑκάστου ἐπιστροφῆς, καὶ φιλανθρωπεύεσθαι, καὶ συστέλλειν τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων τοῖς θερμότερον μετανοοῦσι, καὶ πλείονα προστιθέναι χρόνον τοῖς νωθροτέροις, σκοπεῖν δὲ καὶ τὸν προλαβόντα βίον αὐτῶν, καὶ τὸν μετὰ ταῦτα, εἰ σωφρόνως ἔζων καὶ συντετηρημένως, καὶ ζῶσιν, ἢ ἀνειμένως καὶ ἀδιαφόρως, καὶ οὕτως ἐπιμετρεῖν αὐτοῖς τὴν φιλανθρωπίαν.

ARIST. « Qui cum lugubri veste ascenderunt, « et cum lacrymis comederunt, triennio subster- « nantur; si vero non comederunt, biennio. Præ- « cedens vero subsequensque vita, ut bona vel « mala, episcopum humaniorem aut severiorem « ostendit. »

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ μετὰ πενθικῆς στολῆς ἀνελθόντες, « καὶ φαγόντες μετὰ δακρύων, τριετίαν ὑποπι- « πτέτωσαν· εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, διετίαν. Ὁ προά- « γων δὲ βίος, καὶ ὁ ἑπόμενος σπουδαῖος ὤν, ἢ οὐ « σπουδαῖος, τὸν ἐπίσκοπον φιλανθρωπότερον ἢ « ἀφιλανθρωπότερον δείκνυσιν. »

Qui ad idolorum templum accedere coacti, et in eodem edere, si lugubri amictu accedebant, et dum comederent lacrymas effundebant, hi ut tormentis

Οἱ εἰς τὸ εἰδωλεῖον ἀνελθεῖν βιασθέντες, καὶ φαγεῖν ἐν αὐτῷ, ἐὰν μετὰ πενθικῆς ἀνῆλθον στολῆς, καὶ ἐν τῷ ἐσθίειν ἐδάκρυον, οὗτοι ὡς τῇ κολάσει

ὑπείξαντες, καὶ τὸ πᾶν μὴ λογιζόμενοι ἀκουσίως ποιῆσαι, διὰ τὸ τοῖς οἰκείοις μέλεσι χρήσασθαι εἰς τὴν τῶν ἀπαιτουμένων ἀθέσμων ἐκπλήρωσιν, τριετίαν μόνην ὑποπιπτέτωσαν. Εἶτα χωρὶς τῆς μετοχῆς τῶν θείων ἁγιασμάτων δεχθήτωσαν μετὰ τῶν πιστῶν. Εἰ δὲ μὴ ἔφαγον, ἀνῆλθον δὲ μόνον, ἐπὶ διετίαν ἔσονται ὑποπίπτοντες, ἐπὶ ἐνιαυτὸν τοῖς πιστοῖς συνιστάμενοι. Καὶ μετὰ ταύτην τὴν τριετίαν τὴν τελειότητα λάβωσι. Παρὰ τῇ ἐξουσίᾳ δὲ κείσεται τοῦ ἐπισκόπου, ὡς ὁρᾷ αὐτοὺς εἴτε σπουδάζοντας εἴτε καὶ ἀμελοῦντας, οὕτω καὶ διατεθῆναι, καὶ ἢ φιλανθρωπεύσασθαι καὶ συντεμεῖν τὸν χρόνον τῆς μετανοίας, ἢ μᾶλλον προσθεῖναι. Κατεξετάσει δὲ καὶ τὸν προλαβόντα βίον αὐτῶν ὁποῖος ἦν· καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν καταστάσεων, τῆς τε νῦν ὑποστάσης καὶ τῆς προτέρας, ἢ μειώσει, ἢ ἐπαυξήσει τὰ ἐπιτίμια.

A

B

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Περὶ τῶν ἀπειλῇ μόνον εἰξάντων κολάσεως καὶ « ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ μετοικίας, καὶ θυ- « σάντων, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ μὴ με- « τανοησάντων, μηδὲ ἐπιστρεψάντων, νῦν δὲ παρὰ « τὸν καιρὸν (74) τῆς συνόδου προσελθόντων, καὶ « εἰς διάνοιαν τῆς ἐπιστροφῆς γενομένων, ἔδοξε « μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας (75) εἰς ἀκρόασιν « δεχθῆναι, καὶ μετὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν ὑπο- « πεσεῖν τρία ἔτη, καὶ μετὰ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆ- « σαι χωρὶς προσφορᾶς, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ « τέλειον, ὥστε τὴν πᾶσαν ἑξαετίαν πληρῶσαι. Εἰ « δέ τινες πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐδέχθησαν εἰς « μετάνοιαν, ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου λελογίσθαι C « αὐτοῖς τὴν ἑξαετίαν. Εἰ μέντοι κίνδυνος καὶ θα- « νάτου προσδοκία ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προ- « φάσεως συμβαίη, τούτους ἐπὶ ὅρῳ δεχθῆναι. »

CANON VI.

« De iis, qui solis supplicii minis et honorum abla- « tionis vel exterminationis cesserunt et sacrifi- « carunt, et ad præsens usque tempus pœniten- « tiam non egerunt, nec conversi sunt, nunc « autem circa tempus synodi accesserint, et « conversionis cogitationem induerunt, visum « est ad magnum usque diem eos ad auditionem « admitti, et post magnum diem tribus annis « subsisti, et post alios duos annos communi- « care sine oblatione, et sic ad id quod est per- « fectum venire, ut totum sexennium impleant. « Si qui autem ante hanc synodum ad pœniten- « tiam admissi sunt, ab illo tempore eis sexen- « nium computari. Sed si periculum mortisque « exspectatio ex morbo vel aliqua alia occasione « evenerit, ii sub definitione recipiantur.

BAAΣ. Εἰπόντες οἱ ἅγιοι Πατέρες τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς θύσαντας διὰ τὸ ἀνυπόστατον τῶν βασάνων, ἀρτίως διαλαμβάνουσι περὶ τῶν θυσάντων διὰ μόνην ἀπειλὴν κολάσεως ἢ ἀφαίρεσιν τῶν προσόντων τούτοις ἢ ἐξορίαν, καὶ μὴ μετανοησάντων μέχρι τοῦ καιροῦ τῆς συνόδου. Διορίζονται οὖν, ὡς ἐπεὶ ἀρτίως προσέρχονται τῇ ἐκκλησίᾳ, ὀφείλουσιν ἐπιτιμηθῆναι· καὶ πρῶτον μὲν ἀκροᾶσθαι τῶν θείων Γραφῶν ἐν τῷ νάρθηκι μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας, ἤτοι τοῦ Πάσχα, καὶ μετὰ τοῦτο ὑποπίπτειν ἐπὶ ἔτη τρία, καὶ ἔκτοτε ἐκκλησιάζειν μετὰ τῶν πιστῶν ἐπὶ ἔτη δύο· καὶ οὕτω μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων, ὡς ἤδη ἑξαετίας πληρωθείσης. Ἐπεὶ δὲ, φασὶ, τινὲς

BALS. Postquam diserunt sancti Patres quid debeat fieri in eos qui sacrificarunt eo quod tormenta sustinere non possent, nunc de iis tractant, qui propter solas minas suppliciorum, vel eorum quæ habent ablationem, vel exsilium, sacrificarunt, et usque ad tempus synodi pœnitentiam non egerunt. Decernunt ergo quod, quoniam nuper ad ecclesiam veniunt, debent puniri: et primum quidem audire Scripturas in narthece usque ad magnum diem, scilicet Paschæ, et postea tribus annis subsisti, tum fidelium concioni duobus annis interesse, et sic esse sacramentorum participes, tanquam jam impleto sexennio. Quoniam autem, inquiunt, qui-

D

Guill. Beveregii notæ.

(74) *Νῦν δὲ παρὰ τὸν καιρόν.* Sic hunc locum legit, non modo codex noster Bodleianus, verum etiam Ætoniensis, et Joannes Antiochenus in Collectione canonum, necnon Parisienses Balsamonis Zonaræque editiones, una cum veteribus Latinis interpretibus. Nam Isidorus Mercator vertit: *Nunc autem, id est tempore hujus synodi, se obtulerunt;* et Dionysius Exiguus *Nunc hujus concilii tempore semet obtulerunt;* at codex Amerbachianus e contra legit, μηδὲ περὶ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντων. Sed altera lectio præferenda videtur, non tantum quod communior sit, sed et eo quod loco Patrumque menti melius conveniat. Quid sibi velit vetus interpres per suam hujus loci versionem incertum est; vertit enim, *et nunc extra tempora synodi supplicantes.* Quæ quidem verba neutri e prædictis lectionibus respondent.

(75) *Μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας.* Per magnum diem intelligendum est sanctum *Pascha*, ita dictum ob magna illa beneficia quæ Servator noster per resurrectionem suam isto die nobis conciliavit; unde etiam Sabbatum præcedens vocatur *μέγα Σάββατον*, et Parasceve sive sexta feria mox antecedens, *μεγάλη Παρασκευή*, et tota quidem ea septimana, in qua Dominus noster crucifixus est, quæque magnum istum diem Paschalem præcedit, *μεγάλη Ἑβδομάς* veteribus passim nuncupatur.

dam ex iis ad pœnitentiam suscepti sunt, debet eis reputari sexennium ab eo tempore quo ad pœnitentiam conversi sunt. Quicunque autem ex iis veniunt in periculum, ne ex morbo vel aliqua alia causa moriantur, divinorum sacramentorum participatione digni habebuntur. Quod si ipsos non mori contigerit, ne amplius communicent, tanquam pœna soluti, nisi præfinitum sexennium præterierit. Hoc enim est illud, sub definitione, scilicet sub distinctione, recipi ad divinorum sacramentorum participationem. Nota ergo quod ii magis puniuntur, qui non sunt tormentis affecti et sacrificarunt, quam qui tormenta passi sacrificarunt.

ZONAR. Quicunque nulla tormentorum experientia minis cessere, jacturamque pecuniarum aut exsilium (id enim μετοικία significat) metuentes immolavere, neque postea conversi sunt, nunc vero, inquiunt Patres, synodi tempore accedunt, et pœnitentiam agere velint, ad magnum usque diem inter audientes admitti placuit. Magnum autem diem sanctum Pascha, Domini videlicet resurrectionem, nominavere. Tum a Paschate triennium in substratione degere, hoc est, in catechumenorum statione commorari, cumque illis exire; deinde biennio absque oblatione communicare, hoc est, inter fideles, absque ulla tamen sacrorum perceptione versari, atque hoc pacto ad perfectum, sanctificatorum scilicet sumptionem, accedere; proindeque in omnibus pœnarum locis sexennium absolvi. Si qui vero, inquiunt, sese, priusquam synodus haberetur, obtulere, ac ad pœnitentiam admissi sunt, ab eo tempore sexennium numerari, hoc est, ipsis præfiniri placet. Quod si eos, quibus pœnæ nomine communione interdictum est, ob morbum aliamve quamcunque causam in discrimen vitæ vocari contingat, ad sacrorum munerum communionem admitti; sed ea tamen lege, sive distinctione, ut si valetudinem evitata morte recuperarint, communione rursus, ad præfinitum usque sexennii tempus, omnino careant.

381 ARIST. « Vir qui minis tantum cesserit, et sacrificaverit, deinde resipuerit, quinquennio substernatur. »

Qui tormentis non subjecti erant, sed minis solis terrefacti et sacrificabant et aliquandiu in errore isto permanebant, postea autem resipiscebant et conversi fuere, per annum quidem inter audientes erunt, triennio cum substratis, biennio cum fidelibus constituentur, et precibus solis communicabunt, et post omnes sex annos elapsos ad perfectionem venient, et divinæ communionis participes erunt.

CANON VII.

« De iis qui in festo ethnico, in loco gentilibus deputato convivati sunt, et proprios cibos

Guill. Beveregii notæ.

(76) *Καὶ θύσαντας μὴ ἐπιστρέψαντας.* Codex Amerbachianus rectius legit θύσαντες καὶ μετὰ ταῦτα μετανοήσαντα; ἢ ἐπιστρέψαντας. Quomodo etiam Gallandi codex locum hunc legit.

ἀπὸ τούτων προσεδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ὀφείλει λογισθῆναι αὐτοῖς ἡ ἐξαετία ἀφ' οὗ χειροῦ ἐπέστρεψαν εἰς μετάνοιαν. Ὅσοι μέντοι ἐξ αὐτῶν κιδυνεύουσι τελευτῆσαι ἀπὸ νόσου ἢ ἑτέρας τινὸς αἰτίας, τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται. Πλὴν εἰ συμβαίη αὐτοὺς μὴ ἀποθανεῖν, μηκέτι αὖθις κοινωνείτωσαν, ὡς ἀνεπιτίμητοι, εἰ μὴ παρέλθῃ ἡ ὡρισμένη ἐξαετία. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐπὶ ὅρῳ, ἤγουν ἐπὶ διαστίξει, δεχθῆναι τούτους εἰς τὴν τῶν θείων ἁγιασμάτων μετάληψιν. Ὥστε σημείωσαι ὅτι πλείονος ἐπιτιμῶνται οἱ μὴ βασανισθέντες καὶ θύσαντες, παρὰ τοὺς βασανισθέντας καὶ θύσαντάς.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς μὴ μέχρι πείρας βασάνων ἐληλυθότας, ἀλλὰ ἀπειλαῖς εἴξαντας, καὶ ἁφαίρεσιν φοβηθέντας χρημάτων, ἢ μετοικίαν, τουτέστιν ἐξορίαν, καὶ θύσαντας μὴ ἐπιστρέψαντας (76), νῦν δὲ, φασὶν οἱ Πατέρες, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συνόδου προσελθόντας, καὶ μετανοῆσαι θελήσαντας, ἔδοξε μέχρι τῆς μεγάλης ἡμέρας εἰς ἀκρόασιν δεχθῆναι. Μεγάλην δὲ ἡμέραν τὸ ἅγιον Πάσχα ὠνόμασαν, τὴν τοῦ Κυρίου δηλονότι ἀνάστασιν. Καὶ μετὰ τὸ Πάσχα τρία ἔτη εἶναι ἐν ὑποπτώσει, μετὰ τῶν κατηχουμένων δηλαδὴ συνισταμένους, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιόντας, καὶ ἄλλα δύο ἔτη κοινωνῆσαι χωρὶς προσφορᾶς, ἀντὶ τοῦ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς μὴ μεταλαμβάνοντας, καὶ οὕτως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, ἤγουν τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν· ὥστε διὰ πάντων τῶν τόπων τῶν ἐπιτιμίων πληρῶσαι τὴν ἐξαετίαν. Εἰ δέ τινες, φασὶ, πρὸ τῆς συνόδου προσῆλθον, καὶ ἐδέχθησαν εἰς μετάνοιαν, ἔκτοτε λογίζεσθαι, ἤγουν συμψηφίζεσθαι αὐτοῖς τὸν χρόνον τῆς ἐξαετίας. Εἰ δὲ τοῖς ἐν ἐπιτιμίοις ἀκοινωνησίας ὀφσι νόσήσασιν, ἢ ἄλλως πως κίνδυνος θανάτου γένηται προσοχήσιμος, τούτους δεχθήσεσθαι μὲν εἰς κοινωνίαν τῶν ἁγίων δώρων, ἐπὶ ὅρῳ δὲ, ἤγουν ἐπὶ διαστίξει, ὥστε, εἰ συμβαίη αὐτοὺς μὴ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ἀναῤῥωσθῆναι, μηκέτι αὖθις κοινωνῆσαι, εἰ μὴ ὁ ὡρισμένος παρέλθῃ χρόνος τῆς ἐξαετίας.

ΑΡΙΣΤ. « Ἀνὴρ ἀπειλῇ μόνον εἴξας, καὶ θύσας, « εἶτα μετανοήσας, πενταετίαν ὑποπιπτέτω. »

Οἱ μὴ ὑπενεχθέντες βάσανα, ἀλλ' ὑπὸ μόνης ἀπειλῆς πτοηθέντες, καὶ θύσαντες, καὶ ἐπὶ χαιρὸν τῇ πλάνῃ ταύτῃ προσκαρτερήσαντες, εἶτα μετανοήσαντες καὶ ἐπιστρέψαντες, ἐνιαυτὸν μὲν ἐπ' ἀκροωμένοις ἔσονται, ἐπὶ τριετίαν μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων, ἐπὶ διετίαν συστήσονται μετὰ τῶν πιστῶν, καὶ τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι μόνον· καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν πᾶσαν ἐξαετίαν, ἐλεύσονται ἐπὶ τὸ τέλος, καὶ τῆς θείας μετάσχωσι μεταλήψεως.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Περὶ τῶν συνεστιαθέντων ἐν ἐθνικῇ ἑορτῇ ἐν τόπῳ « ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἴδια βρώματα ἐπι-

« κομισαμένων ἢ καὶ φαγόντων ἔδοξε διετίαν ὑπο- A
« πεσόντας δεχθῆναι· τὸ δὲ, εἰ χρὴ μετὰ τῆς προσ-
« φορᾶς, ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων ἐστὶ τὸ δοκιμά-
« σαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἐφ' ἑκάστου ἐξετάσαι. »

« attulerunt vel comederunt, placuit, cum biennio
« substrati fuerint, esse recipiendos : an cum
« oblatione recipere oporteat, est episcoporum
« examinare, et aliam vitam in unoquoque inqui
« rere. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς πιστοὶ εὑρεθέντες ἐν χώραις ἀλλο-
εθνῶν κατά τινα καιρὸν ἑορτῆς ἐθνικῆς συνέφαγον
τούτοις ἐν τόπῳ τινὶ ἀφωρισμένῳ εἰς τοῦτο αὐτό.
Ὅτι δὲ οὐκ ἦσαν τὰ βρώματα ἀπὸ ἐθνικῶν, ἀλλ'
οἰκεῖα, ἤθελον συντηρηθῆναι ἀκαταιτίατοι. Φασὶ
γοῦν οἱ Πατέρες ὡς, εἰ καὶ μὴ ἐμολύνθησαν διὰ
βρωμάτων μυσαρῶν, ἀλλ' ἐπεὶ συνανέπεσον μετὰ
ἀπίστων, καὶ διὰ κοινῆς τραπέζης συνεκοινώνησαν
ὥσπερ αὐτοῖς ἑορτάζουσιν, ἐπιτιμηθήσονται εἰς
ὑπόπτωσιν ἐπὶ διετίαν· καὶ μετὰ τοῦτο δεχθήσονται
κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου, εἴτε εἰς μόνην B
κοινωνίαν, εἴτε καὶ εἰς ἁγίαν μετάληψιν. Τί δὲ,
ἐὰν μὴ κατὰ τὸν ἑορτάσιμον καιρὸν, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ
ἡμέρᾳ καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ συνέφαγον μετὰ τῶν ἀπί-
στων, ἀνεπιτίμητοι ἔσονται; Λύσις. Οὐδαμῶς. Καὶ
οὕτω γὰρ ἐπιτιμηθήσονται. Εἰ μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης
συνέφαγον μετὰ τῶν ἀπίστων, ὡς πρεσβευταὶ τυχὸν
ὄντες ἢ αἰχμάλωτοι, διὰ μετρίου φαρμάκου θερα-
πευθήσονται· εἰ δὲ ἀπὸ καταφρονήσεως καὶ ἀδια-
φορίας, πλειόνως ἐπιτιμηθήσονται· πλὴν οὐ κατ'
ἐκείνου τοὺς δόξαντας συνεορτάζειν μετὰ τῶν ἀπί-
στων. Ὥσπερ πάλιν ἐπέκεινα καὶ τούτων τιμωρη-
θήσονται, οἱ μὴ φαγόντες οἰκεῖα βρώματα, ἀλλὰ
τὰ τῆς ἐθνικῆς ἑορτῆς. Ταῦτα δὲ πάντα εἰς τὴν τοῦ
ἐπισκόπου διάκρισιν ἀνηρτήθησαν. Σημείωσαι C
ταῦτα, πολλὰ χρησιμεῦσαί σοι ὀφείλοντα εἰς τοὺς
μετὰ τῶν Ἀγαρηνῶν συμφαγόντας, ἢ ἄλλων ἐθνι-
κῶν. Οἱ Ἴβηρες δὲ ἀδιάφορον λέγουσιν εἶναι τὸ
μετὰ τῶν ὀρθοδόξων καὶ αἱρετικῶν ἐσθίειν· καὶ
πῶς τοῦτο γίνεται ἀγνοῶ.

BALS. Quidam fideles, in alienarum gentium regionibus inventi, quodam tempore festi ethnici cum eis in loco aliquo ad hoc ipsum deputato comederunt. Quia autem non erant gentilium cibi, sed sui, se ab omni reprehensione alienos conservari volebant. Dicunt ergo Patres, quod, etsi exsecrabilibus cibis non sunt inquinati, quia tamen cum infidelibus accubuerunt, et per communem mensam cum illis festum agentibus communicarunt, per biennium substratione punientur : et postea secundum episcopi examinationem, vel ad solam communionem vel ad sanctam etiam participationem recipientur. Quid autem, si non in tempore festi, sed in alio die et in alio loco, cum infidelibus comederunt, nunquid pœnæ non erunt obnoxii? *Solutio.* Nequaquam. Nam sic quoque punientur. Si enim ex necessitate cum infidelibus comederunt, ut qui sint fortasse legati vel captivi, medicari medicamento curabuntur : sin autem ex contemptu vel indifferentia, magis punientur; sed non ut illi, qui cum eis festum celebrare visi sunt. Quemadmodum et magis quam illi punientur quoque ii qui non suos, sed festi ethnici cibos comederunt. Hæc autem omnia episcopi judicio sunt relinquenda. Nota hæc, quæ tibi valde utilia futura sunt adversus eos qui una cum Saracenis comedunt, vel cum aliis gentilibus. Iberes autem nihil referre dicunt, an cum orthodoxis, an cum hæreticis comedatur : et quomodo hoc fiat nescio.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνεστιάθησαν
ἐθνικοῖς, ἐν ἀπίστοις ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνι-
κοῖς, ἐν εἰδωλείῳ τυχὸν ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς
αὐτοῖς τελουμένας ἀνειμένῳ, κἂν ἴδια βρώματα
ἐκόμισαν καὶ ἔφαγον οἱ πιστοὶ, δι' αὐτὸ μέντοι τὸ
συνεστιαθῆναι τοῖς ἐθνικοῖς, καὶ οὕτω δόξαι συνεορ-
τάσαι αὐτοῖς, ἔδοξε τῇ συνόδῳ διετίαν ὑποπεσεῖν
αὐτοὺς, τουτέστι, μετὰ τῶν κατηχουμένων ἱστασθαι
καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξιέναι, καὶ μετὰ τὴν διετίαν δε- D
χθῆναι. Ὅπως δὲ χρὴ ἕκαστον αὐτῶν δεχθῆναι εἴτε
καὶ εἰς μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων, εἴτε εἰς μόνην τὴν
μετὰ τῶν πιστῶν σύστασιν, τῶν ἐπισκόπων ἐστὶ,
φασὶ, δοκιμάσαι, καὶ τὸν ἄλλον βίον ἑκάστου ἐξετάσαι.

ZONAR. Si qui vero aliquo ex iis diebus, qui ethnicorum consuetudine solennes habentur, definito apud ipsos loco, utpote in idolio forte aut alio in hos celebritatum usus addicto, convivia cum ethnicis obierint; quamvis proprios cibos, quibus ipsi vescerentur domi, fideles attulerint, ob hoc ipsum, quod cum ethnicis epulati sint, speciemque proinde cum eis festum diem celebrantium præbuerint, biennio substerni, hoc est, stare cum catechumenis et cum iisdem egredi, biennoque exacto rursum admitti, synodica constitutione decretum est. De singulis porro quid statuendum, an ad sanctificatorum perceptionem, an vero ad solam cum fidelibus communionem admitti oporteat, episcoporum judicio, a quibus reliqua etiam uniuscujusque vita examinetur, definiri placet.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐάν τις, ἴδια βρώματα ἔχων, συνειστιάθη
« τοῖς ἔθνεσιν ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, διετίαν
« ὑποπιπτέτω. »

Εἴ τις ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν ἐθνῶν ταῖς ἐν ἀφω-
ρισμένῳ τινὶ τόπῳ γινομέναις συνῆλθε, καὶ ἴδια
βρώματα ἔχων, συνέφαγε μετ' αὐτῶν, διετίαν μό-
νην ὑποπιπτέτω· εἰ δὲ χρὴ αὐτὸν ἔκτοτε εἴτε τῶν
εὐχῶν μόνων μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνεῖν, ἢ καὶ τῶν

ARIST. « Si quis proprios habens cibos, cum eth-
« nicis comederit in eorum festis, biennio subster-
« natur. »

Si quis ad ethnicorum festa selecto aliquo præparata loco convenerit, et proprios cibos habens cum eis comederit, substernetur biennium tantum. An autem eum ex eo tempore precum solarum cum fidelibus communionem habere, aut divinorum

sacramentorum participem esse, oporteat, judicio episcopi novam illius resipiscentis vitam inquirentis relinquitur.

382 CANON VIII.

« Qui autem bis et ter coacti sacrificarunt, quadriennio substernantur, duobus autem annis sine « oblatione communicent, et septimo perfecte « recipiantur. »

BALS. Cum dixissent sancti Patres de iis qui semel sacrificassent, nunc etiam de iis dicunt qui bis vel ter sacrificarunt. Quoniam enim dicebant quidam, idem esse et semel et sæpe sacrificare, definierunt Patres eos magis puniri, qui bis vel ter coacti sacrificarunt : adeo ut propter mali multitudinem etiam augeatur supplicium. Et hoc quoque omnino deinceps progredietur.

ZONAR. De iis qui seniel immolaverunt, ea quæ superiorum canonum decretis continentur, a Patribus definita sunt: hæc vero constitutio, de iis quoque qui bis ac ter coacti sacrificaverunt, edita. Quos quidem quadriennio in substratione degere, duobus annis deinceps cum fidelibus communicare, hoc est, cum eis consistere, simulque preces, sine oblatione tamen, id est, sine boni perceptione, fundere, septimo demum anno perfecte recipi, hoc est, ad immaculati corporis et sanguinis Domini perceptionem admitti jubent.

ARIST. « Qui secundo et tertio sacrificaverit, sed « vi coactus, septennio pœnitentiæ subjiciatur. »

Quicunque non semel, sed bis aut ter coacti sacrificarunt, bi quadriennium substernantur, biennum sine oblatione in precibus solis cum fidelibus communicent, et septimo anno perfectionem recipiant.

CANON IX.

« Quicunque autem non solum desciverunt, « sed etiam insurrexerunt et fratres suos coegerunt, et causæ fuerunt ut cogerentur, ii annis « quidem tribus auditionis locum suscipiant, per « aliud autem sexennium substernantur, alio autem « anno sine oblatione communicent : ut decennio « expleto, ejus quod est perfectum sint participes. « Eorum autem reliquam in eo quoque tempore « vitam examinare oportet. »

BALS. Fideles quidam adeo propter tormenta timidi ignavique evaserunt, et ab orthodoxis defecerunt, ut etiam adversus illos procederent; aliquando quidem cogentes eos idem sentire cum tyrannis, aliquando vero etiam latebris occultatos prodentes : hos ergo sancti Patres decennio puniri definierunt. Ne dicas autem dictos fideles adeo a fide Christiana fuisse abalienatos, ut etiam infidelcs et Christianorum persecutores fuerint. Tales enim Ecclesia alio quodam modo suscipit, sicut et eos qui sunt a nativitate infideles, vel potius cum majore examinatione : sed dic eos quidem adhuc orthodoxe sentire, sed propter tormenta statim cessisse, et cum male sentientibus consentire videri; adeo ut qui eos videbant hæretici non offenderentur, sed

A θείων ἁγιασμάτων μεταλαμβάνειν, παρὰ τῇ κρίσει ἔσται τοῦ ἐπισκόπου τὸν ἄλλον αὐτοῦ δὴ τοῦ μετανοοῦντος βίον κατεξετάζοντος.

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Οἱ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον θύσαντες μετὰ βίας, « τετραετίαν ὑποπεσάτωσαν, δύο δὲ ἔτη χωρὶς « προσφορᾶς κοινωνησάτωσαν, καὶ τῷ ἐβδόμῳ τε- « λείως δεχθήτωσαν. »

ΒΑΛΣ. Εἰπόντες οἱ ἅγιοι Πατέρες περὶ τῶν ἅπαξ θυσάντων, νῦν καὶ περὶ τῶν δὶς ἢ τρὶς θυσάντων φασίν. Ἐπεὶ γὰρ ἔλεγόν τινες ταὐτὸν εἶναι τὸ ἅπαξ καὶ τὸ πολλάκις θῦσαι, ὥρισαν οἱ Πατέρες πλειόνως ἐπιτιμᾶσθαι τοὺς δὶς ἢ τρὶς θύσαντας· κατὰ βίαν, ὥστε διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κακοῦ μεγεθύνεται καὶ ἡ κόλασις. Καὶ πάντως τοῦτο προχωρήσει καὶ ἐφεξῆς.

B ΖΩΝΑΡ. Ἃ μὲν ἐν τοῖς ἀνωτέρω κανόσιν εἴρηται περὶ τῶν ἅπαξ θυσάντων οἱ τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες διετάξαντο· νῦν δὲ καὶ περὶ τῶν δὶς ἢ τρὶς ἐκ βίας τεθυκότων φασὶν, οὓς καὶ τετραετίαν διάγειν ἐν ὑποπτώσει κελεύουσιν, ἐπὶ διετίαν δὲ ἄλλην κοινωνεῖν τοῖς πιστοῖς, ἤτοι συνίστασθαι αὐτοῖς, καὶ συνεύχεσθαι ἄνευ προσφορᾶς, ἤγουν τῆς τοῦ ἁγαθοῦ μεταλήψεως, καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τελείως δέχεσθαι, τουτέστι καὶ εἰς μετάληψιν τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Κυρίου.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ δεύτερον καὶ τρίτον θύσας, ἀλλὰ μετὰ « βίας, ἑπταετίαν ὑποπιπτέτω. »

C Ὅσοι οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἔθυσαν βιασθέντες, οὗτοι τετραετίαν ὑποπεσάτωσαν, διετίαν χωρὶς προσφορᾶς τῶν εὐχῶν μόνων μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνησάτωσαν· καὶ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει δεξάσθωσαν τὴν τελείωσιν.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Ὅσοι δὲ μὴ μόνον ἀπέστησαν, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστη- « σαν, καὶ ἠνάγκασαν ἀδελφοὺς, καὶ αἴτιοι ἐγέ- « νοντο τοῦ ἀναγκασθῆναι, οὗτοι ἔτη μὲν τρία τὸν « τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἐξ- « αετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως ἄλλον ἐνιαυτὸν κοινω- « νησάτωσαν χωρὶς προσφορᾶς· ἵνα τὴν δεκαετίαν « πληρώσαντες τοῦ τελείου μετάσχωσιν. Ἐν μέντοι « τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖ- « σθαι βίον.

D ΒΑΛΣ. Τοσοῦτόν τινες ἐδειλάνδρησαν πιστοὶ διὰ τὰς βασάνους, καὶ ἀπέστησαν ἐκ τῶν ὀρθοδόξων, ὡς καὶ χωρῆσαι κατὰ τούτων, ποτὲ μὲν ἀναγκάζοντες αὐτοὺς φρονῆσαι τὰ τῶν τυράννων, ποτὲ δὲ καὶ καταμηνύοντες κρυπτομένους· τούτους γοῦν ἐπὶ δεκαετίαν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ ἅγιοι Πατέρες διωρίσαντο. Μὴ εἴπῃς δὲ τοὺς ῥηθέντας πιστοὺς οὕτως ἀπαλλοτριωθῆναι τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ γενέσθαι ἀπίστους, καὶ διώκειν τοὺς ὀρθοδόξους. Τοὺς τοιούτους γὰρ ἀλλοτρόπως ἡ Ἐκκλησία δέχεται, ὥσπερ καὶ τοὺς ἐκ γενετῆς ἀπίστους, μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ πλείονος ἐξετάσεως· ἀλλ' εἰπὲ αὐτοὺς φρονεῖν μὲν καὶ εἰσέτι τὰ τῶν ὀρθοδόξων, διὰ δὲ τὰς βασάνους ταχέως ἐνδοῦναι καὶ κατὰ σκῆψιν ὑποκρίνεσθαι τὰ τῶν κακοδόξων· ὥστε τοὺς βλέποντας

αἱρετικοὺς μὴ σκανδαλίζεσθαι, ἀλλὰ συντίθεσθαι παρομοίως τούτοις καὶ αὐτοὺς πιστεύειν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐπιτιμίοις καθυποβάλλονται, καὶ οὐ δέχονται ὡς οἱ εἰδωλολάτραι καὶ οἱ ἄπιστοι.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες οὐ μόνον ἀπέστησαν τῆς εἰς τὸν Κύριον πίστεως, ἀλλὰ καὶ ἐπανέστησαν, ἀντὶ τοῦ κατ' αὐτῆς ἐγένοντο, καὶ ἠνάγκασαν, ἀδελφοὺς θῦσαι, ἢ καὶ αἴτιοι ἐγένοντο ἀναγκασθῆναι αὐτοὺς, οἷον φυγόντας καὶ κρυπτομένους καταμεμηνυκότες αὐτοῖς, ἢ ἀγνοουμένους ὅτι Χριστιανοί εἰσι δήλους αὐτοὺς θέμενοι τοῖς διώκταις, τοὺς τοιούτους ὑφεκόμησαν οἱ Πατέρες τρία μὲν ἔτη ἐν ἀκροάσει πληρῶσαι ἐκτὸς τοῦ ναοῦ ἱσταμένους ἐν τῷ προνάῳ, ἐξ δὲ ἄλλα ἐν ὑποπτώσει διαγαγεῖν, καὶ ἐνιαυτὸν ἕτερον κοινωνῆσαι τῶν εὐχῶν τοῖς πιστοῖς, καὶ μετὰ τὴν δεκαετίαν ταύτην μετασχεῖν τοῦ τελείου. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ, τῆς μετανοίας αὐτῶν δηλονότι, φασὶ, χρὴ καὶ τὸν ἄλλον αὐτῶν ἐπιτηρεῖσθαι βίον. Εἰ γὰρ ἀμελῶς ἢ καὶ πλημμελῶς διαγνωσθῶσι ζῶντες, ἐπιταθήσεται χρόνος τῶν ἐπιτιμίων αὐτῶν.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μὴ μόνον ἑθελουσίως τεθυκὼς, ἀλλὰ « καὶ ἕτερον ἀναγκάσας, δεκαετίαν ὑποπιπτέτω. »

Οὗτος, ὡς καὶ ἑαυτὸν ἀπολέσας, καὶ ἑτέρους συνωθήσας καὶ βιάσας εἰς τὴν ἀπώλειαν, εἰ ὑποστρέψει, ἐπὶ τριετίαν μὲν ἔστω μετὰ τῶν ἀκροωμένων, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ, μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων, ἐπὶ δὲ ἕτερον ἕνα ἑνιαυτὸν μετὰ τῶν συνισταμένων, καὶ κοινωνείτω μέχρι τέλους τῆς θείας μυσταγωγίας τῶν εὐχῶν μετὰ τῶν πιστῶν, καὶ οὕτω τοῦ δεκαετοῦς χρόνου παραῤῥυέντος μετασχέτω τῆς τελειώσεως, καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀξιωθήτω· ἐὰν μέντοι καὶ ὁ ἄλλος αὐτοῦ βίος ἐπιτηρούμενος οὐκ ἀπείργῃ τοῦτον τῆς θείας μεταλήψεως.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Διάκονοι ὅσοι καθιστάμενοι, παρ' αὐτὴν τὴν κα-
« τάστασιν εἰ διεμαρτύραντο καὶ ἔφασαν χρῆναι
« γαμῆσαι, μὴ δυνάμενοι οὕτω μένειν· οὗτοι
« μετὰ ταῦτα γαμήσαντες ἑστωσαν ἐν τῇ ὑπηρε-
« σίᾳ, διὰ τὸ ἐπιτραπῆναι αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ ἐπι-
« σκόπου. Τοῦτο δὲ εἴ τινες παρασιωπήσαντες,
« καὶ καταδεξάμενοι ἐν τῇ χειροτονίᾳ μένειν οὕ-
« τω, μετὰ ταῦτα ἦλθον ἐπὶ γάμον, πεπαῦσθαι
« αὐτοὺς τῆς διακονίας. »

ΒΑΛΣ. Τῷ κανόνι τούτῳ μὴ προσσχῆς διοριζομένῳ τοὺς διακόνους μετὰ τὸ χειροτονηθῆναι συνάπτεσθαι γυναιξὶν, ὅτι ἐν τῇ χειροτονεῖσθαι διεμαρτύραντο, τουτέστιν, εἶπον πρὸς τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἀναγκαῖον εἶναι αὐτοῖς εἰς γάμον ἐλθεῖν, καὶ οἱονεὶ ἔλαβον τὸ ἐνδόσιμον. Εἴτε γὰρ προεφώνησαν τὰ περὶ τούτου, εἴτε ἐσιώπησαν χειροτονούμενοι, οὐ παραχωρηθήσονται μετὰ τὴν χειροτονίαν γυναιξὶ συζευχθῆναι, ὅτι ὁ ς' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου διορίζεται καθαιρεῖσθαι τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμους συναλλάττοντας πρεσβυτέρους, διακόνους καὶ ὑποδιακόνους. Τὸ δὲ ἀκανόνιστον οὔτε ἀπὸ ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς οὔτε ἀπὸ μόνου τοῦ σωπῆσαι ἐκχωρηθήσεται, ὡς ἀνυπόστατον. Ἀνάγνωθι καὶ τὴν ς' Νεαρὰν τοῦ βασι-

A et ipsos quoque iis similiter credere existimarent. Propterea enim et pœnis subjiciuntur, et non suscipiuntur ut idololatræ et infideles.

ZONAR. Si qui vero Christi fidem non deseruerunt modo, sed etiam insurrexerunt, id est eam oppugnaverunt, fratresque aut ad sacrificia ipsi compulere, aut ut ab aliis compellerentur, dum eos fugientes aut latebris occultatos produnt, aut Christianos esse cum ignorarentur, hostibus Christiani nominis indicant, causam præbuere; eos triennium in vestibulo extra templum inter audientes explere, sexennium vero deinceps in substratione degere, uno anno demum cum fidelibus una precari, ac decennio mox expleto perfecti compotes fieri Patres 383 jubent. Interea vero (hoc videlicet pœnitentiæ tempore) reliquam quoque, inquiunt, ipsorum vitæ rationem observare oportet. Si namque otiosam vel etiam vitiosam vitam agere significatum sit, pœnarum quoque præfinitum ipsis tempus diutius prorogabitur.

ARIST. « Qui non solum voluntarie sacrificaverit, « sed et alium coegerit, decennio substernatur. »

Hic, ut et se perdens et alios compellens cogensque ad perditionem, si convertatur, triennium quidem cum audientibus transigat, alios autem annos sex cum substratis, alium tandem unum cum consistentibus, et precum cum fidelibus usque ad divinæ mystagogiæ finem particeps sit, et sic decennio præterlapso, perfectionis sit compos, et divinis sacramentis dignus habeatur, nisi forte reliqua ejus vita examinata eum a divina participatione arceat.

CANON X.

« Quicunque diaconi constituti, in ipsa ordinatione
« protestati sunt, et dixerunt, oportere sibi
« uxores ducere, cum non possint sic manere ?
« ii, si uxorem postea duxerint, sint in minis-
« sterio; eo quod hoc sit illis ab episcopo con-
« cessum. Si qui autem hoc silentio præterierint,
« et in ordinatione ut ita manerent susceperint
« sunt, postea autem ad matrimonium venerunt,
« ii a diaconatu cessent. »

BALS. Hunc canonem ne sequaris, qui definit diaconos posse cum mulieribus matrimonio conjungi, postquam ordinati fuerint, quando dum ordinantur testificati sunt, id est, dixerunt suis episcopis, necesse esse ut ad matrimonium veniant, et veluti permissionem acceperunt. Sive enim hoc prædixerint, sive silentio præterierint qui ordinantur, non permittetur eis, ut post ordinationem cum mulieribus conjungantur; sextus enim canon synodi in Trullo deponendos decernit presbyteros et diaconos et subdiaconos, qui post ordinationem matrimonium contraxerint. Quod fit autem contra canones, nec ex permissione episcopali, nec ex eo tantum quod tacuerint, concedetur, ut quod consistere nequit. Lege etiam sextam Novellam impe-

ratoris domini Leonis Sapientis, quæ dicit quod, etiamsi ex consuetudine non scripta potestatem habeant ii qui sunt sacrati, intra biennium post ordinationem præfinitum, ducendi uxores legitimas : hoc tamen, ut a canonibus prohibitum, observari non debet.

ZONAR. Quicunque, dum diaconi constituerentur, hoc est, quo tempore diaconatu initiandi fuerant, uxorem sibi necessario ducendam esse, nec virginitatem a se coli posse, testati, hoc est, aperte, quasi adhibitis etiam testibus, professi sunt, si quam sibi mulierem post susceptum ordinem matrimonii jure copulaverint, a ministerio, hoc est a diaconatu, nequaquam arcendos esse canon decernit. Videtur ils siquidem obeundi post ordinem susceptum matrimonii ab episcopo facultas permissa. Si qui vero, dum initiandi forent, silnere, eoque proinde silentio castimoniam condixere (nam hic quoque assensum taciturnitas indicat), eos, si uxorem postea duxerint, a ministerio cessare jubet. Atque hæc quidem hujus canonis decreto sancita. Sanctorum vero apostolorum vicesimo sexto canone, lectoribus solis et cantoribus, postquam in clerum lecti fuerint, matrimonia inire permissum. Et hunc apostolicum canonem secuta sexta synodus, canone sexto, nulli presbytero, diacono aut hypodiacono post susceptum ordinem uxorem ducendi facultatem esse decernit; ac quicunque canoni non obtemperaverint depositione multari jubet. Nuptias porro, **384** si velint, antequam initientur, celebrandi postestatem facit. Cum igitur sibi invicem hi canones manifesto adversentur, sextæ synodi canon qui et posterior fuit et magis cum apostolico canone consentit, servari debet. Nec enim unquam sacerdoti aut diacono, qui uxorem post susceptos ordines duxerit, aut obeundi facultas erit.

ARIST. « Qui diaconus est ordinandus, si protestatus fuerit episcopo se non posse cœlibem perseverare, uxore ducta sit diaconus; si vero cum tacuerit, uxorem postea duxerit, ejiciatur. »

Hic canon statuit eum qui ante ordinationem episcopo protestatus fuit, se non posse cœlibem agere, sed velle matrimonii communionem inire, non prohiberi etiam post ordinationem matrimonium inire, et in eodem etiam ministerio et honore adhuc permanere. Eum autem qui siluit et in ordinatione ut cœlebs maneret, susceptus est, a diaconatu cessare, si postea matrimonii lege mulieri conjunctus fuerit. Sed huic canoni opponitur sextus sextæ synodi canon, non omnino ei qui cœlebs ad hypodiaconi aut diaconi aut presbyteri gradum venit, concedens matrimonio sibi feminam conjungere, sed eum qui hoc ausus fuerit, deponi jubens. Et vim retinet ille canon, sed hic in desuetudinem abiit.

CANON XI.

« Desponsas aliis puellas, et ab aliis postea raptas,

A λέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, λέγουσιν ὡς, εἰ καὶ ἀπὸ συνηθείας ἀγράφου εἶχον ἄδειαν οἱ ἱερωμένοι ἐντὸς διετίας ψηφιζομένης μετὰ τὴν χειροτονίαν λαμβάνειν νομίμους γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὡς ὑπὸ τῶν κανόνων κεκωλυμένον, οὐκ ὀφείλει κρατεῖν.

BALS. Præsentes duo canones eadem decernunt cum canonibus 40 et 41 apostolicis : et quære quæ in ipsis scripta sunt. Nota autem etiam ex præsenti canone 25 quod ab ecclesiasticis debent omnia, quæ sunt Ecclesiarum, administrari : et quod qui præter hos canones faciunt, ut synodo visum fuerit, puniuntur.

ZONAR. in canonem 24. Canoni 41 sanctorum apostolorum canon hic consentit. Nam is quoque ecclesiæ negotia **452** administrandi potestatem penes episcopum esse decernit. Quadragesimus vero eorumdem privatas episcopi possessiones, si quas habeat, notas esse vult ; notas item eas, quæ Ecclesiæ adjudicatæ sunt. Quæ igitur duo canones allati statuere, ea synodi quoque auctores hoc nno conone complexi sunt. Ergo hunc quoque explicando, quæ in utrinsque apostolici canonis explicatione sunt dicta, sufficiunt.

ARIST. « In canonem 24. Totum clerum res Eccle-

Guill. Beveregii notæ.

(54) *Τοῦτον εὐθύνας παρέχειν τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας.* Vetus interpres reddit *subjacere synodo provinciæ*. Isidorus Mercator, *Is det synodo provinciæ rationem*. Dionysius Exiguus : *Synodo provinciæ pœnas iste persolvet*. Et quidem εὐθύνας διδόναι, vel εὐθύνας παρέχειν, *rationes susceptæ administrationis dare* sæpe significat : quo sensu D Demosthenes ait, κἂν δεδωκότες ὦσιν εὐθύνας. Dem. De falsa legat. Sic et εὐθύνας διδόναι nonnunquam est *pœnas dare* : utrovis sensu hic exponatur. Nam mens canonis hæc redit, quod si episcopus, cujus incuria Ecclesia in bonis suis detrimentum reperit, provinciæ synodo rationem reddet, et si convictus fuerit, pœnas dabit. Quo sensu Alexius patriarcha Constantinopolitanus hunc canonem intellexit, in synodica epistola hæc habens, Καὶ φρονιστὰς ὁμοίως παρὰ τῶν μητροπολιτῶν δοθῆναι, τοὺς ὀφείλοντας ἁπασάν τε τὴν πρόνοιαν τῶν Ἐκκλησιῶν ποιεῖσθαι, ἅμα τοῖς αὐτῶν ἐπισκόποις, καὶ λόγους τῆς κατ' ἐνιαυτὸν εἰσπράττεσθαι διοικήσεως· καὶ τὸ περιττεῦον τῶν προσόδων, εἴ γε καὶ περισσεύοι, τὸ μὲν ἐκ τῶν ζημίας αἰτίων γενομένων τῇ μητροπόλει, ταύτῃ δηλονότι ἀντιδίδοσθαι· τὸ δ' ἐκ τῶν λοιπῶν δυνητρεῖν τὴν Ἐκκλησίαν ἀκαινοτόμητον. Ὅτι δὲ κανονικῆς ἔχονται ἀκριβείας τὰ ὁρισθέντα ἐξ αὐτῶν τῶν θείων κανό- E νων δείκνυται. Καὶ γὰρ ὅ τε καὶ κ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν τοῖς ἐπισκόποις τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτρέπων πραγμάτων, κωλύει μεταβάλλειν αὐτὰ εἰς ἰδίας χρείας, καὶ οἰκείοις αὐτῶν συγγενέσι παρέχειν, εἰς τὸ διὰ τούτου λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῶν Ἐκκλησιῶν· διὸ καὶ ὑπευθύνους ταῖς κατ' ἐπαρχίαν συνόδοις τιθεῖς, τὸ πρέπον αὐτοὺς δοκιμάζειν ἐπιτρέπει. *Adeoque curatores similiter a metropolitanis dentur, qui Ecclesiis omni adhibita sollicitudine cum episcopis earum prospiciant ; et administrationis annuæ rationes exigunt : quodque superfluum est ex reditibus, si quidem aliquid superest, partim iis ademptum, qui metropoli auctores accepti detrimenti sunt, eidem reddatur, reliquum Ecclesia nulla innovatione facta sibi servet. Quod autem hæc a nobis ita definita consentanea sint accuratæ canonum menti, ex ipsis canonibus sacris constat. Nam quintus et vicesimus synodi Antiochenæ canon, potestatem in res ecclesiasticas episcopis concedens, quo minus eas in usus suos convertant, cognatisque suis præbeant, ut hoc modo rationes Ecclesiarum tacita detrimentum capiant, prohibet. Ideoque rationibus ad synodos provinciales reddendis obnoxios faciens decori explorandi curam iis injungit. Jur. Græc. Rom. lib. iv. pag. 251.*

« sia cognoscere oportet ; ut cum episcopus B « obdormierit, quæ suæ sunt Ecclesiæ conser- « ventur : quæ autem sunt episcopi, juxta illius « dispositionem administrentur. »

Oportet episcopum bonorum suorum inventarium facere, eaque manifesta reddere, et similiter bonorum Ecclesiæ, et ea presbyteris et diaconis nota facere, ut cum moritur, inter suos quod sibi placuerit, disponat. Si autem sic non fecerit, omnia Ecclesiæ adjudicari.

ZONAR. Quæcunque hoc canone continentur, ab iis quos attulimus apostolicis canonibus repetita sunt. Esse namque penes episcopum res ecclesiasticas administrandi auctoritatem ; sed ita esse, ut nequaquam ipsius arbitratu abutendi, verum in B usus pauperum conferendi, facultas sit, ac sibi etiam retinendi ea, quibus opus habet, necessaria videlicet, sed ea quoque, si egeat, hoc est, si inopia laboret (nec enim quidquam in res supervacuas insumere, sed Apostoli consilium sequi vult : *Habentes alimenta*, inquit ille, *et quibus tegamur, his contenti erimus*), hæc ex apostolicis constitutionibus universa ducuntur. Quod si non contentus sumptibus necessariis, ad proprias quoque utilitates bona ecclesiastica convertit, nec ex eorum sententia, qui honestiores e clero prohibentur, Ecclesiæ reditus administrat, hoc est, acceptos et expensos refert, sed eam propinquis licentiam permittit, ut ipsis res ad se occulte trahentibus, C rationes Ecclesiæ lædantur ; (λόγους vero, id est rationes appellat, quas aliter Græci λογοπραγίας. Nisi enim subductis accepti et expensi calculis, quo pacto ecclesiastici homines administratarum Ecclesiæ facultatum rationem a procuratoribus repetant?) si ergo talem se in Ecclesiæ bonorum administratione episcopus præbeat, hominem a provinciæ synodo corrigi canon jubet. Quod si præterea res ecclesiasticas quomodocunque intervertere, sibique usurpare, sive quæ ex agris, sive quæ aliunde obveniant, episcopum ejusque socios criminentur, ex quo pauperes quidem necessariis destituti subsidiis deficiant, ipsi vero infamia male gestæ administrationis laborent, neque vero rationes, quas ipsi videlicet exhibent, satis probatæ D appareant ; eos quoque per synodum rebus diligenter exploratis ac examinatis, vel etiam ab ea firmatis, corrigendos esse decernit.

ARIST. in Canonem 25. « Episcopus rerum eccle- « siasticarum potestatem habeat ; si autem non « sit contentus iis quæ illi sufficiunt, verum res « ac reditus Ecclesiæ absque cleri consilio in « alienos usus transfert, pœnæ ab eo coram « synodo exigantur. Si vero quæ pauperibus « debita sunt in proprios usus converterit, sic « etiam synodo rationes reddat. »

Qui pretiosas hominum animas sibi habet concreditas, multo magis rerum ecclesiasticarum potestatem habeat, ut eas egentibus per presbyteros et diaconos distribuat, et sibi etiam concedat, si

« μις διαγινώκεσθαι· ἵνα, τοῦ ἐπισκόπου τελευ- « τῶντος, τὰ οἰκεῖα τῆς ἐκκλησίας διαφυλάττηται, « τὰ δὲ τοῦ ἐπισκόπου κατὰ τὴν ἐκείνου διοικῆται « διάταξιν. »

Δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων, καὶ φανερὰ αὐτὰ καθιστᾷν· ὡσαύτως καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ γινώσκεσθαι ταῦτα τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις· ἵν', ὅτε τελευτᾷ, ἐν τοῖς οἰκείοις κατὰ τὸ βουληθὲν αὐτῷ διατάξηται. Εἰ δὲ μὴ οὕτω ποιήσει, πάντα προσκυροῦσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Ὅσα ἐν τῷ κανόνι τούτῳ οἱ τῆς συνόδου ταύτης εἶπον, τοῖς εἰρημένοις ἀποστολικοῖς κανόσιν ἐπόμενοί εἶπον. Καὶ τὸ ἔχειν γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων, ἐξουσίαν δὲ οὐχ ὥστε χρῆσθαι τούτοις ὡς βούλεται, ἀλλ' εἰς διοίκησιν τῶν δεομένων, καὶ τὸ μεταλαμβάνειν αὐτὸν τῶν δεόντων, τουτέστι τῶν ἀναγκαίων, καὶ τούτων εἰ δέοιτο, ἀντὶ τοῦ ἐνδεὼς ἔχῃ (περισσὸν γὰρ οὐδὲν αὐτῷ συγχωρεῖ δαπανᾷν, τῷ Ἀποστόλῳ δὲ πείθεται, λέγοντι, *Ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*), τῶν ἀποστολικῶν εἰσι διατάξεων· εἰ δὲ μὴ τοῖς ἀναγκαίοις ἀρκοῖτο, δαπανᾷ δὲ τὰ ἐκκλησιαστικὰ εἰς ἑαυτοῦ χρείας, καὶ μὴ μετὰ γνώμης τῶν τοῦ κλήρου ἀξιολογωτέρων τὰς προσόδους τῆς ἐκκλησίας εἰσοδιάζει τε καὶ ἐξοδιάζει, ἀλλὰ συγγενέσι παράσχῃ τὴν ἐξουσίαν, ὥστε λεληθότως ἐκείνων μετιόντων τὰ πράγματα βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, (λόγους δὲ τὰς λογοπραγίας καλεῖ· εἰ γὰρ μὴ εἴδησιν ἔχοιεν οἱ τῆς Ἐκκλησίας τῶν ἀληθῶν εἰσόδων καὶ ἐξόδων, πῶς τοὺς διοικητὰς τῶν τοιούτων λόγους ποιεῖν ἀπαιτήσουσιν) ; ὅταν οὖν οὕτως ἐπίσκοπος διοικῇ τὰ τῆς ἐκκλησίας, εὐθύνεσθαι αὐτὸν παρὰ τῆς συνόδου τῆς ἐπαρχίας διορίζεται ὁ κανών. Εἰ δὲ καὶ ἄλλον τινὰ τρόπον σφετερίζεσθαι καὶ οἰκειοῦσθαι τὰ ἐκκλησιαστικά, κἂν ἐξ ἀγρῶν εἶεν, κἂν ἀλλοθεν, ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ διαβάλλοιντο, ὥστε θλίβεσθαι μὲν τοὺς πένητας, μὴ χορηγουμένων σφίσι τῶν χρειωδῶν, δυσφημεῖσθαι δὲ καὶ κακῶς ἀκούειν τοὺς οὕτω διοικοῦντας, καὶ τὸν λόγον, τουτέστιν ἃς ποιοῦσι λογοπραγίας, ὡς μὴ καλῶς πρυβαινούσας, καὶ τούτους διορθοῦσθαι παρὰ τῆς συνόδου, τὸ ἐνδεχόμενον δοκιμαζούσης, ἐξεταζούσης ἢ κυρούσης.

ΑΡΙΣΤ. « Κύριος ὁ ἐπίσκοπος τῶν τῆς ἐκκλησίας « ἔστω πραγμάτων· εἰ δὲ μὴ ἱκανοῖτο τοῖς ἱκα- « νοῦσιν αὐτῷ, ἀλλὰ τὰ πράγματα καὶ τοὺς πό- « ρους μεταβάλλοι τῆς Ἐκκλησίας μὴ μετὰ γνώ- « μης τοῦ κλήρου, εἰσπραττέσθω δίκας πρὸ τῆς « συνόδου. Εἰ δὲ καὶ τὰ πένησιν ὀφειλόμενα εἰς « ἑαυτὸν σφετερίζοιτο, καὶ οὕτω τῇ συνόδῳ λό- « γους διδότω. »

Ὁ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς ἐμπεπιστευμένος πολλῷ μᾶλλον ἂν σχοίη τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων τὴν ἐξουσίαν, ὥστε διανέμειν ταῦτα τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων·

ἐπιχωρεῖν δὲ καὶ ἑαυτῷ, εἴγε προσδεής ἐστι, τὰ A indigens est, quibus opus habet, et quibus necessario uti debet et ille et fratres ab eo hospitio excepti, ne ipsi inopiam patiantur. Si autem necessariis non est contentus, sed et Ecclesiæ redditus in proprium lucrum convertere deprehenditur, eosque sibi vendicare, et ideo ecclesiasticorum bonorum administrationem propinquis suis et cognatis præbet, ut clam exinde evacuentur reditus, a synodo in disquisitionem vocabitur, ut ipsi visum fuerit.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΩΝ ΕΝ ΛΑΟΔΙΚΕΙΑ (55) ΚΑΠΑΤΙΑΝΗΣ ΦΡΥΓΙΑΣ ΣΥΓΚΡΟΤΗΘΕΙΣΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ ΤΗΣ ΑΣΙΑΝΗΣ.

CANONES

SYNODI LAODICENÆ, QUÆ EST URBS PHRYGIÆ CAPATIANÆ EX DIVERSIS ASIÆ PROVINCIIS CONGREGATÆ.

ΚΑΝΩΝ Α'.

Περὶ τοῦ δεῖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις

B

CANON I.

Quod oportet, secundum ecclesiasticum canonem, eos, qui libere et legitime secundis nu-

Guill. Beveregii notæ.

(55) *Κανόνες τῆς ἐν Λαοδικείᾳ.* Hæc est inscriptio Bodleiana; pro qua in Parisiensi Zonaræ editione habetur: Κανόνες τῆς ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Παχατιανῆς Φρυγίας συγκροτηθείσης συνόδου πολλῶν ἐν αὐτῇ μακαρίων Πατέρων συναθροισθέντων ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ἀσιανῆς. *Canones synodi in Laodicea Phrygiæ Pacatianæ urbe habitæ, in qua multi beati Patres ex diversis Asianæ provinciis congregati sunt.* Sic etiam inscribitur in codice Amerbachiano; nisi quod post Ἀσιανῆς in eo addatur κανόνες ξ', *canones* 60, et pro Παχατιανῆς, ibi pariter atque in nostro codice, scribatur Καπατιανῆς: quæ voces in Notitia imperii et conciliis promiscue usurpantur. Post inscriptionem in impressis Balsamonis et Zonaræ codicibus, nec non in ms. Amerbachiano, ante primum canonem hæc C leguntur: Ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ Λαοδίκειαν τῆς Φρυγίας Παχατιανῆς συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ἀσιανῆς, ὅρους ἐξέθετο ἐκκλησιαστικοὺς, ὡς ὑποτέτακται. Quæ Dionysius Exiguus Latine sic vertit: *Sancta synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ convenit, ex diversis regionibus Asiæ, definitiones exposuit ecclesiasticas, quæ subter annexæ sunt.* De tempore quo celebrata est hæc synodus inter doctos non convenit. Baronius, et ex eo Binius, eam medio tempore inter Neocæsariensem et Nicænam collocat. Hinc plerisque persuasum est eam ante primam illam universalem synodum habitam fuisse. Verum omnes rationes, vel conjecturæ potius, quibus opinio nititur, a septimo canone destruuntur, quippe quo Photiniani diserte commemorantur, qui aliquot post synodum Nicææ celebratam annis exorti sunt. Neque enim Isidoro Mercatori, Photinianos in istius canonis versione omittenti, credendum est; cum omnes codices Græci tam mss. quam impressi eos ut ibi damnatos exhibeant; Dionysio etiam Exiguo iis suffragante. Huc etiam accedit, quod in omnibus antiquis canonum collectionibus, ut Joannis Antiocheni, Dionysii Exigui, Photii, aliisque, synodus hæc Laodicena post Antiochenam constanter collocatur: quem etiam conciliorum ordinem in codice quem Aëtius et Leontius in concilio Chalcedonensi legerant, observatum esse, ex canonibus Antiochenis quos citabant, manifestum est; utpote e quibus constat eumdem canonum ordinem in isto codice obtinuisse, qui in codice canonum Ecclesiæ universæ, et in Dionysii Exigui versione etiamnum observatur, ubi canones Laodiceni post Antiochenos statuuntur; quod sane primi canonum collectores nunquam fecissent, nisi pro certo et comperto habuissent synodum Antiochenam ante Laodicenam habitam fuisse. Quanto autem tempore post synodum istam Antiochenam, vel quoto Dom. anno celebrata fuit, vix certe definiri potest: sed si conjecturis locus datur, quid nobis visum est, paucis expediemus. Primo itaque ex omnibus inscriptionibus horum canonum super allatis constat hanc synodum in Phrygia Pacatiana ex diversis Asiæ regionibus sive provinciis conflatam esse. Deinde æque certum est, nonnullos Valentiniano et Valente imperantibus in Asia et Phrygia doctrinam fidei in controversiam vocasse, quod synodo in Illyrico cogendæ occasionem dedit, ut Theodoretus diserte asserit his verbis, de Valentino loquens: Μαθὼν δέ τινας ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ ἐν τῇ Φρυγίᾳ περὶ τῶν θείων ἀμφισβητοῦντας δογμάτων, ἐν μὲν τῷ Ἰλλυρικῷ σύνοδον γενέσθαι προσέταξε. Theodor. *Hist. Eccles.* lib. IV, cap. 6. Synodo congregata, ipsi imperatores litteras miserunt ad diœcesim

« ptiis functi sunt, et non clam uxores duxe- A
« runt, cum exiguum tempus præterierit, et
« orationibus et jejuniis vacaverint, ex venia dare
« communionem. »

BALS. Qui secundo uxores ducunt, ex præsenti quidem canone, pœnitentiam agentes et orantes, post aliquantulum temporis divinorum sacramentorum communione digni habentur : a quarto autem canone sancti Basilii, post annum. Illi quidem puniantur, qui in legitimo matrimonio uxores sic duxerunt. Qui enim prius uxores clam duxerunt, sive foruicati sint, cum iis quæ illis postea legitime conjunctæ sunt, ut fornicatores punientur, ex legitima conjunctione nihil auxilii sentientes. Et hæc quidem sic habent. Leges autem eos, qui ex fornicatione nati sunt, tanquam ex legitima conjunctione natos, reputant, si pater eorum matrem postea legitime duxerit. Quære lib. xxxii Basilicorum tit. 2 totum; et tit. 14 lib. xxviii Basilicorum, seu Justiniani novellam 22, quæ aliter de iis, qui secundis nuptiis conjunguntur, tam viris quam mulieribus, decernit.

ZONAR. Nec vetitæ sane secundæ nuptiæ nec omnino tamen impunitæ sunt. Nam etsi secundas nuptias magnus quoque Paulus non improbet, tamen eas adolescentioribus tantummodo viduis concedi oportere decernit : nec desunt qui eas solis feminis, quod natura infirmiores atque ad deteriora proclives sint, permissas fuisse contendant. Patres autem, viris quoque ejus rei facultatem esse haud vetant ; ac si quidem servatis legum constitutionibus ad secundas nuptias transivere, neque aliquid prius furtivo inter se inito matrimonio deliquere, postquam per aliquod tempus jejunio ac precationibus vacaverint, ex indulgentia, hoc est, data iis, ob necessitatem a natura impositam, venia, ad communionem admitti placet. Atque hic quidem canon nihil certi, quod ad tempus attinet, definivit. Magnus vero Basilius canone 4, bigamis unius anni tempus constitutum, ab aliis etiam biennii multam impositam fuisse, affirmat. Sed tum quidem unius anni spatio multa finietur, cum eorum, qui ad secundas nuptias con-

« γάμοις, μὴ λαθρογαμήσαντας, ὀλίγου χρόνου A
« παρελθόντος, καὶ σχολάσαντας ταῖς εὐχαῖς καὶ
« νηστείαις, κατὰ συγγνώμην ἀποδίδοσθαι αὐτοῖς
« τὴν κοινωνίαν.

ΒΑΛΣ. Οἱ δευτερογαμοῦντες. ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος μετανοοῦντες, καὶ προσευχόμενοι, μετὰ ὀλίγον χρόνον ἀξιοῦνται τῆς κοινωνίας τῶν θείων ἁγιασμάτων· ἀπὸ δὲ τοῦ δ' κανόνος τοῦ ἁγίου Βασιλείου μετὰ ἐνιαυτόν. Ἐκεῖνοι μέντοι οὕτως ἐπιτιμῶνται, οἱ μετὰ νομίμου συνοικεσίου δευτερογαμήσαντες. Οἱ γὰρ πρότερον λαθρογαμήσαντες, ἤτοι πορνεύσαντες, μετὰ τῶν ὕστερον συζευχθεισῶν αὐτοῖς νομίμως κατὰ πόρνους κολασθήσονται, κατὰ μηδὲν ὠφελούμενοι ἐκ τῆς νομίμου συναφείας. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω· οἱ δὲ νόμοι τοὺς ἐκ πορνείας γεννηθέντας B
ὡς ἐκ νομίμου συναφείας τεχθέντας λογίζονται, ἐὰν ὕστερον τὴν μητέρα αὐτῶν νομίμως ἀγάγηται ὁ πατήρ. Καὶ ζήτει βιβλίου τῶν Βασιλικῶν λβ' τίτλον β' ὅλον, καὶ τὸν ιδ' τίτλον τοῦ κη' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ἤτοι τὴν κβ' Ἰουστινιάνειον νεαρὰν, ἤτις ἄλλως τὰ περὶ τῶν δευτερογαμούντων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν διατάττεται.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ καὶ οὐ κεκώλυται ἡ δευτερογαμία, ἀλλ' οὐδ' ἀνεπιτίμητος· πάντη ἐστὶ. Εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Παῦλος τὸν δεύτερον ἐπιτρέπει γάμον, ἀλλὰ νεωτέρας χήρας γαμεῖν διατάττεται· καὶ εἰσί τινες λέγοντες, μόναις γυναιξὶ τοῦτο συγχεχωρῆσθαι διὰ τὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ἀσθενὲς καὶ εὐόλισθον. Οἱ δὲ Πατέρες καὶ τοὺς ἄνδρας διγαμοῦντας ἐδέξαντο, καὶ εἰ νομίμως, φασὶ, τὸν δεύτερον ἐποιήσαντο γάμον, μὴ πρότερον λαθρογαμίαν ἐπ' ἀλλήλοις ἡμαρτηκότες, ὀλίγου παρελθόντος χρόνου σχολάσαντες νηστείᾳ καὶ προσευχῇ δεχθήσονται εἰς κοινωνίαν κατὰ συγγνώμην, τουτέστι συγγνωμονούμενοι διὰ τὴν ἀνάγκην τὴν φυσικήν. Ὁ μὴν οὖν κανὼν οὗτος ἀόριστον ἀφῆκε τὸν χρόνον· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κανόνι ἐνιαυτὸν λέγει εἶναι τὸν τοῦ ἐπιτιμίου καιρόν· ἄλλους δέ φησι διετίαν ὁρίζειν ἐπὶ τῶν δ-γάμων. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐνιαυτὸν ἔσται, ὅτε οὐ προηγήσατο ἐπὶ τῶν δευτέρους ὁμιλησάντων γάμοις λαθρογαμία. Εἰ δὲ λαθραίᾳ μίξει συνήλθοσαν πρότερον, εἶτα εἰς νόμιμον γάμον ἀπεῖσον, καὶ ὡς πεπαρνηκότες ἐπιτιμηθήσονται. Καὶ ἡ κβ' Ἰουστινιάνειος

Guill. Beveregii notæ.

Asianam, sic inscriptas, Αὐτοκράτορες μέγιστοι, D
διαπέβαστοι, νικηταὶ, Αὐγουστοὶ, Βαλεντινιανὸς, καὶ
Οὐάλης, καὶ Γρατιανὸς ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυγίας Καροφρυγίας, Παχατιανῆς, ἐν Κυρίῳ
χαίρειν. Ipsa etiam synodus synodicam ad eosdem
episcopos epistolam misit, sic inscriptam, οἱ
ἐπίσκοποι τοῦ Ἰλλυρικοῦ ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ
Θεοῦ καὶ ἐπισκόποις διοικήσεως Ἀσιανῆς, Φρυγίας,
Καροφρυγίας, Παχατιανῆς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ibid.
cap. 7 et 8. Cum igitur hæ duæ epistolæ ad episcopos Asiæ, Phrygiæ, Carophrygiæ, Pacatianæ,
scriptæ fuerint, eos ex diversis istis Asianæ diœceseos provinciis, ad synodum in Laodicea Phrygiæ metropoli convenisse verisimile est, ut de
rebus in istis epistolis comprehensis, de fide nimirum consubstantialis in controversiam a nonnullis tunc dierum vocata, inter se disererent,
eamque confirmarent, prout in istis litteris ab iis
postulatum est. Suspicor igitur hos canones a syodo tunc temporis habita constitutos esse, hoc est,
anno Domini 365. Nam ei isto currente anno supradicta in Illyrico synodus celebrata fuit. Huic
conjecturæ aliquid accrescit roboris ex ipsa synodica epistola ad episcopos Asianos missa, utpote
in qua synodus illa Illyricana eos admonuit, ut
istiusmodi eligerentur episcopi, qui probata fide et
moribus inculpatis essent. Hoc enim et ab ipsa
hac synodo definitur, can. 12. Quod denique a nobis conjectum est, verisimilius adhuc ex eo videtur, quod nihil in ecclesiasticis historiis occurrit,
synodo ex diversis Asianæ diœceseos provinciis
congregandæ occasionem istis diebus præbens,
præter litteras illas ab imperatoribus et synodo
Illyriciana illuc missas : et si non certum sit, saltem probabile est, hanc synodum illis diebus, hoc
est, anno Domini 365, plus minus, habitam fuisse
cujus propterea canones post Antiochenos merito
collocantur

νεαρὰ κειμένη εἰς βιβλίον τῶν Βασιλικῶν κη', τίτλος ιδ', πολλὰ περὶ δευτερογαμούντων καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν διατάττεται.

venere, nulla prius conjunctio inter ipsos furtiva intercesserit. Quod si, cum occulte antea coivissent, ad legitimas deinde nuptias animum adjecere, scortatorum præterea pœnis puniri debent. Multa de secundis virorum ac feminarum nuptiis Justiniani quoque novella 22, lib. XXVIII, tit. 14 Basilicorum sita præcipiuntur.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μὴ λαθραιογαμήσας δίγαμος, ὀλίγον « τοῖς ἐπιτιμίοις σχολάσας, λοιπὸν ἀνεύθυνος. »

ARIST. « Bigamus qui non occulte matrimonium « iniit, ubi paululum pœnas dederit, insons « postea habeatur. »

Ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὁ δίγαμος ἀφορίζεται, τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ σχολάζων· καὶ οὕτω τῆς κοινωνίας καταξιοῦται. Εἰ δὲ μὴ ἐλευθερίως καὶ νομίμως τῷ δευτέρῳ συνήφθη γάμῳ, ἀλλὰ πρότερον λαθραιογαμήσας, μετὰ ταῦτα καὶ εἰς κοινωνίαν ἦλθε γάμου, τῇ τῆς πορνείας ἐπιτιμίᾳ ὑπόκειται.

Bigamus in annum segregatur orationi et jejunio vacans, et sic communionis dignus habetur. Si autem non libere et legitime secundis nuptiis conjunctus fuerit, sed cum primo etiam uxorem duxisset, postea ad matrimonii communionem venit, fornicationis pœnæ subjicitur.

ΚΑΝΩΝ Β'.

454 CANON II.

« Περὶ τοῦ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐν διαφόροις πταί- « σμασι, καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς « ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας, καὶ τὴν ἀποστρο- « φὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιουμένους, κατὰ τὴν « ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος, καιροῦ μετανοίας δο- « θέντος αὐτοῖς, τοὺς τοιούτους διὰ τοὺς οἰκτιρ- « μοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ προσάγεσθαι « τῇ κοινωνίᾳ. »

« Quod eis, qui diversis delictis peccant, et in « oratione confessionis et pœnitentiæ persevе- « rant, et se a malis perfecte convertunt, pro « qualitate delicti tempore pœnitentiæ eis dato « propter miserationes et Dei bonitatem, com- « munio concedenda est. »

ΒΑΛΣ. Ἐμάθομεν μηδεμίαν ἁμαρτίαν νικᾶν τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν διορίζεται τοὺς ἀφισταμένους τελείως τοῦ κακοῦ μετὰ ἐξομολογήσεως καθαρᾶς καὶ μετανοίας ἀξίας τῷ πταίσματι ᾠκειῶσθαι τῆς θείας μεταλήψεως· οὐ διὰ τὴν σπουδὴν τούτων, ἀλλὰ διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἄφατον ἀγαθότητα. Ταῦτα δὲ πάντως διευκρινήσει ἡ ἐπισκοπικὴ δοκιμασία.

BALS. Decidimus nullum peccatum vincere Dei misericordiam. Porro præsens quoque canon statuit, ut qui a malo perfecte desistunt, cum pura confessione et digna peccatorum pœnitentia, ii digni sancta participatione habeantur; non propter eorum virtutis studium, sed propter Dei miserationes et inenarrabilem bonitatem. Hæc autem omnino discernet episcopalis examinatio.

ΖΩΝΑΡ. Κἂν ἐν διαφόροις πταίσμασιν ἡμαρτέ τις, ἐξομολογῆται δὲ ταῦτα, καὶ ἀποστρέφηται τελείως ἃ ἔρθη ποιῆσαι κακὰ, δίδοσθαι αὐτῷ καιρὸν μετανοίας διορίζεται ὁ κανὼν, ἀναλόγως τοῖς πταίσμασιν, οἷς ἐποίησε, καὶ οὕτως αὐτοῦ ἐνδεικνυμένου μετάνοιαν, δέχεσθαι αὐτὸν καὶ προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ, οὐχ ὡς αὐτοῦ διὰ τῆς οἰκείας σπουδῆς ἀξιουμένου τῆς τῶν θείων μυστηρίων μεταλήψεως, ἀλλὰ διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ἄφατον ἀγαθότητα.

ZONAR. Si quis, multis licet facinoribus irretitus, tamen ea, pœnitentia ductus, confiteri velit, admissaque flagitia penitus aversetur; pro criminum ratione, quibus obstrictus est, pœnitentiæ tempus homini præscribendum: itaque sibi ægre esse quæ patravit indicantem, admitti eum et in communionem recipi canon decernit: neque vero ut divinorum mysteriorum perceptione dignus haberetur, ipsius diligentiæ, sed Dei miserationi ac longe maximæ bonitati ascribi oportere demonstrat.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ διαφόροις ἀγνοήμασιν ἁλωκότες, εἰ « ἐπιγνόντες ἐξομολογοῖντο, καὶ ἀναλόγως μετα- « νοοῖεν, εὐπρόσδεκτοι.

ARIST. « Qui variis delictis obstricti sunt, si iis « cognitis confiteantur, et pro eorum ratione « pœnitentiam agant, facile recipiantur. »

Πάντες οἱ ἁμαρτήσαντες, ὁποῖα ἂν τις εἴποι τὰ ἁμαρτήματα, εἰ μετανοήσουσι καὶ ἐξομολογήσονται ταῦτα, καὶ τὴν ἀποστροφὴν τῶν κακῶν τελείαν ποιήσονται, καὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ πταίσματος τὸν δοθέντα αὐτοῖς καιρὸν εἰς μετάνοιαν ἐν προσευχαῖς καὶ δάκρυσιν ἐκτελέσουσιν· παραδεχθήσονται εἰς κοινωνίαν διὰ τοὺς οἰκτιρμοὺς καὶ τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ.

Omnes qui peccarunt, qualiscunque dicat aliquis eorum peccata, si pœnitentiam egerint, et ea confessi fuerint, et a malis perfecte se converterint, et tempus ad pœnitentiam agendum secundum delicti proportionem iis concessum precibus et lacrymis absolverint, propter Dei miserationes et bonitatem in communionem recipientur.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

CANON III.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὸν προσφάτως φωτισθέντα προσ- « ἀγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ. »

« Quod non oportet eum, qui recens baptizatus est, « in ordinem sacerdotalem promoveri. »

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα π', συνόδου Νικαίας κανόνα β', τὰ αὐτὰ τῷ παρόντι καν. θεσπίζοντας χάριν τῶν προσφάτως βαπτισθέντων, καὶ ζητούντων ἱερωθῆναι. Ὁ μέντοι μέγας

BALS. Lege sanctorum apostolorum canonem 80, synodi Nicænæ canonem 2, qui eadem cum præsenti canone decernunt, de iis qui sunt recentor baptizati, et petunt ad sacros ordines admitti. Ma-

gnum tamen illud lumen Nectarius, a catechumenorum grege nuper separatus, cum divino lavacro vitæ sordes abluisset, purus jam purissimam episcopatus dignitatem induit, et simul fit reginæ orbis episcopus, et sanctæ secundæ universalis synodi præses.

ZONAR. Hoc, eadem modo, primæ quoque Nicænæ synodi secundo canone constitutum est; quæque in illius explicatione diximus, hic quoque sufficient,

ARIST. « Recens illuminatus, sacris ordinibus non « est idoneus. »

Qui recens illuminatur, non statim in ordinem sacerdotalem promovetur.

CANON IV.

« Quod non oportet sacerdotes fenerari, et usuras « quæ dicuntur hemiliæ (id est totius sortis di- « midia pars) accipere. »

BALS. Apostolicus quadragesimus quartus canon, et septimus decimus primæ synodi diffusius tractant de sacris initiatis, qui usuras accipiunt: et lege eos.

ZONAR. Eadem primæ quoque œcumenicæ synodi canone 17 constituta sunt. Nec ad ea, quæ ibi attulimus, quidquam hoc loco addendum existimamus.

455 ARIST. « Sacerdos usuras vel sesquialteras « non accipit. »

Non oportet eos qui sunt in clero turpia lucra excogitare, et gravissimis aut levioribus usuris fenerari: nisi se hoc facientes et non cessantes deponi vellent.

CANON V.

« Quod non oportet electiones fieri in præsentia « audientium. »

BALS. Χειροτονίας canon hic electiones nominat et dicit, quod quoniam in electionibus dicuntur nonnulla, sæpe etiam indigna, de iis qui eliguntur: non licet in communi cujuslibet volentis auditione ea fieri. Propterea ergo hodie quoque seorsum antistites et soli convenientes eligunt. In primo autem canone apostolico χειροτονία pro manuum impositione sumitur.

ZONAR. Χειροτονίας nomine electionem hoc loco canon indicavit. Cum namque in electionibus, aliquorum crimina propter quæ illi forte a sacro ordine arcendi sint, a præsulibus enuntiantur, adesse homines, qui ea quæ dicerentur excipierent, rationi minime consentaneum Patres existimavere: quod ea scilicet, quæ audiebant, et iis contra quos dicebantur pudori, et a quibus audiebantur ad nequitiam incitamento essent, et aliis, quorum non ita constans in fide ratio, blasphemandi Numinis causam præberent. Ut enim virtutum actionibus gloria Numinis augetur, concelebrant siquidem, qui præclaras actiones in-

A ἐκεῖνος φωστὴρ Νεκτάριος ἄρτι τῆς τῶν κατηχουμένων ἀγέλης ἀφορισθείς, καὶ τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν τοῦ βίου ῥύπον ἀποπλυνάμενος, καθαρὸς ἤδη τὸ καθαρώτατον τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα περιβάλλεται, καὶ ἅμα τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος γίνεται, καὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς δευτέρας συνόδου ἔξαρχος.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου διετάξατο, καὶ ἃ ἐν ἐκείνῳ εἴρηται, κἂν τούτῳ ἀρκέσουσιν.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ νεοφώτιστος ἀνιεράτευτος.

Ὁ νεοφώτιστος οὐκ εὐθὺς ἐν ἱερατικῷ προσάγεται τάγματι.

B

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἱερατικοὺς δανείζειν, καὶ τόκους καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ ἀποστολικὸς μδ' κανὼν καὶ ὁ ιζ' τῆς πρώτης συνόδου πλατύτερον διαλαμβάνουσι περὶ τῶν ἱερωμένων λαμβανόντων τόκους· καὶ ἀνάγνωθι τούτους.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἐπτακαιδέκατος κανὼν τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου οὕτως ὥρισε, καὶ πλείω τῶν εἰρημένων ἐκεῖ οὐ χρεία ἐρεῖν.

ΑΡΙΣΤ. « Τόκους ἢ ἡμιολίας ἱερατικὸς οὐ λαμ- « βάνει. »

C Οὐ δεῖ τοὺς ἐν κλήρῳ αἰσχρὰ κέρδη ἐπινοεῖν, μὴ ἐπὶ βαρυτάτοις τόκοις, ἢ καὶ ἐλαφροῖς ἐκδανείζειν· εἰ μὴ βούλοιντο τοῦτο ποιοῦντες, καὶ μὴ παύσεσθαι, καθαιρεῖσθαι.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ « ἀκροωμένων γίνεσθαι. »

D ΒΑΛΣ. Χειροτονίας ἐνταῦθα τὰς ψήφους ὀνομάζει ὁ κανών, καί φησιν ὡς, ἐπεὶ ἐν ταῖς ψήφοις λέγονταί τινα πολλάκις ἀνάξια χάριν τῶν ψηφιζομένων, οὐ χρὴ ἐπὶ κοινῇ ἀκροάσει τοῦ βουλομένου τὰς ψήφους γίνεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ σήμερον κατ' ἰδίαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ μόνοι συνερχόμενοι ψηφίζονται. Ἐν μέντοι τῷ πρώτῳ ἀποστολικῷ κανόνι ἡ χειροτονία εἰς χειροθεσίαν ἐκλαμβάνεται.

ΖΩΝΑΡ. Χειροτονίας ἐνταῦθα τὰς ψήφους ὠνόμασεν ὁ κανών. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ τὰ ψηφίσματα γίνεσθαι παρὰ τῶν ἀρχιερέων λέγονται κατά τινων αἰτιάματα, δι' ἃ κωλύονται ἴσως ἱερωσύνης, οὐκ ἔδοξε τοῖς Πατράσι προσῆκον παρεῖναί τινα ἀκροωμένους τῶν λεγομένων, ὡς αἰσχύνην τοῖς καθ' ὧν λέγονται ἐπαγόντων, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις εἰς προτροπὴν γινομένων κακίας, καὶ τοῖς ἀστηρίκτοις πρὸς πίστιν εἰς βλασφημίαν κατὰ Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ διὰ τῶν ἀρίστων δοξάζεται ὁ Θεός, τῶν ἐρώντων τὰ καλὰ ἔργα δοξαζόντων αὐτὸν, οὕτω διὰ τῶν ἐναντίων βλασφημεῖται τὸ θεῖον παρὰ ἀπίστων καὶ ἀστηρίκτων ἀνθρώπων. Διατί δὲ καὶ ἡ ψῆφος, χειροτονία λέγεται,

εἴρηται ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων.

bus nituntur, divino numini petulanter obtrectant. Cur autem ordinationis nomine electio significetur, am primo sacrorum apostolorum canone satis explicavimus.

ΑΡΙΣΤ. « Αἱ χειροτονίαι ἐπ' ἀκροωμένοις οὐ γίνονται. »

ARIST. « Ordinationes coram audientibus non celebrantur. »

Αἱ εὐχαὶ τῶν χειροτονουμένων οὐκ ἐκφωνοῦνται μεγάλως, ὥστε τὸν λαὸν ἐπακροᾶσθαι αὐτῶν.

Ordinatorum preces magna voce non exprimentur, adeo ut populus eas audiat.

ΚΑΝΩΝ Ϛ'.

« Περὶ τοῦ μὴ συγχωρεῖν τοῖς αἱρετικοῖς εἰσιέναι εἰς « τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, ἐπιμένοντας τῇ αἱρέσει. »

CANON VI.

« Non esse permittendum hæreticis, ut in do- « mum Dei ingrediantur, si in hæresi perma- « neant. »

ΒΑΛΣ. Σαφὴς ὁ κανών. Οὐ γὰρ συγχωρεῖ τοῖς αἱρετικοῖς ἐπιμένουσι τῇ αἱρέσει συνεκκλησιάζειν μετὰ ὀρθοδόξων. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν θ' κανόνα τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Τιμοθέου.

BALS. Canon est apertus. Non enim permittit hæreticis, in hæresi permanentibus, una cum orthodoxis in ecclesiis agere. Lege etiam canonem 9 Timothei Alexandriæ archiepiscopi.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ αἱρέσεσι περιπεσόντες, καὶ μένοντες ἐν αὐταῖς; τῆς Ἐκκλησίας ἐξοστρακίζονται, ὡς ταύτης ἀλλότριοι. Πῶς οὖν εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ συγχωρηθήσονται εἰσιέναι; Ὁ δὲ ἀρχιεπίσκοπος Ἀλεξανδρείας Τιμόθεος, περὶ τούτου ἐρωτηθείς, ἀπεκρίνατο ἐν κανόνι θ' ὅτι οὐκ ὀφείλουσιν ἐν εὐχῇ παρεῖναι αἱρετικοὶ, εἰ μὴ ἐπαγγέλλονται μετανοεῖν, καὶ ἐκφεύγειν τὴν αἵρεσιν.

ZONAR. Qui in hæreses lapsi sunt, neque a pertinacia discedunt, extra Ecclesiam, tanquam ab ea alieni, ejicientur. Qui tandem igitur illis in domum Dei ingrediendi facultas erit? Alexandrinus vero archiepiscopus Timotheus, cum de hac re consultus fuisset, nono canone, hæreticos, nisi se pœnitentiam acturos hæresimque aversaturos polliceantur, nullo modo ad fidelium precationes admittendos esse respondit.

ΑΡΙΣΤ. « Αἱρετικοῖς τὸ ἱερὸν ἀνεπίβατον. »

ARIST. « Hæreticis sacra ædes est inaccessa. »

Οὐ συγχωροῦνται αἱρετικοὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ εἰσιέναι, κἂν ὁ μέγας Βασίλειος, οὔπω τοῦ κανόνος τούτου ἐκτεθέντος, τῷ πληρώματι τῶν πιστῶν Οὐάλεντα παρεδέξατο.

Hæreticis Dei domum ingredi non permittitur, licet Basilius magnus, hoc canone nondum exposito, ad fidelium completionem Valentem admisit.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

CANON VII.

« Περὶ τοῦ τοὺς ἐκ τῶν αἱρέσεων, τοῦτ' ἔστιν, « Ναυατιανῶν ἤτοι Φωτεινιανῶν (56) ἢ Τεσσα- « ρεσκαιδεκατιτῶν, ἐπιστρεφομένους εἴτουν κα- « τηχουμένους εἴτε πιστοὺς τοὺς παρ' ἐκείνοις, μὴ « προσδέχεσθαι, πρὶν ἀναθεματίσωσι πᾶσαν αἵ- « ρεσιν, ἐξαιρέτως δὲ ἐν ᾗ κατεῖχοντο· καὶ τότε « λοιπὸν τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς πιστοὺς, « ἐκμανθάνοντας τὰ τῆς πίστεως σύμβολα, χρι- « σθέντας τε τῷ ἁγίῳ χρίσματι, οὕτω κοινωνεῖν « τῶν μυστηρίων τῶν ἁγίων. »

« Quod ii, qui ex hæresibus, hoc est, Novatianis, « sive Photinianis, aut Quartadecimanis conver- « tuntur, sive catechumeni, sive qui apud illos « fideles dicuntur, non sunt admittendi prius- « quam omnem hæresim anathematizaverint, « et præcipue eam in qua detinebantur: et « tunc deinceps eos, qui apud illos fideles di- « cebantur, fidei symbola discentes, et sancto « Chrismate inunctos, sic sancto mysterio com- « municare. »

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸν Ϛ κανόνα τῆς δευτέρας συνόδου, τὸν ιθ' κανόνα τῆς α', τὸν ιε' τῆς ἕκτης· καὶ μάθῃς περὶ ὧν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διέξεισι.

BALS. Lege canonem 7 secundæ synodi, canonem 95 sextæ, et scies ea de quibus hic quoque præsens canon tractat.

Guill. Beveregii notæ.

(56) Ἤτοι Φωτεινιανῶν. Isidorus Mercator hæc verba non legit, vel saltem Latine non vertit. Unde Baronius suspicatur, ea ex canone expungenda esse. Verum non modo omnes codices Græci, sed et Dionysius Exiguus legit; primam enim hanc canonis partem sic interpretatur: *De his qui ab hæreticis convertuntur, id est, Novatianis, aut Photinianis, aut Tessarescaidecatis, sive baptizati sint illi, sive catechumeni, non ante suscipiantur, quam omnes hæreses anathematizent, præcipue illam qua detinebantur.* Sed excipit Baronius, Photinianos eosdem fuisse atque Paulianistas, quos conversos per baptismum recipiendos esse synodus Nicæna can. 19 decrevit; cum præsenti canone eos baptizandos esse non præcipiatur, sed tantum per catechizationem et chrisma admittendos: et præterea a concilio Arelatensi secundo statum esse, quod *Photinianos sive Paulianistas secundum Patrum statuta baptizari oportet.* Concil. Arel. 2, can. 16. Recte quidem, sed animadvertere debuit quid proxime ejusdem concilii canone definitur, nimirum, *Bonosiacos autem ab eodem errore* (Photinianorum scilicet) *venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, dum interrogati, fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate et manus impositione in Ecclesia recipi sufficit.* Ibid. can. 17. Hic enim idem atque in præsenti canone de eorum susceptione constituitur, qui eodem, quo Photiniani, errore imbuti sunt. Et quidem concilii tempore omnes, ut videtur, Photiniani, non secus atque Ariani, in nomine Trinitatis baptizati sunt. Et cum inter omnes constet Arianorum baptismum ab Ecclesia catholica perpetuo receptum esse, non mirum est, quod Photinianos sine baptismate denuo collato recipiendos esse, a præsenti canone sanciatur.

456 ZONAR. Hæreses, quæ hoc loco afferuntur, alïæque complures secundæ œcumenicæ synodi canone 7 continentur. Quænam igitur illæ sint, et quæ ratio eos, qui ejusmodi erroribus implicîti sunt, cum ad Ecclesiam se conferunt, excipiendi, nos in illius canonis explicatione persecuti sumus : ea qui legerit, aliam hujus capitis explicationem haud desiderabit.

ARIST. « Novatiani, et Photiniani, et Quartodecimani nisi cæteras hæreses suamque abjurent, non sunt suscipiendi : post autem abjurationem, uncti communicent. »

Illi et alias hæreses et suam anathematizantes, ab Ecclesia accipiuntur, et solo chrismate sancto unguntur, sed Novatiani et Quartodecimani, et Photiniani, etiam sancto et salutari baptismo opus habent, quandoquidem dux eorum Photinus multas hæreses renovavit, et hæresim Pauli Samosateni, et Sabellii Afri, et Montani, docens Verbum Dei non esse sine principio, nec omnium sæculorum factorem, nec ante omnem creaturam exsistere, sed de novo esse et recenter, et principium a generatione ejus secundum carnem e Virgine sumere. At Quartodecimanorum hæresis est, decima quarta lunæ die etiamsi in secunda aut tertia aut quarta feria inciderit, sospitatoris nostri Jesu Christi resurrectionem celebrare. Non admittunt autem secundum Novatianos etiam conversorum pœnitentiam. Utuntur autem et spuriis libris, et alia nonnulla ejusmodi tenent.

A ΖΩΝΑΡ. Περὶ τῶν αἱρέσεων τούτων καὶ ἄλλων πλειόνων ὁ τῆς δευτέρας οἰκουμενικῆς συνόδου ζ' περιέχει κανών. Ἐν γοῦν τῇ ἐξηγήσει τοῦ τοιούτου κανόνος εἴρηται τίνες τε εἰσιν αἱ αἱρέσεις αὗται, καὶ πῶς δέχονται οἱ ταύταις κατεχόμενοι, προσερχόμενοι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἄπερ ἀναγινωσκόμενα ἑρμηνεύουσι καὶ τὸν παρόντα κανόνα.

ΑΡΙΣΤ. « Ναυατιανοὶ καὶ Φωτεινιανοί, καὶ Τεσσα-
« ρεσκαιδεκατῖται, εἰ μὴ τάς τε ἄλλας αἱρέσεις
« ἀναθεματίζοιεν, καὶ τὴν οἰκείαν, ἀπρόσδεκτοι
« μετὰ μέντοι τὸ ἀνάθεμα, χριόμενοι κοινωνεί-
« τωσαν. »

Οὗτοι, τάς τε ἄλλας αἱρέσεις καὶ τὴν οἰκείαν ἀναθεματίζοντες, προσδέχονται παρὰ τῆς Ἐκκλησίας, B καὶ μόνῳ τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρίονται· ἀλλ' οἱ μὲν Ναυατιανοὶ καὶ οἱ Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, καὶ οἱ Φωτεινιανοί, τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος χρῄζουσιν· ὅτιπερ ὁ ἀρχηγὸς ὁ αὐτῶν Φωτεινὸς πολλὰς αἱρέσεις ἀνεκαίνισατο, τήν τε τοῦ Σαμοσατέως Παύλου, καὶ Σαβελλίου τοῦ Λίβυος, καὶ τοῦ Μοντανοῦ, οὐκ ἄναρχον δογματίσας τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, οὐδὲ ποιητὴν τῶν αἰώνων πάντων, οὐδὲ πάσης τῆς κτίσεως προϋπάρχοντα, ἀλλὰ νέον καὶ πρόσφατον, καὶ ἀρχὴν λαβόντα ἀπὸ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως ἐκ τῆς Παρθένου. Τῶν δὲ Τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν ἡ αἵρεσίς ἐστι τὸ ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης ἡμέρᾳ κἂν ἐν δευτέρᾳ, ἢ τρίτῃ, ἢ τετράδι ἐμπέσῃ, τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑορτάζειν ἀνάστασιν. Οὐ παραδέχονται δὲ C κατὰ τοὺς Ναυατιανοὺς, καὶ τὴν τῶν ἐπιστρεφόντων μετάνοιαν. Κέχρηνται δὲ νόθοις καὶ βιβλίοις, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα φρονοῦσι.

CANON VIII.

« Quod qui ab eorum hæresi, qui Phryges dicuntur, conversi sunt, sive sint in clero qui apud « illos esse creditur, sive maximi dicantur, cum « omni studio catechizandi sunt, seu initiandi, et « ab Ecclesiæ episcopis et presbyteris baptizandi. »

BALS. Quæ in canone 7 secundæ synodi scripta sunt, ad præsentis canonis interpretationem sufficiunt. Quia autem ex Phrygibus hæretici vocabant quosdam ipsorum doctores clericos maximos, quod alios clericos hæreticos superabant, et non deerant qui asserebant, non oportere eos baptizari, qui qui essent in clerum recepti : adjicit canon, eos quoque et catechizari, seu initiari ac baptizari oportere.

ZONAR. Secundæ synodi canon is cujus proximo superiore canone mentio facta est, de Phrygibus quoque disserit; quos quidem Montanistas alio nomine appellat. Eos ergo, cum ad Ecclesiam accedunt, catechismi institutione diligenter eruditos, tum ille, tum hic quoque canon baptizandos esse decernit. Idque etiam si in eum, quem illi eum revera non esset, clerum tamen existimabant, relati, vel si maximi quoque dignitate ornati forent. Fuere siquidem apud illos quidam, primæ inter

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Περὶ τοῦ τοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν λεγομένων
« Φρυγῶν ἐπιστρέφοντας, εἰ καὶ ἐν κλήρῳ νομι-
« ζομένῳ παρ' αὐτοῖς τυγχάνοιεν, εἰ καὶ μέγιστοι
« λέγοιντο, τοὺς τοιούτους μετὰ πάσης ἐπιμελείας
« κατηχεῖσθαί τε καὶ βαπτίζεσθαι ὑπὸ τῶν τῆς
« Ἐκκλησίας ἐπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων. »

ΒΑΛΣ. Τὰ ἐν τῷ ζ' κανόνι τῆς δευτέρας συνόδου γραφέντα ἀρκοῦσιν εἰς ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος. Ἐπεὶ δὲ ἔλεγον οἱ ἐκ Φρυγῶν αἱρετικοί τινας διδασκάλους αὐτῶν κληρικοὺς μεγίστους, διὰ τὸ, ὑπερέχειν τῶν ἄλλων αἱρετικῶν κληρικῶν· καὶ ἦσάν τινες διατεινόμενοι μὴ ὀφείλειν τούτους βαπτίζεσθαι, ὡς ἔνδον κεκληρωμένους· προστίθησιν ὁ κανὼν, καὶ τούτους κατηχεῖσθαι καὶ βαπτίζεσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ τῆς δευτέρας συνόδου κανὼν, οὗ ἐν τῷ ἀνωτέρω προσεχεῖ κανόνι ἐμνήσθημεν, διαλαμβάνει καὶ περὶ τῶν Φρυγῶν, οὓς Μοντανιστὰς λέγει. Τούτους οὖν προσιόντας τῇ Ἐκκλησίᾳ κἀκεῖνος, ὁ κανὼν καὶ οὗτος βαπτίζεσθαι κελεύει κατηχουμένους ἐπιμελῶς, κἂν κληρικοὶ ἐν κλήρῳ παρ' αὐτοῖς δοκοῦντι, μὴ ὄντι δὲ πρὸς ἀλήθειαν, ὠνομάζοντο, κἂν μέγιστοι ἐλέγοντο. Ἦσαν γὰρ παρ' ἐκείνοις τινὲς τῶν ἄλλων προέχοντες, ὡσανεὶ διδασκάλων ληροῦντες τάξιν, οἳ καὶ μέγιστοι ἐκαλοῦντο. Τοὺς

γοῦν τοιούτους ἐπιστρέφοντας, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ προσερχομένους, ἐξ αὐτῶν οἵτινες ἂν εἶεν, ὁ κανὼν κατηχεῖσθαι καὶ βαπτίζεσθαι βούλεται.

mutata voluntate ad Ecclesiam reverti statuerint, quicunque demum illi sint, eos canon, et catechesi instrui, et salutari baptismi lavacro perfundi jubet.

ΑΡΙΣΤ. « Φρύγες μεταμελόμενοι ἀναβαπτίζεσθωσαν, εἰ καὶ παρ' ἐκείνοις κεκλήρωνται. »

ARIST. « Phryges resipiscentes denuo baptizantur, etiamsi ab illis in clerum cooptati sunt. »

Καὶ οὕτοι μεταμεληθέντες, καὶ ἀπὸ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἐπιστρέφοντες, καὶ τῇ ἀμωμήτῳ πίστει προσερχόμενοι, καὶ τὰς αἱρέσεις πάσας, καὶ τὴν αὐτῶν ἀναθεματίζοντες προσδέχονται, καὶ μετὰ πάσης ἐπιμελείας κατηχοῦνται τε καὶ βαπτίζονται, κἂν ἐν κλήρῳ νομιζομένῳ παρ' αὐτοῖς τοῖς Φρυξὶν ἐτύγχανον. Οὗτοι δὲ οἱ Φρύγες ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ Πρισκίλλης ἔσχον τὴν αἵρεσιν. Ὁ δὲ Μοντανὸς οὗτος παράκλητον ἑαυτὸν προσηγόρευσε· δύο γυναῖκας πορνικῶς ἔσχε, Πρίσκιλλαν καὶ Μαξίμιλλαν· ἃς καὶ προφήτιδας ἐκάλεσε· πολίχνιόν τι τῆς Φρυγίας, τὴν Πέζουσαν Ἱερουσαλὴμ ὠνόμασε· γάμους ἐπέτρεψε λύεσθαι, καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι· τὸ Πάσχα διέστρεψε· καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς ὁμοουσίου Θεότητος εἰς ἓν συνῆψε πρόσωπον συγχέμενον. Αἷμα ἀναμιγνύειν ἀλεύρῳ, καὶ εἰς μετάληψιν τοῦτο διδόναι ἐδίδαξε· τὴν δὲ μέθεξιν τούτου τοὺς μεταλαμβάνοντας δι' αἰσχύνην ἀρνεῖσθαι.

B Et hi pœnitentiam agentes et ab hæresi sua conversi, et ad inculpatam fidem accedentes, et omnes hæreses, etiam suam, anathematizantes, admittuntur, et omni diligentia instruuntur, et baptizantur, quamvis in clero, ut apud illos Phryges existimatur, fuerint. Ili autem Phryges a Montano et Priscilla hæresim habuerunt. Montanus iste se paracletum vocavit. Duas mulieres ut meretrices habuit Priscillam et Maximillam, quas et prophetissas vocavit. Pezusam oppidulum quoddam Phrygiæ 457 Hierosolymam nominavit. Nuptias permisit solvi, et a cibis abstinere. Pascha evertit, et tres consubtantialis Deitatis substantias in unam confusam personam contraxit. Sanguinem farina commiscere, eumque ad participationem dare docuit; istius autem participationem communicantes propter infamiam denegare.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Περὶ τοῦ μὴ συγχωρεῖν εἰς τὰ κοιμητήρια (57) ἢ « εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια πάντων τῶν αἱρετικῶν ἀπιέναι τοὺς τῆς Ἐκκλησίας, εὐχῆς ἢ θεραπείας ἕνεκα· ἀλλὰ τοὺς τοιούτους, ἐὰν ὦσι πιστοὶ, ἀκοινωνήτους γίνεσθαι μέχρι τινὸς· « μετανοοῦντας δὲ καὶ ἐξομολογουμένους ἐσφάλθαι, παραδέχεσθαι. »

CANON IX.

« Non concedendum esse ut in cœmeteria vel in « ea quæ dicuntur martyria quorumvis hæreticorum, abeant li qui sunt Ecclesiæ, orationis vel curationis gratia. Sed tales, si sint « fideles, esse aliquantisper excommunicatos: « sin autem pœnitentia ducantur, et se deliquisse confiteantur, suscipi. »

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ ἐν τῷ ς' κανόνι ἐκωλύθησαν οἱ αἱρετικοὶ εἰσιέναι εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ ἐνταῦθα κωλύονται οἱ πιστοὶ ἀπιέναι εἰς τὰ τῶν αἱρετικῶν κοιμητήρια, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα παρὰ τούτων μαρτύρια. Ὡς δέ τινος εἰπόντος, Εἰ δὲ ἀπέλθοι πιστὸς εἰς σύναξιν αἱρετικῶν χάριν τοῦ καταπτῦσαι αὐτῆς, ἵνα τί κολασθήσεται; Φασὶν οἱ Πατέρες ἐκείνους ἀκοινωνήτους εἶναι πρὸς καιρὸν, ἤγουν ἀφωρισμένους, τοὺς χάριν εὐχῆς ἢ θεραπείας ἀπιόντας εἰς τὰ τῶν αἱρετικῶν μαρτύρια, οὓς καὶ μετανοοῦντας καὶ ἐπιγινώσκοντας τὸ παρ' αὐτῶν ἐσφαλμένον προσδέχεσθαι διορίζονται. Ἀνάγνωθι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνας ξδ' καὶ ο', τῆς παρούσης συνόδου κανόνας κθ', λβ', λθ', μ'', μη' καὶ λθ', τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα ξ', καὶ τῆς ς' κανόνα ια'.

BALS. Quemadmodum in canone 6 prohibiti sunt hæretici in domum Dei ingredi, ita hic quoque prohibentur fideles hæreticorum cœmeteria vel quæ apud eos dicuntur martyria, ingredi. Tanquam autem dixisset quispiam: Sed si profectus sit fidelis quispiam ad hæreticorum congregationem, pro eis exsecrandis ac despuendis, cur punietur? Dicunt Patres, illos esse ad tempus segregatos, qui pro oratione vel curatione ad hæreticorum martyria proficiscuntur; quos et pœnitentiam agentes, et suum delictum agnoscentes, suscipiendos decernunt. Lege sanctorum apostolorum canones 64 et 70 præsentis synodi canones 29,32,34,37,38 et 39, Carthaginensis synodi canonem 60 et sextæ synodi canonem 11. Martyria autem di-

Guill. Beveregii notæ.

(57) *Εἰς τὰ κοιμητήρια.* Ædes, quibus peregrini dormire soliti sunt, κοιμητήρια dicta fuerunt, apud Athenæum, lib. IV, cap. 5, quemadmodum locus cœnobii, ubi monachi dormiunt, *dormitorium* appellatur. Hinc Christiani, docti mortem nihil aliud esse, quam dormitionem quamdam usque ad generalem resurrectionem, qua omnes expergefient, loca mortuis suis sepeliendis destinata κοιμητήρια, quasi dicas *dormitoria*, nuncuparunt. Ad hæc itaque loca Christiani olim convenire consueti sunt. Unde Ælianus Ægypti præfectus illis hoc prohibuit, οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται, inquit, οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια εἰσιέναι. Euseb. *Hist. Eccl.* l. VII, cap. 9. Nec tantum ibi convenire, sed et sacra ibidem celebrare, et preces Deo fundere soliti sunt. Cassiodorus, *populus jejunans est egressus ad cœmeterium orationis causa. Hist. tripart.* l. V, c. 5. Hinc templa in istis locis postea exstructa sunt. Si in istiusmodi itaque locis hæretici sepulti sint, vel ea ad hæreticos pertineant, cautum est hoc canone ne quis orationis causa illuc se conferat.

cuntur ab hæreticis cœmeteria. In tempore enim persecutionis, quidam hæretici Christianos seipsos nominantes, ad mortem usque supplicio affecti sunt : et ideo qui erant ejusdem opinionis eosdem martyres appellabant

ZONAR. Non solum ecclesiam fidelium ingredi hæretici canonico decreto prohibentur, sed fidelibus quoque hæreticorum cœmeteria, in quibus forte magni apud ipsos nominis hominum cadavera servarentur, vel martyria quæ vocabant adire ne licent, interdictum est. Credibile est enim, sæviente hostium Christianæ religionis furore, etiam ex hæreticis quosdam usque ad necem infractos stetisse, quos et martyrum appellatione gregales honestabant, et domos, in quibus ipsorum corpora tumulata fuerant, martyria nominabant. In ea igitur loca fideles, sive ad fundendas preces, seu venerationis aut remedii gratia ingredi vetitum est. Nomine enim τῆς θεραπείας, aut venerationem, aut morborum remedium canon intelligit. Vult igitur fideles nullo modo, neque ut precationi vacent, neque ut honorem iis, quos hæretici venerantur, exhibeant, neque ut morbis aut tentationum variis generibus remedium petant, in ea quæ diximus loca proficisci : sed qui Ecclesiæ sunt, si eo se conferant, segregari, hoc est, ad aliquod tempus a communione arceri (eorum porro nomine, qui Ecclesiæ sunt, non initiati sacris ordinibus, aut clero ascripti, sed fideles, etiam laici, intelliguntur); eosdem vero, si postea commissi pœnitet, culpamque agnoscant, admitti jubet.

ARIST. « Qui in cœmeteriis et martyriis hæreti-
« corum orat, excommunicatus est. »

CANON X.

« Quod non oportet eos, qui sunt Ecclesiæ, indis-
« criminatim suos filios hæreticis matrimonio
« conjungere. »

BALS. Lege canonem 14 quartæ synodi; et quæ in illo scripta sunt ad præsentis canonis interpretationem sufficient.

ZONAR. Multi in hanc sententiam canones editi sunt : quorum in explicatione canonis 14 quartæ œcumenicæ synodi meminimus; quæque ibi dicta sunt, ad hujus quoque canonis explicationem sufficiunt.

ARIST. « Cum hæreticis matrimonium ne con-
« trahas. »

458 CANON XI.

« Quod non oportet eas, quæ dicuntur seniores viduæ vel præsidentes, in ecclesia con-
« stitui. »

BALS. Antiquitus mulieres quædam vetulæ in catholicis ecclesiis sedentes, reliquas forte mulieres ad bonum honestumque ordinem servandum deducebant. Quia autem ex earum consuetudine, eo quod honestum est non recte utentium, vel propter arrogantiam, vel propter turpem quæstum, quædam offendebantur; prohibuerunt Patres, ne deinceps essent omnino in ecclesiis presbyteræ sive præsidentes. Ne dixeris autem, Et quomodo hoc

Μαρτύρια δὲ παρὰ αἱρετικῶν λέγονται τὰ κοιμητήρια. Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ τινες αἱρετικοὶ, Χριστιανοὺς ἑαυτοὺς ὀνομάζοντες, μέχρι θανάτου ἐτιμωρήθησαν· διὸ καὶ μάρτυρας τούτους ἐκάλουν οἱ ὁμόδοξοῦντες αὐτοῖς.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον αἱρετικοὺς εἶναι εἰς ἐκκλησίαν πιστῶν κωλύουσιν οἱ κανόνες, ἀλλ' οὐδὲ πιστοὺς ἀπίέναι παραχωροῦσιν εἰς τὰ τῶν αἱρετικῶν κοιμητήρια, ἔνθα τυχὸν οἱ παρ' αὐτοῖς ὀνομαστοὶ θανόντες κατέκειντο, ἢ εἰς τὰ λεγόμενα μαρτύρια. Εἰκὸς γὰρ καί τινας τῶν ὑποκειμένων αἱρέσεσιν ἐν τοῖς διωγμοῖς ἐνστῆναι μέχρι θανάτου, οὓς καὶ μάρτυρας· οἱ ὁμοδοξοῦντες αὐτοῖς ἐκάλουν, καὶ τοὺς οἴκους, ἐν οἷς τὰ ἐκείνων ἐτέθαπτο σώματα, μαρτύρια ἔλεγον. Ἐν τούτοις ἀπίέναι πιστοὺς εὐχῆς χάριν, ἢ θεραπείας ἕνεκα ἀπηγόρευται. Θεραπείαν δὲ ἢ τὴν τιμὴν ὀνομάζει, ἢ τὴν ἐκ νόσων ἴασιν. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ βούλεται ὁ κανὼν, εἰ μὴ ἀπίέναι τινὰς εἰς τὰ εἰρημένα, μήτε ὡς εὐξομένους, μήτε ὡς τιμήσοντας τοὺς παρὰ τῶν αἱρετικῶν τιμωμένους, μήτε ὡς θεραπείαν νόσων ἢ πειρασμῶν ἄλλοίων ἐξ ἐκείνων αἰτήσοντας, ἀλλὰ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας ἀπερχομένους ἐκεῖ ἀφορίζεσθαι, ἤγουν ἐπί τινα καιρὸν τῆς κοινωνίας εἴργεσθαι· τῆς Ἐκκλησίας δὲ οὐ τοὺς ἱερωμένους λέγει, ἢ κεκληρωμένους, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς, κἂν λαϊκοὶ ὦσι· μετανοοῦντας δὲ καὶ ἐπιγινώσκοντας τὸ σφάλμα αὐτῶν δέχεσθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ κοιμητηρίοις καὶ μαρτυρίοις αἱρετι-
« κῶν ἐπευχόμενος ἀκοινώνητος. »

ΚΑΝΩΝ Γ'.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας ἀδιαφόρως
« πρὸς γάμου κοινωνίαν συνάπτειν τὰ ἑαυτῶν
« παιδία αἱρετικοῖς. »

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸν ιδ' κὰν. τῆς δ' συνόδου, καὶ τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα ἀρκέσουσι πρὸς ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης διάφοροι κανόνες εἰσίν· ὧν ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ ιδ' κανόνος τῆς οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου ἐμνήσθημεν, καὶ ἱκανὰ τὰ ῥηθέντα ἐκεῖ καὶ πρὸς ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος.

ΑΡΙΣΤ. « Αἱρετικοῖς γαμικῶς μὴ συνάλλασσε. »

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας
« ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστα-
« σθαι. »

ΒΑΛΣ. Τὸ παλαιὸν γυναῖκές τινες πρεσβύτιδες καθίσταντο εἰς τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας καθίστων τὰς λοιπὰς γυναῖκας τάξει εἰς εὐταξίαν. Ἐπεὶ οὖν ἐκ τῆς ὁμιλίας τῆς ἀπὸ τούτων ἐβλάπτοντό τινες, μὴ χρωμένων καλῶς τῷ καλῷ διὰ ὑπερηφάνειαν ἢ αἰσχροκέρδειαν, ἐκώλυσαν οἱ Πατέρες τὸ δλως εἶναι τοιαύτας γυναῖκας εἰς ἐκκλησίας, καλουμένας πρεσβύτιδας ἤτοι προκαθημένας. Μὴ εἴπῃς δὲ, Καὶ πῶς; τοῦτο γίνεται εἰς τὰ γυναικεῖα μοναστήρια, καὶ μία

γυνὴ, ἡ ἡγουμένη δηλαδὴ, πασῶν προΐσταται; Ἀκούσεις γὰρ ὅτι ἡ κατὰ Θεὸν ἀποταγὴ καὶ ἀπόκαρσις τὰς πολλὰς ἓν σῶμα ποιεῖ λογίζεσθαι, καὶ πάντα τὰ αὐτῶν πρὸς μόνην ψυχικὴν σωτηρίαν ἀφορῶσι. Τὸ δὲ διδάσκειν γυναῖκα εἰς ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἔνθα πλῆθος ἀνδρῶν συναθροίζεται, καὶ διαφόρων γνωμῶν γύναια, ἀπρεπέστατόν ἐστι καὶ ὀλέθριον.

ZONAR. Ἦσάν τινα παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἔθη, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γινόμενα, ὧν τὰ μὲν ὁ χρόνος ἠλλοίωσε, τὰ δὲ καὶ τέλεον ἔπαυσε, τὰ δὲ καὶ κανόνες ἀπηγόρευσαν, ὧν ἓν ἦν καὶ τὸ πρεσβύτιδάς τινας γηραιὰς γυναῖκας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τάττεσθαι, καὶ προκαθημένας λέγεσθαι, ἐξαρχούσας τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν γυναικῶν, ὥσπερ διδασκάλους καὶ καθιστώσας αὐτὰς πρὸς εὐταξίαν, καὶ ὅπως καὶ ὅπου χρὴ ταύτας ἑστάναι παιδευούσας αὐτάς. Ταύτας οὖν μὴ δεῖν γίνεσθαι ὁ κανὼν διορίζεται, ἢ οὕτω καλεῖσθαι.

ARIST. « Αἱ λεγόμεναι προκαθήμεναι ἐν ἐκκλη-
« σίαις μὴ καθιστάσθωσαν. »

Εἰ γὰρ πολιτικὰ ὀφφίκια κωλύονται ἐνεργεῖν, πῶς ποτε ἐν ἐκκλησίᾳ τοῦ κλήρου πρωτεύουσι, καὶ ὡς κεφαλάς τινας ταῦτα ἔχουσι;

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Περὶ τοῦ τοὺς ἐπισκόπους κρίσει τῶν μητροπο-
« λιτῶν καὶ τῶν πέριξ ἐπισκόπων καθίστασθαι
« εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀρχὴν, ὄντας ἐκ πολ-
« λοῦ δεδοκιμασμένους τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως
« καὶ τῇ τοῦ εὐθέος λόγου πολιτείᾳ. »

BALS. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν κωλύει ὑπὸ τοῦ ὄχλου τοὺς ἐπισκόπους ψηφίζεσθαι· καὶ διορίζεται παρὰ μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων τούτους καθίστασθαι. Παραινεῖ δὲ δοκίμους εἶναι αὐτοὺς κατά τε τὸ δόγμα καὶ τὸν βίον.

ZONAR. Τὸ παλαιὸν οἱ δῆμοι τῶν πόλεων ᾑροῦντο τοὺς ἐπισκόπους· ὅτι δὲ στάσεις ἐντεῦθεν ἠγείροντο, διὰ τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις ἑκάστης ἐπαρχίας τὰ περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων καταστάσεως ἀνετέθη ψηφίσματα. Ἐπάγει δὲ ὁ κανὼν καὶ οἵους δεῖ εἶναι τοὺς εἰς ἐπισκοπὴν προχειριζομένους, ἤγουν πρὸ πολλοῦ δεδοκιμασμένους ἔν τε τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, τουτέστιν ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχοντας περὶ τὴν πίστιν, ἢ καὶ ἄλλως, ἤτοι περὶ τὸν λόγον τῆς πίστεως γεγυμνασμένους καὶ δοκίμους. Τῷ μὲν γὰρ Τιμοθέῳ γράφων ὁ μέγας Παῦλος, διδακτικὸν εἶναι δεῖν λέγει τὸν ἐπισκοπῆς ὀρεγόμενον· τῷ Τίτῳ δ' ἐπιστέλλων, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν· οὕτω μὲν οὖν ἔχειν τὸν ἐπισκοπῆς προστησόμενον ἐν τῷ λόγῳ τῆς πίστεως ὁ κανὼν διατάττεται· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ, ἤγουν τῇ τοῦ βίου διαγωγῇ, εὐθύτατον εἶναι, μὴ σκολιὸν, μὴ πονηρίας μεστὸν, ἀλλὰ κἀκεῖ δεδοκιμασμένον καὶ γνώριμον, ὅτι εὐθὺς

fit in seminarum monasteriis, et una mulier, quæ scilicet præest, omnibus præsidet? Audies enim, quod quæ ex Deo fit renuntiatio, et tonsura, facit ut multæ unum corpus existimentur: et omnia quæ sunt ipsarum, ad solius animæ salutem respiciunt. Docere autem mulierem in ecclesia catholica, ubi virorum multitudo congregatur, et diversarum sententiarum feminæ, est maxime indecorum et perniciosum.

ZONAR. Quædam antiquis temporibus in Ecclesia consuetudines fuere; quas temporis diuturnitas partim immutavit, partim omnino sustulit, aliquæ etiam ex iis canonicis decretis abrogatæ sunt. Talis illa quoque fuit, ut presbyteræ, vetulæ mulieres, in ecclesiis constituerentur, quas etiam præsidentes vocabant; quæ quidem, ingredientibus in ecclesiam feminis, veluti magisterio quodam fungentes, præessent, ac suo quamque ordine rite consistere juberent, et quo quamque loco, quove modo unicuique standum esset, docerent. Ne quæ igitur hujusmodi mulieres eligantur, neve iis nominibus nuncupentur, canon decernit.

ARIST. « Viduæ præsidentes dictæ in ecclesiis ne
« constituantur. »

Si enim politica officia obire prohibentur, quomodo unquam in ecclesia clero præsint, et eas tanquam capita quædam habeant?

CANON XII.

« Quod episcopi metropolitanorum et finitimorum
« episcoporum judicio, in ecclesiastico magistratu
« constituendi sunt, diu probati et in ratione
« fidei et in recti verbi disceptatione. »

BALS. Præsens quoque canon prohibet episcopos a multitudine eligi; et eos a metropolitanis et episcopis constitui oportere decernit. Probari autem eos jubet et in sententia et in vita.

ZONAR. Populi suffragiis olim episcopi eligebantur: sed cum multæ inde seditiones exsisterent, hinc factum est, ut episcoporum uniuscujusque provinciæ auctoritate eligi episcopum quemque oportere decreverint. Deinde vero quales eos, qui episcopi creandi sunt, esse deceat, canon subjungit, longo usu videlicet in ratione fidei probatos, hoc est, in fide sana rectaque constantes, vel aliter, in iis quæ ad fidei rationem spectant exercitatos et probatos. Magnus namque Paulus ad Timotheum scribens, qui episcopatum desiderat, aptum cæteris erudiendis esse oportere pronuntiat. Et ad Titum scribens, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in sana doctrina, et eos qui contradicunt arguere. Ac talem quidem esse eum, qui episcopus creandus est, in ratione fidei, canon jubet: in politia vero, hoc est, ratione et instituto vitæ, rectissimis sensibus euntem, non pravum, neque improbum; sed hic quoque bonæ notæ ac spectatæ pro-

bitatis, et moribus omnino inculpatis esse debere decernit.

ARIST. « Qui fide et vita probatissimus est, ac « eruditissimus, idoneus est qui in episcopatum « eligatur. »

Oportet enim episcopum probatum esse fide et bona vita.

459 CANON XIII.

« Quod turbis non sit permittendum, eorum qui « sunt in sacerdotio constituendi, electionem « facere. »

BALS. A præsenti quoque canone ostenditur, quod antiquitus non solum episcopi eligebantur a populi multitudine, sed etiam sacerdotes: quod vetitum est.

ZONAR. Multitudini, non episcopos tantum, sed sacerdotes quoque, eligendi potestate interdictum fuit.

ARIST. « Qui a secularibus eligitur, non est eli- « gendus. »

Episcopi metropolitanorum et episcoporum sententia constituuntur. Si quis autem non illo modo ad episcopatum promotus fuerit, sed a multitudine eligitur, nec admittendus est nec eligendus.

CANON XIV.

« Quod sancta, instar eulogiarum, in festo Paschæ « in alias parœcias transmitti non debeant. »

BALS. Quod fit hodie a Latinis in festo Paschæ: distribuunt enim laicis azyma, postquam sanctificata fuerint, perinde ac communia: hoc etiam olim fiebat a nostris, ut est verisimile, in sanctis ministeriis. Canon ergo hoc prohibet; et statuit non esse huc et illuc transferenda sancta, perinde ac communia et vulgaria.

ZONAR. Fuit hoc quoque antiqui moris, ut sancta, particulæ videlicet sancti corporis ac sanguinis Christi, Paschæ tempore, ab una parœcia in aliam, benedictionis iis ad quos destinatæ fuerant impertiendæ causa, transmitterentur: quod quidem in posterum ne liceat, hujus canonis decreto sancitum est. Divina enim mysteria longis itineribus circumferri, quæque omni veneratione digna sunt sine honore traduci, a ratione honestateque alienum esse merito ac pie existimatum est.

ARIST. « Sancta ad aliam parœciam dimitti, in- « dignum est. »

Qui divina sacramenta est participaturus, ecclesiam adeat, et a sacerdote aut sacro ministro communionem accipiat, secundum magnum Basilium. At sacra ad alias mitti parœcias, benedictionum instar, indignum est.

CANON XV.

« Quod non oportet, præter canonicos cantores qui « ambonem ascendunt, et ex codice canunt, « aliquos alios canere in ecclesia. »

A ὁ βίος αὐτῷ, καὶ ὁ τρόπος, καὶ ἡ πολιτεία ἀνεπίληπτος.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ πίστει καὶ πολιτείᾳ δοκιμώτατος, καὶ « λογιώτατος, ἐπιτήδειος εἰς ἐπισκοπήν. »

Δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον δόκιμον εἶναι τῇ πίστει καὶ τῷ ὀρθῷ βίῳ.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

« Περὶ τοῦ μὴ τοῖς ὄχλοις ἐπιτρέπειν τὰς ἐκλογὰς « ποιεῖσθαι τῶν μελλόντων καθίστασθαι εἰς ἱε- « ρατεῖον. »

ΒΑΛΣ. Καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος παρίσταται ὅτι οὐ μόνον ἐπίσκοποι τὸ παλαιὸν ἐψηφίζοντο ὑπὸ τῶν ὄχλων, ἀλλὰ καὶ ἱερεῖς, ὅπερ ἐκωλύθη.

B

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον ἐπισκόπων ἐκλογὴν οἱ ὄχλοι ποιεῖν ἐκωλύθησαν, ἀλλ' οὐδὲ ἱερεῖς ἐκλέγεσθαι παρεχωρήθησαν.

ΑΡΙΣΤ. « Ἀνεπίληκτος ὁ κοσμικοῖς ἐκλεγόμενος. »

Ψήφῳ τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῶν ἐπισκόπων καθίστανται οἱ ἐπίσκοποι· εἴ τις δὲ μὴ τοιούτῳ προβιβασθῇ εἰς ἐπισκοπὴν, ἀλλὰ παρὰ τῶν ὄχλων ἐκλεγῇ, ἀδεκτός ἐστι καὶ ἀνεπίληκτος.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

« Περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν « ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας μετα- « πέμπεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Ὅπερ γίνεται σήμερον παρὰ τῶν Λατίνων κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα· ἐπιμερίζουσι γὰρ τὰ ἄζυμα τοῖς κοινολαΐταις μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι ὡς κοινά· τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων, ὡς ἔοικεν, ἐγίνετο τὸ παλαιὸν, εἰς τὰ ἅγια μυστήρια. Κωλύει γοῦν τοῦτο ὁ κανὼν, καὶ διορίζεται μὴ τῇδε κἀκεῖσε μεταχομίζεσθαι, ὡς κοινὰ καὶ τυχόντα, τὰ ὑπεράγια.

C

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῦτο τοῦ παλαιοῦ ἔθους ἦν. Κατὰ γὰρ τὸ Πάσχα ἐπέμποντο ἐκ παροικίας εἰς παροικίαν τὰ ἅγια, ἤγουν μερίδες τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ χάριν εὐλογίας, οἷς ἐστέλλοντο, ὅπερ ὁ κανὼν οὗτος ἐκώλυσε γίνεσθαι. Τὸ γὰρ περιάγεσθαι ἐν μακραῖς ὁδοιπορίαις τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ ὡς ἔτυχε τὰ πάντιμα φέρεσθαι, ἀπρεπὲς καὶ οὐκ εὐσχήμον, ἐλογίσθη δικαίως καὶ εὐσεβῶς.

D

ΑΡΙΣΤ. « Διαπέμπεσθαι τὰ ἅγια εἰς παροικίαν « ἀνάξιον. »

Ὁ μέλλων μετασχεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων τῇ ἐκκλησίᾳ προσερχέτω, καὶ δι' ἱερέως ἢ λειτουργοῦ λαμβανέτω τὴν κοινωνίαν, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον. Τὸ δὲ στέλλεσθαι τὰ ἅγια εἰς παροικίας ἑτέρας, λόγῳ εὐλογιῶν ἀνάξιον.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, « τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων, καὶ ἀπὸ « διφθέρας (58) ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν « ἐν ἐκκλησίᾳ. »

Guill. Beveregii notæ.

(58) *Καὶ ἀπὸ διφθέρας.* Harmenopolus canonis hujus sensum his verbis exprimit, Καὶ ἄνευ τῶν κανονικῶν ψαλτῶν καὶ ἀπὸ διφθέρας ἐπὶ ἄμβωνος ψαλλούντων μηδεὶς ἐν ἐκκλησίᾳ ψαλλέτω, *Extra*

ΒΑΛΣ. Φαίνεται ὅτι τὸ παλαιὸν κοινολαΐται τινες ἰδιοῦντο τὰ τῶν κληρικῶν προνόμια, καὶ ἐπ' ἐκκλησίας τῶν θείων ψαλτιῳδημάτων κατήρχοντο εἰς καταφρόνησιν τῶν κληρικῶν· ἔψαλλον δὲ καί τινα παρηλλαγμένα καὶ ἀσυνήθη, οἷά εἰσι τὰ σήμερον ψαλλόμενα παρὰ τῶν γυναικῶν τῶν ἑπομένων τοῖς σίγνοις. Ταῦτα οὖν ἀποτρέποντες οἱ Πατέρες, φασὶ μηδένα ἕτερον πλὴν τῶν κληρικῶν τῶν ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινωσκόντων ἐπ' ἐκκλησίας κατάρχεσθαι τῶν θείων ψαλτιῳδημάτων. Τὸ γὰρ συμψάλλειν καὶ λαϊκοὺς ἐπ' ἐκκλησίας οὐ κεκώλυται· ἀλλὰ μηδὲ ἑτεροῖα ψάλλειν παρὰ τὰ γεγραμμένα ἐν ταῖς ἀπὸ διφθερῶν, ἤτοι μεμβρανῶν, συντεθειμέναις ἐκκλησιαστικαῖς βίβλοις. Ὅτι δὲ διφθέρα πᾶν δέρμα λέγεται, τῶν ὁμολογουμένων ἐστί. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς μοναχοὺς, τοὺς μὴ δεξαμένους ἐπισκοπικὴν ἐπικουρίδα. καὶ ἀτάκτως ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκοντας· καὶ διὰ τοὺς λαϊκοὺς, τοὺς χοροστάτας τῶν κονδακίων, τοὺς ἐπ' ἐκκλησίας καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς δομεστικεύοντας. Ὡσαύτως σημείωσαι ὅτι καὶ τὰ τῶν ψαλτῶν μινυρίσματα καὶ τὰ θυμελικὰ μελῳδήματα πάντη κεκώλυνται.

ΖΩΝΑΡ. Εὐταξίαν βούλονται οἱ τῆς συνόδου ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φυλάττεσθαι. Διὸ καὶ μὴ δεῖν εἶπον ψάλλειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὸν βουλόμενον, ἀλλὰ τοὺς ψάλτας τοὺς κανονικοὺς, τοὺς ἐν κλήρῳ δηλαδὴ τεταγμένους, τοὺς ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ κεχειροτονημένους, τοὺς ἀπὸ διφθέρας ψάλλοντας. Διφθέρας ὠνόμασαν, ὡς ὁ κλεινὸς Παῦλος μεμβράνας ἐκάλεσεν ἐπιστέλλων τῷ Τιμοθέῳ, *Φέρε*, γράψας, *τὰ βιβλία, μάλιστα δὲ τὰς μεμβράνας*. Διφθέραι γὰρ, τὰ δέρματα λέγονται, ἐξ ὧν αἱ μεμβράναι ἐργάζονται. Τὰ βιβλία τοίνυν τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται καλέσαι οἱ τῆς συνόδου Πατέρες διφθέρας.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ μὴ μετὰ διφθέρας οὐδεὶς ἀμβωνίζεται (59). »

[a] II Tim. IV, 13.

BALS. Videtur quod olim quidam ex plebe laici sibi clericorum privilegia vindicabant, et in ecclesiis divina cantica incipiebant, ad clericorum contemptum : canebant autem et quædam dissona et insuetata ; cujusmodi sunt quæ hodie canuntur a mulieribus, quæ vexilla sequuntur. Hæc ergo prohibentes Patres, dicunt nullum alium, præter clericos qui in ambone legunt in ecclesia, sancta cantica debere incipere. Neque enim vetitum est, quominus etiam laici in ecclesiis concinant : non aliena autem canant ab iis quæ in libris ecclesiasticis ex diphtheris, id est, membranis, compositis scripta sunt. Quod autem diphthera dicatur omnis pellis, in confesso est. Nota hæc propter monachos, qui episcopalem tonsuram non susce- B pere, et in ambone inordinate legunt : et propter laicos, qui ex voluminibus chororum auctores sunt in ecclesia, et in foris domestice agunt. Nota similiter, quod cantorum molles fractæque et scenicæ modulationes sunt omnino prohibitæ.

460 ZONAR. In ecclesiis bonum ordinem synodi Patres retineri volunt. Proinde in iis non quoscunque, sed cantores tantum canonicos in clerum videlicet ascriptos, qui in unaquaque ecclesia ordinati et e diphthera psallere docti sunt, psallendi munus obire oportere decernunt. Diphtheras porro eas, quæ ab inclyto Paulo ad Timotheum scribente membranæ appellatæ sunt, nominavere : *Afer*, inquiens, *libros, præsertim vero membranas* [a]. Sunt C enim diphtheræ pelles, ex quibus membranæ conficiuntur. Ex quo diphtheræ appellatione libros ecclesiasticos sancti Patres intellexisse existimantur.

ARIST. « Nisi cum pelle, nemo suggestum « ascendit. »

Guill. Beveregii notæ.

cantores canonicos, deque codice in pulpito legentes nemo in ecclesia canat. In quam præsentis canonis Epitomen scholiastes hæc habet, ἤγουν τῶν ἀπὸ κανόνος γινομένων. Διφθέρας δὲ τὰς βίβλους καλεῖ, διὰ τὸ μεμβράνας αὐτὰς εἶναι. Διῳθέραι δὲ τὰ δέρματα. Extra canonicos cantores, *hoc est, qui secundum canonem sunt; διφθέρας autem libros vocat, quod membranæ sint; διφθέραι enim pelles sunt.* Harm. sect. 3, tit. 2. Sic etiam Herodotus βίβλους antiquitus ab ipsis Ionibus διφθέρας vocari tradit ; eo nimirum quod aliquando in papyri penuria membranis sive pellibus caprinis et ovinis usi sunt, ἐν φάναι βίβλων ἐχρέωντο διφθέρῃσι αἰγείῃσί τε καὶ οἰήῃσι : et addit, nonnullos suis etiam diebus in διφθέραις scribere, ἔτι δὲ καὶ τὸ κατ' ἐμὲ πολλοὶ τῶν Βαρβάρων ἐς τοιαύτας διφθέρας γράφουσι. Herod. l. 5. Hinc Διφθεράλοιφος Hesychio exponitur γραμματοδιδάσκαλος, παρὰ Κυπρίοις. Nonnunquam etiam in eis scriptum esse, testatur Suidas, dicens, Εἰς διφθέρας γὰρ τὰς διανοίας ἑαυτῶν γράψας ὁ ἑρμῆων ἔπεμπε τοῖς πολεμίοις ἐν τῇ Λακωνικῇ. Suid. in διφθέρα. Hinc nos ἀπὸ διφθέρας, *ex codice* vertimus, pro quo Gentianus Hervetus habuit *ex membrana*. Sic enim et Isidorus Mercator vertit, canonem sic interpretatus, *Non licere præter canonicos psaltes, id est, qui regulariter cantores existunt, quique in pulpitum ascendunt, et de codice legunt, alium quemlibet in ecclesia psallere.* Neque aliter Dionysius Exiguus, cujus verba mox proferemus.

(59) *Εἰ μὴ μετὰ διφθέρας οὐδεὶς ἀμβωνίζεται.* Hæc canonis præsentis epitome in Justelli Bibliotheca, sub Alexii Aristeni pariter atque Symeonis Logothetæ nomine legitur, εἰ μὴ ἀπὸ διφθέρας μηδεὶς ἀμβωνίζεται. Et sic quidem in ipso canone legitur ἀπὸ διφθέρας. Sed Aristenum legisse μετὰ ex ipsius scholio patet, in quo ait, εἰ μὴ μετὰ διφθέρας ἤτοι φελωνίου. Adeo ut vox μετὰ ab eo lecta, illum in errorem duxerit, ut arbitraretur hic cantum esse, ne quis sine pelle sive penula ex pellibus facta, ambonem ascenderet. Sic enim et διφθέρα nonnunquam significat. Suidas, Διφθέρα ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐκ δερμάτων. Sed in hæc præterea epitome observetur, canonem ita expositum esse, ac si vetitum hic esset, ἀμβωνίζειν, *ambonem ascendere*, nisi pellem (quemadmodum nos juxta Aristeni scholium hic vertimus) habeat. Et quidem Dionysius Exiguus etiam *in pulpitum ascendere* hic prohiberi opinatus est. Vertit enim, *Quod non oporteat amplius præter eos, qui regulariter cantores exsistunt, qui et de codice canunt, alios in pulpitum conscendere, et in ecclesia psallere.* Quæ quidem versio omnibus Græcis codicibus, quæ hodie exstant, refragatur, in quibus nostra lectio constanter retinetur.

Non oportet quoslibet suggestum ascendere et divinos sermones populo succlamare qui tonsuram sacerdotalem non habent, nec benedictionem a proprio pastore canonice acceperunt. Sed et eos non aliter e suggesto psallere, nisi cum pelle sive penula.

A

Οὐ δεῖ ἐπ' ἄμβωνος ἀνέρχεσθαί τινας, μὴ ἱερατικὴν κουρὰν ἔχοντας, καὶ τὴν εὐλογίαν ὑπὸ τοῦ οἰκείου ποιμένος κανονικῶς δεξαμένους καὶ τοὺς θείους τῷ λαῷ λόγους ὑποφωνεῖν. Πλὴν δὲ τούτου μὴ ἄλλως ψάλλειν ἐπ' ἄμβωνος, εἰ μὴ μετὰ διφθέρας, ἤτοι φελωνίου.

CANON XVI.

« Quod Evangelia cum aliis Scripturis Sabbato « legenda sunt. »

KANΩN IϚ'.

« Περὶ τοῦ ἐν Σαββάτῳ Εὐαγγέλια μετὰ ἑτέρων « Γραφῶν ἀναγινώσκεσθαι. »

BALS. Antequam completa esset ecclesiasticorum canticorum constitutio, non legebatur Evangelium, vel aliqua alia Scriptura in ecclesia, die Sabbati: sed propter canones, qui dicunt die Sabbati non esse jejunandum, vel genu flectendum, homines ut plurimum tunc festum agebant, et nec ecclesiastici quidem conventus fiebant. Hoc ergo prohibentes Patres, statuerunt die quoque Sabbati peragendum esse omne ecclesiasticum officium.

ΒΑΛΣ. Πρὸ τοῦ συντελεσθῆναι τὴν κατάστασιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ψαλτῳδημάτων οὐκ ἀνεγινώσκετο Εὐαγγέλιον, ἢ ἄλλη τις Γραφὴ ἐπ' ἐκκλησίας κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Σαββάτου· ἀλλὰ διὰ τοὺς κανόνας, τοὺς λέγοντας μὴ νηστεύειν ἢ γόνυ κάμπτειν κατὰ τὸ Σάββατον, ἐπαναγύριζον τηνικαῦτα οἱ ἄνθρωποι τὰ πολλὰ, μηδὲ ἐκκλησιαστικῶν συνάξεων γινομένων. Τοῦτο οὖν οἱ Πατέρες ἀποτρέποντες, ὥρισαν καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν τελεῖσθαι.

B

ZONAR. Quæ ad ecclesiarum constitutionem postea sancita sunt, ea quo tempore hæc synodus habebatur, minus diligenter explicata fuisse apparet; verum ubi fideles convenissent, precationibus tantummodo intenti erant, indeque sacrificium incruentum per sacerdotes offerebatur: proindeque a synodo singulis Sabbatis ad consummationem fidelium, cum aliis, quæ ex Scriptura legebantur, Evangelium quoque recitari decretum est.

ΖΩΝΑΡ. Ἔοικε μήπω τότε τὴν κατάστασιν τῶν ἐκκλησιῶν εἶναι, οἵα μετὰ ταῦτα ἐγένετο, ἀλλ' ὅταν ἠθροίζοντο οἱ πιστοὶ, εὐχαὶ μόνον ἐγίνοντο, καὶ προσέφερον τὴν ἀναίμακτον θυσίαν οἱ ἱερεῖς· καὶ διὰ τοῦτο ὥρισεν ἡ σύνοδος εἰς κατάρτισμὸν τῶν πιστῶν ἀναγινώσκεσθαι ἐν Σαββάτῳ Εὐαγγέλιον μετὰ ἑτέρων Γραφῶν.

ARIST. « Evangelium et apostolus, et cæteræ « Scripturæ Sabbatis legantur. »

ΑΡΙΣΤ. « Εὐαγγέλιον, καὶ ἀπόστολος καὶ ἕτεραι « Γραφαὶ ἀναγινωσκέσθωσαν τοῖς Σάββασι. »

C

CANON XVII.

« Quod non oportet psalmos in conventibus con- « nectere; sed unumquemque psalmum, interjecto « spatio, esse legendum. »

KANΩN IZ'.

« Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπισυνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι « τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου καθ' ἕκαστον « ψαλμὸν γίνεσθαι ἀνάγνωσιν. »

BALS. Cum psalmi uno contextu ex antiqua traditione legerentur, et populus, qui congregabatur, ex eo molestia afficeretur, et labore propterea confectus nullam ejus curam gereret, et ab ecclesia exiret; statuerunt Patres non esse psalmos in ecclesiasticis congregationibus continuo legendos, sed aliquo interredente lectionem esse faciendam, ut aliquantulum quiescat populus, et rursus canat. Propterea enim et in diversas sessiones sacrum distributum est psalterium. Sunt ergo sanctis Patribus gratiæ agendæ pro hac eorum cura.

ΒΑΛΣ. Τῶν ψαλμῶν ἀναγινωσκομένων διὰ μιᾶς ὑφῆς κατὰ παλαιὰν παράδοσιν, καὶ τοῦ συναγομένου λαοῦ ἀποκναίοντος, κάντεῦθεν ἀκηδιῶντος ἀπὸ τοῦ κόπου, καὶ ἐξερχομένου ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, ὥρισαν οἱ Πατέρες μὴ συναπτῶς ἐν ταῖς συνάξεσιν ἐκφωνεῖσθαι τοὺς ψαλμοὺς, ἀλλὰ διὰ μέσου γίνεσθαι καὶ ἀναγνώσεις, ἐπὶ τῷ ἀναπαύεσθαι τὸν λαὸν πρὸς μικρὸν, καὶ πάλιν ψάλλειν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ εἰς καθίσματα διάφορα τὸ ἱερὸν κατεμερίσθη ψαλτήριον. Χάρις οὖν τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς κηδεμονίας.

D

ZONAR. Fuit hoc quoque antiquæ consuetudinis, quæ quidem, alio nunc rerum ecclesiasticarum ordine instituto, sublata est.

ΖΩΝΑΡ. Ἔθους ἦν καὶ τοῦτο παλαιοῦ, ὅπερ ἐσχόλασεν εἰς ἄλλην κατάστασιν καὶ τάξιν ἐλθούσης τῆς Ἐκκλησίας.

ARIST. « In conventibus lectiones psalmos inter- « serent. »

ΑΡΙΣΤ. « Ἐν ταῖς συνάξεσιν ἀναγνώσεις τοὺς ψαλ- « μοὺς περικοπτέτωσαν. »

Populo in ecclesia mane congregato, oportet inter psalmos lectiones fieri, et non eos conjungere, et continuo psallere, ne qui congregantur, defessi ad negligentiam inclinent.

Τοῦ λαοῦ πρὸς ὄρθρον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συναθροιζομένου, δεῖ μεταξὺ τῶν ψαλμῶν ἀναγνώσεις γίνεσθαι· καὶ μὴ ἐπισυνάπτειν αὐτοὺς, καὶ ψάλλειν κατὰ συνέχειαν, ἵνα μὴ κατάσκοποι γενόμενοι οἱ συναθροιζόμενοι πρὸς ῥᾳθυμίαν ἐκκλίνωσι.

461 CANON XVIII.

« Quod idem precum ministerium omnino debeat « fieri et in nonis et in vesperis. »

KANΩN IH'.

« Περὶ τοῦ τὴν αὐτὴν λειτουργίαν τῶν εὐχῶν πάν- « τοτε καὶ ἐν τοῖς ἐννάταις καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις « ὀφείλειν γίνεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν διορθωτικός ἐστι παλαιοῦ τινος ἔθους ἀτάκτου. Φαίνεται γὰρ ὡς τινες ἐξ ὑπερηφάνειας εὐχὰς συντιθέμενοι εἰς τὰς ἑσπερινὰς ὑμνῳδίας καὶ ἀναγινώσκον αὐτάς· καὶ αἰτιώμενοι, ἔλεγον μηδέν τι ἀπεικὸς ποιεῖν, μηδὲ παραλύον τὰς παρὰ τῶν Πατέρων δεδομένας εὐχάς. Ἐκεῖναι μὲν γὰρ εἰς τὰς ἐννάτας ἐτυπώθησαν γίνεσθαι, αἱ δὲ παρ' αὐτῶν γεγονυῖαι εἰς τὰς ἑσπερινὰς ὑμνῳδίας ἐκφωνοῦνται. Φασὶν οὖν Πατέρες ἀρκεῖν τὰς παραδεδομένας εὐχὰς καὶ ἐν ταῖς ἐννάταις καὶ ἐν ταῖς ἑσπέραις καὶ ἐν πάσαις ἁπλῶς τοῦτο συνάξεσι· καὶ μὴ ἔχειν ἄδειαν τὸν βουλόμενον εὐχὰς συντιθέναι. A

ΖΩΝΑΡ. Ὁ εἰκοστὸς τρίτος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου καν. διατάττεται, ἐν ταῖς ἐκεσίαις τὰς κεκυρωμένας παρὰ τῆς συνόδου εὐχὰς παρὰ πάντων λέγεσθαι, καὶ μὴ νέας ἄλλας. Τοῦτο οὖν ἔοικε καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεσθαι, τὸ μὴ τὸν βουλόμενον δηλαδὴ εὐχὰς ἰδίας συντιθέναι, καὶ ταύτας λέγειν ἐν ταῖς συνάξεσιν, ἀλλὰ τὰς αὐτὰς εὐχάς, ἤγουν τὰς ἤδη παραδεδομένας, γίνεσθαι ἐν πάσῃ συνάξει. B

ΑΡΙΣΤ. « Ἐννάταις καὶ ἑσπέραις αἱ αὐταὶ εὐχαὶ ἐπιτελείσθωσαν. »

Παρὰ τὰς κεκυρωμένας εὐχὰς καὶ τὰ κεκανονισμένα βιβλία οὐ δεῖ εὐχὰς ἄλλας ἢ ψαλμοὺς ἰδιωτικοὺς ἢ λέγεσθαι, ἢ ψάλλεσθαι· ἀλλὰ τὰς αὐτὰς εὐχὰς ἀεὶ ἐπιτελεῖσθαι καὶ ἐν ἐννάταις καὶ ἐν ἑσπέραις.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

« Περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν C « ἐπισκόπων καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπι- « τελεῖσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν, τοὺς κατη- « χουμένους τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, « καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα καὶ ὑπο- « χωρησάντων, οὕτω τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γί- « νεσθαι τρεῖς, μίαν μὲν τὴν πρώτην διὰ σιω- « πῆς, τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην διὰ προσφω- « νήσεως πληροῦσθαι· εἶθ' οὕτω τὴν εἰρήνην « δίδοσθαι. Καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ « ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν « εἰρήνην διδόναι, καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφο- « ρὰν ἐπιτελεῖσθαι. Καὶ μόνοις ἐξὸν εἶναι τοῖς « ἱερατικοῖς εἰσιέναι εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ « κοινωνεῖν. »

ΒΑΛΣ. Κατηχούμενοι μὲν λέγονται οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα ἑτοιμαζόμενοι. Ἐν μετανοίᾳ δέ εἰσιν οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες πιστοί, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας· μεταλήψεως. Καταλαμβάνεται οὖν ὡς ἄλλη τις ἀκολουθία ἐκράτει κατὰ τὸν τότε καιρὸν ἐν τῇ θείᾳ ἱεροτελεστίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο οἱ Πατέρες ὥρισαν τὰ ἐνταῦθοι κανονισθέντα. Ἐπεὶ δὲ σήμερον εἰς ἄλλην ἀκολουθίαν μετέπεσον ταῦτα, οὐ χρὴ περὶ ἐκείνων ἑρμηνεύειν. Εἰρήνη δὲ μέσον τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ. Ἀγάπης γὰρ σύμβολόν ἐστιν ὁ ἀσπασμός. Τῇ δὲ ἀγάπῃ τὸ εἰρηνεύειν ἑπόμενον. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος μόνοις τοῖς ἱερωμένοις ἔφεῖται ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου κοινωνεῖν. Περὶ δὲ τοῦ μὴ εἰσιέναι λαϊκοὺς εἰς τὸ θυσιαστή- D

BALS. Hic quoque canon veterem quemdam inordinatum morem corrigit. Quidam enim propter arrogantiam, ut videtur, in vespertinos hymnos preces componentes eas legebant: et cum reprehendebantur, se nihil absurdum alienumve facere, nec a Patribus datas orationes dissolvere dicebant. Illæ enim in nonis fieri jussæ sunt: quæ autem ab ipsis factæ sunt, in vespertinis hymnis proferuntur. Dicunt ergo Patres, sufficere preces, quæ sunt traditæ, et in nonis et in vesperis, et in omnibus, ut semel dicam, congregationibus: nec licere ei, qui velit, preces componere.

ZONAR. Ut in supplicationibus probatæ tantummodo per synodi precationes, rejectis aliis novis, ab omnibus adhibeantur, Carthaginensis synodi canone 23 constitutum est. Idem hoc quoque canone decretum videtur, ac ne cuilibet pro arbitrio formulas precum contexere, easque in publicis conventibus recitare liceat; sed easdem, hoc est, diuturna consuetudine usurpatas, in quocunque conventu omnes retineant, definitum.

ARIST. « Nonis ac vesperis eædem preces peragantur. »

Præter preces auctoritate comprobatas, et libros canonice sanctos, non oportet alias preces vel psalmos privatos, vel legere vel psallere, sed easdem preces semper peragere, et in nonis et in vesperis.

CANON XIX.

« Quod oportet seorsum primum, post episcoporum « sermones, catechumenorum orationem peragi, « et postquam exierint catechumeni, eorum, qui « pœnitentiam agunt, fieri orationem, et cum ii « sub manum accesserint et secesserint, tres fi- « deliun preces sic fieri; unam quidem, scilicet « primam, silentio; secundam autem et tertiam « pronuntiatione impleri; deinde sic pacem dari. « Et posteaquam presbyteri episcopo pacem dede- « rint, tunc laicos etiam pacem dare, et sic san- « ctam oblationem perfici. Et solis licere sacratis « ad altare accedere et communicare. »

BALS. Catechumeni dicuntur, qui ad baptismum præparantur. In pœnitentia sunt seu pœnitentiam agunt fideles, quibus ob peccata aliqua pœna injuncta est, qui etiam sancta communione digni habentur. Colligitur ergo, quod alia quædam erat consequentia in sacro divino mysterio eo tempore, et propterea statuerunt quoque Patres quæ hic constituta sunt. Quoniam autem hæc ad aliam consequentiam nunc dierum devenerunt, ea interpretanda non sunt. Pax autem fit inter episcopos per salutationem seu amplexum. Dilectionis enim signum est salutatio et complexus. Dilectioni autem pacificum esse est consequens. Nota autem, quod ex præsenti canone solis sacratis permittitur ad altare communicare. Quod autem non debeant laici ad altare in-

gredi, lege sextæ synodi canones 69 et 70 et præsentis synodi canonem 44.

ZONAR. Concio ad catechumenos, iis docendis, ac erudiendis, primo loco ab episcopis habebatur; tum precatione in catechumenos recitata illi egrediebantur, moxque in eos, qui pœnitentiam agebant, altera precatio adhibebatur; aliaque ut in canone dicitur, peragebantur. Verum hoc tempore, quæ ad pœnitentes spectant, nescio quomodo intermissa obsoleverunt. Ad hæc pacem episcopis offerre, ac in eorum videlicet amplexum progredi sacerdotes consueverant. Signum **462** namque est dilectionis amplexus; dilectionem vero pax consequitur. Sacerdotibus quoque vicissim pacem laici offerebant, quod nunc, ut alia multa ex antiquo ritu, usurpari desitum est. Hæc omnia sacræ oblationis celebritas, hoc est, incruenti sacrificii oblatio consecratioque, ac ea perfecta, sacrorum deinde munerum communicatio consequebatur. Cujus quidem percipiendæ causa altaris septa ingredi, sacro tantum ordine initiatis hominibus concessum esse, canon affirmat.

ARIST. « Post catechumenorum, pœnitentium preces offerri oportet, et postea fidelium. Et post pacem, sive amplexum, oblationem fieri : solis sacerdotibus altaris septa ingredientibus, et communicantibus. »

Præsens canon ordinem precum docet, et quomodo fieri debent. Et dicit primo quidem catechumenorum precationem peragendam esse, postea eorum qui pœnitentiam agent, et postea fidelium. Tunc pacem et amplexum fieri, et sic divinam oblationem peragi, et solos homines sacerdotales intra altaris septa participare.

CANON XX.

« Quod non oportet diaconum ante presbyterum « sedere, sed sedere cum jussu presbyteri. Similiter autem diaconis haberi honorem a ministris et omnibus clericis oportet. »

BALS. Quæ in canone 7 sextæ synodi et 18 Nicænæ scripta sunt, de ordine presbyterorum et diaconorum, sufficiunt ad præsentis canonis interpretationem.

ZONAR. De sacerdotibus, diaconis, aliisque sacris ordinibus, quem quisque proprium honoris locum habere debeat, canone 7 sextæ synodi constitutum est : et quæcunque eo loco attulimus, ad hujus quoque canonis explicationem transferri commode possunt.

ARIST. « Diaconus nisi jussus ne sedeat. »

Diaconus ne sedeat coram presbytero, nisi ab eo mandatum habet, sed nec reliqui ecclesiæ ministri et clerici ante diaconum, nisi et ipse ab eo in mandatis acceperunt.

ριόν ἀνάγνωθι τῆς ς' συνόδου κανόνας ξθ' καὶ ο' καὶ τῆς παρούσης συνόδου κανόνα μδ'.

ΖΩΝΑΡ. Τοῖς κατηχουμένοις ὡμίλουν πρότερον οἱ ἐπίσκοποι κατηχοῦντες καὶ διδάσκοντες αὐτούς· εἶτα ἐλέγετο ἡ ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχή, καὶ ἐξελθόντων ἐκείνων, τοῖς ἐν μετανοίᾳ οὖσιν ἑτέρα ἐτελεῖτο εὐχή, καὶ τὰ λοιπά, ἃ ὁ κανὼν λέγει. Ἀλλὰ νῦν τὰ τῶν ἐν μετανοίᾳ οὐ γίνεται, οὐκ οἶδ' ὅπως· σχολάσαντα. Εἶτα τὴν εἰρήνην τοῖς ἐπισκόποις ἐδίδουν οἱ ἱερεῖς, τὸν ἀσπασμὸν δηλαδή. Ἀγάπης γὰρ σύμβολόν ἐστιν ὁ ἀσπασμός, τῇ δὲ ἀγάπῃ τὸ εἰρηνεύειν ἑπόμενον. Καὶ τοῖς ἱερεῦσιν αὖθις οἱ λαϊκοὶ ἐδίδουν τὴν εἰρήνην, ὃ νῦν οὐ γίνεται, ὡς καὶ ἄλλα τῶν πάλαι τελουμένων πολλά. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ τῆς προσφορᾶς ἐγίνετο τελετὴ ἤτοι προσφέρετο ἡ ἀναίμακτος θυσία, καὶ ἡγιάζετο, τελεσθείσης δὲ τῆς θυσίας ταύτης ἡ μετάδοσις αὐτῆς ἐνηργεῖτο. Κοινωνεῖν δὲ ταύτης ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου μόνοις τοῖς ἱερατικοῖς ἔξεστι, λέγει ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ. « Μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων εὐχὴν τὴν « τῶν ἐν μετανοίᾳ προσάγεσθαι δεῖ, καὶ μετὰ « τοῦτο, τὴν τῶν πιστῶν· καὶ μετὰ τὴν εἰρήνην, « ἤτοι τὸν ἀσπασμὸν, τὴν ἀναφορὰν γίνεσθαι, μό- « νον εἰσιόντων εἰς τὸ βῆμα, καὶ μεταλαμβανόν- « των τῶν ἱερέων. »

Ὁ παρὼν κανὼν τὴν τάξιν διδάσκει τῶν εὐχῶν, ὅπως ὀφείλει γίνεσθαι· καὶ φάσκει πρῶτα μὲν τὴν τῶν κατηχουμένων ἐπιτελεῖσθαι εὐχὴν, εἶτα τὴν τῶν ἐν μετανοίᾳ προσάγεσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν τῶν πιστῶν. Εἶτα τὴν εἰρήνην, καὶ τὸν ἀσπασμὸν γίνεσθαι, καὶ οὕτω τὴν ἁγίαν προσφορὰν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μεταλαμβάνειν ἐντὸς τοῦ βήματος μόνους τοὺς ἱερατικούς.

ΚΑΝΩΝ Κ'

« Ὅτι οὐ διάκονον ἔμπροσθεν πρεσβυτέρου καθίζε- « σθαι, ἀλλὰ μετὰ κελεύσεως τοῦ πρεσβυτέρου « καθίζεσθαι. Ὁμοίως δὲ ἔχειν τιμὴν καὶ τοὺς « διακόνους ὑπὸ τῶν ὑπηρετῶν καὶ πάντων τῶν « κληρικῶν. »

ΒΑΛΣ. Τὰ γραφέντα εἰς τὸν ζ' κανόνα τῆς ς' συνόδου, καὶ τὸν ιη' τῆς ἐν Νικαίᾳ περὶ τάξεως πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἀρκοῦσι καὶ εἰς ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἑβδομος κανὼν τῆς ἑκτης συνόδου περὶ τάξεως ὁρίζει πρεσβυτέρων καὶ διακόνων καὶ τῶν λοιπῶν ἱερῶν ταγμάτων· καὶ ὅσα ἐν ἐκείνῳ εἴρηται ἁρμόσουσι καὶ τῷ παρόντι κανόνι.

ΑΡΙΣΤ. « Ἀκέλευστος μὴ καθιζέσθω διάκονος. »

Ἔμπροσθεν πρεσβυτέρου μὴ καθιζέσθω διάκονος, εἰ μὴ κελευσθῇ ὑπ' αὐτοῦ· ἀλλὰ μηδὲ οἱ λοιποὶ ὑπηρέται τῆς ἐκκλησίας καὶ κληρικοὶ ἔμπροσθεν διακόνου, εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ ὑπ' αὐτοῦ κελευσθῶσιν.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτας ἔχειν χώραν ἐν τῷ διακο-
« νικῷ, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν. »

ΒΑΛΣ. Ὑπηρέται λέγονται οἱ ὑποδιάκονοι. Τούτους οὖν κωλύει ὁ κανὼν τὰ τῶν διακόνων μεταχειρίζεσθαι, ἤγουν ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν, τουτέστι τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Μηδὲ γὰρ εἴπῃς μὴ ὀφείλειν τούτους ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν, ἤτοι τοῦ ἁγίου ποτηρίου καὶ τοῦ ἁγίου δίσκου, κενῶν ὄντων. Αὐτοῖς γὰρ μᾶλλον οἰκεία ἐστὶν ἡ τούτων ὑπηρεσία ἢ καὶ μετάθεσις.

ΖΩΝΑΡ. Ὑπηρέτας τοὺς ὑποδιακόνους λέγει, οὓς οὐ χρὴ, φησὶν ὁ κανὼν, χώραν ἔχειν ἐν τῷ διακονικῷ, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐκκεχώρηται αὐτοῖς ἐνεργεῖν τὰ τῶν διακόνων, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν, ἢ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου, τῶν εἰς θυσίαν προσφερομένων, ἢ τῶν δεχομένων αὐτὰ σκευῶν, τοῦ ἱεροῦ δίσκου καὶ τοῦ ποτηρίου· οὐ γὰρ ἐφεῖται αὐτοῖς προσκομίζειν.

ΑΡΙΣΤ. « Σκευῶν ὑπηρέτης μὴ ἅπτοιτο. »
Οὐ χειραπτοῦσιν οἱ ὑπηρέται τῆς Ἐκκλησίας τῶν σκευῶν τῶν δεσποτικῶν· ἀλλὰ παρὰ ἱερέων, ἢ διακόνων, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ ταῦτα προσάγονται.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ὡράριον φορεῖν, οὐδὲ τὰς
« θύρας ἐγκαταλιμπάνειν. »

ΒΑΛΣ. Τὸ ὡράριον φορεῖν μόνων ἐστὶ τῶν διακόνων. Οὗτοι γὰρ τοῖς ἱερουργοῦσι παριστάμενοι, καὶ ἐπιτηροῦντες τὰς τῶν ἁγίων εὐχῶν τελετὰς καὶ τὰς τῶν πρεσβυτέρων ἐκφωνήσεις, διδάσιν εἰδῆσιν διὰ τοῦ ὡραρίου τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι διακόνοις τῆς ὀφειλούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως, ἤγουν τοῦ καιροῦ τῆς ἐκτενῆς τῶν αἰτήσεων τῶν κατηχουμένων, καὶ τῶν λοιπῶν. Καὶ ἐκλήθη ὡράριον ἀπὸ τοῦ ὁρῶ, τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ. Ὥσπερ δὲ τοῖς διακόνοις τοῦτο ἀπενεμήθη, δέδοκται καὶ τοὺς ὑποδιακόνους τὰς θύρας τῶν ἐκκλησιῶν κατέχειν, καὶ εἰσάγειν καὶ ἐξάγειν τοὺς κατηχουμένους καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ σήμερον παρὰ τῶν ὑποδιακόνων λέγεται τὸ, Ὅσοι πιστοί, δηλονότι οἱ μὴ πιστοί, ἀλλὰ κατηχούμενοι ὄντες, ἐξέλθετε· οἱ δὲ πιστοί, ἵστασθε, ὀψόμενοι τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων θυσίαν. Καὶ οὐ μόνον ταῦτα τὰ προνόμια τούτοις ἐδόθησαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς λοιποῖς τάγμασι. Τοῖς γὰρ ἀναγνώσταις διακονία ἐδόθη οὐχὶ τὸ ψάλλειν, ἀλλὰ τὸ ἀναγινώσκειν τὰς θείας Γραφὰς ἐπὶ κοινῇ ἀκροάσει, καὶ τοῖς ψάλταις τὸ ψάλλειν. Ἐπειδὴ οὖν ἐπεχείρουν τινὲς ὑποδιάκονοι ὡράρια φορεῖν παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν, ἐκώλυσαν τοῦτο οἱ Πατέρες, καὶ διωρίσαντο μὴ ἐγκαταλιμπάνειν αὐτοὺς τὴν φυλακὴν τῶν ἀπονεμηθεισῶν αὐτοῖς θυρῶν τῶν ἐκκλησιῶν, ἵνα μὴ ἀταξία γένηται τῶν ἱερῶν ταγμάτων.

ΖΩΝΑΡ. Ἑκάστῳ ἱερῷ τάγματι ἀπονενέμηται καὶ στολὴ οἰκεία αὐτῷ, καὶ ὑπηρεσία. Τοῖς γοῦν

A

CANON XXI.

« Quod non oporiet ministros locum habere in dia-
« conico, et sacra vasa tangere. »

BALS. Ministri dicuntur subdiaconi. Canon ergo eos prohibet ea, quæ ad diaconos pertinent, aggredi, seu sacra vasa tangere, scilicet corporis et sanguinis Christi. Neque enim dixeris, non debere eos sacra vasa tangere, seu sacrum calicem et sacram patinam, cum sunt inanes. Eorum enim ministerium sive translatio eis magis convenit.

ZONAR. Ministrps hic hypodiaconos nominat, quos quidem canon in diaconico locum habere
B negat oportere. Quod ita intelligendum est, ut diaconorum munera obire, ac res sacras, panem scilicet ac vinum, quæ in sacrificio offeruntur, aut vasa quibus hæc excipiuntur, patellam nempe sacram et calicem contingere, cum nec usquam hæc deferri per eos liceat, nequaquam ipsis concessum esse demonstret.

ARIST. « Vasa minister ne tangat. »
Ecclesiæ ministri vasa Dominica manibus non tangunt, sed a sacerdotibus aut diaconis ad mensam ea adducuntur.

463 CANON XXII

« Quod non oportet ministrum ferre orarium, neque
C « ostia relinquere. »

BALS. Orarium ferre est solorum diaconorum. Hi enim eis, qui celebrant, assistentes, et sanctarum orationum mysteria, et presbyterorum prolationes observantes, eis qui sunt in suggestu diaconis per orarium significant quando debeat fieri pronuntiatio seu prolatio petitionum catechumenorum, et reliquorum. Et appellatum est orarium ἀπὸ τοῦ ὁρῶ, quod est observo. Quemadmodum autem hoc diaconis est attributum, visum est hypodiaconos quoque ecclesiarum fores tenere, et catechumenos introducere et educere, ac eos qui sunt in pœnitentia. Propterea enim hodie quoque etiam ab hypodiaconis dicitur illud, Quotquot fideles, qui scilicet non estis fideles, sed catechumeni, egredimini:
D fideles autem state, visuri sanctorum mysteriorum sacrificium. Et non solum eis hæc privilegia data sunt, sed reliquis etiam ordinibus. Lectoribus enim ministerium datum est, non psallendi, sed legendi divinas Scripturas in communi auditione: et cantoribus, psallendi. Quia ergo conabantur quidam subdiaconi ferre oraria, contra traditionem ecclesiasticam, Patres hoc prohibuerunt, et statuerunt, ut ii non relinquerent sibi attributam custodiam portarum ecclesiæ: ne sit sanctorum ordinum confusio.

ZONAR. Unicuique sacro ordini, et suus habitus, et propria ministeria attributa fuere. Ministris igitur

quos hypodiaconos esse diximus, orarium deferre A vellitum est. Diaconorum namque id est peculiare. Illud vero, ne a foribus abscedant, ita intelligi debet, siquidem antiquis temporibus ad fores ecclesiæ consistere, ibique catechumenis, et iis qui in pœnitentium ordine censebantur, cum opus foret, emittendis operam dare hypodiaconi soliti sunt. Propteres nunc quoque illud, Quicunque estis catechumeni, egredimini, ipsi pronuntiant. Quod si hoc tempore nequaquam ad fores ecclesiæ assident, non est cur miremur. Multi etenim alii antiqui Ecclesiæ mores nunc quidem omnino immutati sunt. Sic divinas quoque Scripturas in conventu populi recitare, quod vel ex ipso lectoris nomine, tum ex sequenti canone tum ex Carthaginensis synodi canone 90 demonstratur, proprium lectorum officium ac munus fuit : quibus tamen plurima hoc tempore canendi cura, cum eos lectioni raro admodum operam navare contingat.

ὑπηρέτας, ἤτοι τοῖς ὑποδιακόνοις (60), οὐκ ἐφεῖται φορεῖν ὡράριον. Τοῦτο γὰρ τῶν διακόνων ἐστί. Τὸ δὲ μὴ ἐγκαταλιμπάνειν τὰς θύρας ὑπηρέτουν τῶν ἐκκλησιῶν, ἐκβάλλοντες τοὺς κατηχουμένους καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ, ὅτι δεῖ. Διὸ καὶ νῦν αὐτοὶ ἐκφωνοῦσι τό, Οἱ κατηχούμενοι, προέλθετε. Εἰ δὲ νῦν οὐ περὶ τὰς θύρας ἀσχολοῦνται, οὐ θαυμαστόν. Πολλὰ γὰρ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις πάλαι γινομένων νῦν ἄλλως ἐκράτησε γίνεσθαι. Καὶ τοῖς ἀναγνώσταις γὰρ τὸ ἀναγινώσκειν τὰς θείας Γραφὰς εἰς ἐπήκοον τοῦ λαοῦ ἔργον ἦν, ὡς καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτῶν δείκνυται καὶ ἐκ τοῦ ἐξῆς κανόνος, καὶ τοῦ ἐνενηκοστοῦ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου· ἀλλὰ νῦν ἔργον αὐτοῖς τὸ ψάλλειν, τὸ δὲ ἀναγινώσκειν αὐτοὺς ὡς ἐπ' ἐλάχιστον γίνεται.

Propteres nunc quoque illud, Quicunque estis catechumeni, egredimini, ipsi pronuntiant. Quod si hoc tempore nequaquam ad fores ecclesiæ assident, non est cur miremur. Multi etenim alii antiqui Ecclesiæ mores nunc quidem omnino immutati sunt. Sic divinas quoque Scripturas in conventu populi recitare, quod vel ex ipso lectoris nomine, tum ex sequenti canone tum ex Carthaginensis synodi canone 90 demonstratur, proprium lectorum officium ac munus fuit : quibus tamen plurima hoc tempore canendi cura, cum eos lectioni raro admodum operam navare contingat.

ARIST. « Ministrum gestare orarium non oportet, « neque fores relinquere. »

Quisque debet suum conservare ordinem, et diligenter proprium explere ministerium. Idcireo itaque nec ecclesiæ ministri fores relinquere debent, sed ad divinæ mystagogiæ finem ibi stare, et quod eis decet ministerium peragere. Orarium autem nec eis nec lectoribus aut cantoribus ferre licet. Hoc enim ad diaconos pertinet.

ΑΡΙΣΤ. « Ὑπηρέτην ὡράριον οὐ δεῖ φορεῖν, οὐδὲ « τὰς θύρας καταλιμπάνειν. »

Ἕκαστος ὀφείλει τὴν ἑαυτοῦ συντηρεῖν τάξιν, καὶ ἐπιμελῶς τὴν ἰδίαν ὑπηρεσίαν ἐκπληροῦν. Διὰ τοῦτο γοῦν οὐδὲ οἱ ὑπηρέται τῆς ἐκκλησίας τὰς θύρας ἐγκαταλιμπάνειν ὀφείλουσιν, ἀλλὰ μέχρι τέλους τῆς θείας μυσταγωγίας ἐκεῖσε ἑστάσθαι, καὶ τὸ ἀνῆκον αὐτοῖς λειτούργημα ἐκπληροῦν. Ὡράριον δὲ μήτε αὐτοὺς μήτε ἀναγνώστας ἢ ψάλτας φορεῖν· τοῦτο γὰρ τῶν διακόνων ἐστί.

CANON XXIII.

« Quod non oportet lectores vel cantores ferre « orarium, et sic legere vel canere. »

BALS. Quæ in canone 22 scripta sunt, sufficiunt ad præsentis canonis interpretationem.

ZONAR. Easdem ob causas ne his quidem orarium deferre permissum est. Ac legendi quidem verbum ad lectores, psallendi vero ad cantores referri oportet.

ARIST. « Cantores et lectores non ferunt ora- « rium. »

484 CANON XXIV.

« Quod non oportet sacratum a presbytero usque « ad diaconum, et deinceps quemlibet ecclesia- « stici ordinis, usque ad ministros, vel lectores, « vel cantores, vel exorcistas, vel ostiarios, vel « ordinis monachorum, in cauponam ingredi. »

BALS. Lege canonem sportolicum 51, Carthaginensis synodi canonem 40, et sextæ synodi canonem 9, et sufficiunt quæ in illis scripta sunt ad præsentem quoque canonem.

ZONAR. Ad cauponam divertere, nisi itineris ratio ibi hospitium capere necessario compellat, apostolico canone 54 clerici prohibentur. Idem hic canon præcipit, eodem decreto exercitationi quoque addictos homines teneri jubens.

ARIST. « Omnis clericus cauponam ingredi non « debet. »

CANON KΓ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἀναγνώστας ἢ ψάλτας ὡράριον φορεῖν, « καὶ οὕτως ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν. »

ΒΑΛΣ. Τὰ εἰς τὸν κβ' κανόνα γραφέντα ἀρκοῦσι καὶ εἰς ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος.

ΖΩΝΑΡ. Διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας οὐδὲ τούτοις ἔξεστιν ὡράριον φορεῖν. Τὸ γὰρ ἀναγινώσκειν ἀποδοτέον τοῖς ἀναγνώσταις, τὸ δὲ ψάλλειν τοῖς ψάλταις.

ΑΡΙΣΤ. « Ψάλται καὶ ἀναγνῶσται οὐ φορουσιν « ὡράριον. »

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἀπὸ πρεσβυτέρου ἕως διά- « κόνου, καὶ ἐξῆς τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕως « ὑπηρετῶν ἢ ἀναγνωστῶν ἢ ψαλτῶν ἢ ἐξορκι- « στῶν ἢ θυρωρῶν, ἢ τοῦ τάγματος τῶν ἀσκητῶν, « εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι. »

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸν νδ' ἀποστολικὸν κανόνα, τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνα μ', καὶ τῆς ς' κανόνα θ', καὶ ἀρκέσουσι τὰ' ἐν ἐκείνοις γραφέντα καὶ τὸν εἰς παρόντα κανόνα.

ZONAR. Ad cauponam divertere, nisi itineris ratio ibi hospitium capere necessario compellat, apostolico canone 54 clerici prohibentur. Idem hic canon præcipit, eodem decreto exercitationi quoque addictos homines teneri jubens.

ZΩΝΑΡ. Καὶ ὁ νδ' ἀποστολικὸς κανὼν ἀπαγορεύει τοῖς κληρικοῖς εἰσιέναι εἰς καπηλεῖον, εἰ μή που ὁδεύοιεν, καὶ ἐν πανδοχείῳ δι' ἀνάγκην καταλύσωσι. Τοῦτο οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται, προσθέμενος καὶ τοὺς ἀσκητάς

ARIST. « Omnis clericus cauponam ingredi non « debet. »

ΑΡΙΣΤ. « Ἅπας κληρικὸς ἀκαπήλευτος. »

Guill. Beveregii notæ.

(60) *Τοῖς γοῦν ὑπηρέταις, ἤτοι τοῖς ὑποδιακόνοις.* Hic Zonaræ locus in codice Gallandi necnon Amerbachiano sic legitur, τοῖς ὑπηρέταις, οὓς ἔστημεν εἶναι τοὺς ὑποδιακόνους, οὐκ ἐφεῖται φορεῖν ὡράριον.

Ἀπὸ πρεσβυτέρων μέχρι καὶ τοῦ ἐσχάτου τάγματος τῶν ἱερατικῶν πάντες κωλύονται εἰς κατηλεῖον εἰσέρχεσθαι.

A

A presbyteris usque ad ultimum sacratorum ordinem cauponam ingredi omnes prohibentur.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ὑπηρέτην ἄρτον διδόναι, οὐδὲ ποτήριον « εὐλογεῖν. »

CANON XXV.

« Quod non oportet ministrum panem dare, vel « calici benedicere. »

ΒΑΛΣ. Ἀρκοῦσι εἰς τοῦτον τὸν κανόνα τὰ εἰς τὸν κα' κανόνα γραφέντα.

BALS. Ad hunc quoque canonem sufficiunt quæ in vicesimo primo scripta sunt.

ΖΩΝΑΡ. Ἐπεὶ ἅπτεσθαι τῶν ἱερῶν σκευῶν αὐτοῖς οὐκ ἐφεῖται, οὐδὲ ἐν τῷ διακονικῷ ἐμπολυχωρεῖν, καί τι ἐνεργεῖν ἐκεῖ, πολλῷ πλέον αὐτοῖς οὐ παραχωρηθήσεται τὸν ἄρτον διδόναι, τουτέστι μεταδιδόναι τοῖς πιστοῖς τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου, καὶ εὐλογεῖν τὸ ποτήριον τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου.

ZONAR. Cum hypodiaconis sacra vasa contingere, aut in diaconico versari, munusve aliquod ibidem exercere vetitum sit; multo minus aut panem dare, hoc est, Domini corpus fidelibus impertiri, aut Dominici sanguinis calici benedicere, eisdem licebit.

ΑΡΙΣΤ. « Ἄρτον καὶ ποτήριον ὑπηρέτης οὐ δί- « δωσι. »

ARIST. « Panem et calicem minister non dat. »

B

Τὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἔργον οἱ ὑπηρέται τῆς ἐκκλησίας οὐ συγχωροῦνται ἐκτελεῖν· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἄρτον ἢ ποτήριον διδόασι τῷ λαῷ.

Presbyterorum aut diaconorum opus ministri ecclesiæ perficere non permittuntur. Quocirca nec panem vel calicem populo tradunt.

ΚΑΝΩΝ ΚΣ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐξορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ « ἐπισκόπων, μήτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, μήτε ἐν « ταῖς οἰκίαις. »

CANON XXVI.

« Quod eos exorcizare non oportet, qui ab episcopis promoti non sunt, neque in ecclesiis, neque « in ædibus. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἐπεχείρουν ἐξορκίζειν, τουτέστι κατηχεῖν ἀπίστους, μὴ λαβόντες τοῦτο δι' ἐπισκοπικῆς χειροθεσίας· καὶ αἰτιώμενοι, διετείνοντο μὴ ποιῆσαι τοῦτο εἰς ἐκκλησίαν, ἀλλὰ εἰς οἰκίαν τινά· κἀνταῦθεν ἤθελον διατηρεῖσθαι ἀνεύθυνοι. Φασὶν οὖν οἱ Πατέρες ὅτι καὶ τὸ ἐξορκίζειν ἐκκλησιαστικὴ διακονία ἐστὶ, καὶ οὐ χρή τινα τούτων μεταχειρίζεσθαι C ὁπουδήποτε, εἰ μὴ παρὰ ἐπισκόπου προβληθῇ. Ὑπέξελέ μοι τὸν παρὰ χωρεπισκόπου προχειρισθέντα ἐξορκιστήν. Καὶ οὗτος γὰρ καλῶς κατηχήσει, κἂν μὴ προχειρισθῇ παρὰ ἐπισκόπου. Ἔμαθες γὰρ ἀπὸ τοῦ ι' κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου δύνασθαι τὸν χωρεπίσκοπον ποιεῖν καὶ ἐξορκιστήν.

BALS. Quidam aggrediebantur exorcizare, hoc est, catechizare infideles, qui hoc per episcopalem manuum impositionem non acceperant: et cum accusarentur, contendebant se hoc in ecclesia non fecisse, sed in quadam domo; et ideo se nulli pœnæ obnoxios conservari æquum censebant. Dicunt ergo Patres, quod etiam adjurare est ecclesiasticum ministerium, nec oportet quempiam hoc aggredi, nisi ab episcopo promotus fuerit. Excipe mihi exorcistam, qui a chorepiscopo promotus fuerit. Nam is quoque pulchre catechizabit, etiamsi non fuerit ab episcopo promotus. A decimo enim canone Antiochenæ synodi didicisti posse etiam chorepiscopum facere exorcistam.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ μὴν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ἐξορκιστὰς ποιεῖν δέδοται τοῖς χωρεπισκόποις κατὰ τὸν ι' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Πῶς οὖν ἐνταῦθα λέγει μὴ ἐξορκίζειν τοὺς μὴ ὑπὸ ἐπισκόπων προαχθέντας; Φασὶν οὖν ὅτι καὶ οἱ χωρεπίσκοποι τάξιν ἐπισκόπων ἔχουσι· διὸ καὶ τῶ' κανὼν τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου τῶν ἀποστόλων τύπον λέγει πληροῦν, καὶ ὁ η' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν καὶ εἰρηνικὰς ἐπιστολὰς διδόναι ἐφῆσιν αὐτοῖς, ὅπερ τῶν ἐπισκόπων ἐστίν.

ZONAR. Equidem cum aliis exorcistas quoque creare Antiochenæ synodi canone 10 chorepiscopis permissum est. Quid ita igitur, qui ab episcopis creati non sunt, ab exorcizandi munere abstinere hic canon jubet? Respondent ergo, in episcoporum numero chorepiscopos quoque censeri: ex quo Neocæsariunæ synodi canon 14, septuaginta apostolorum typum eos ait referre; et pacificas quoque epistolas dare, quod episcoporum proprium est, octavo Antiochenæ synodi canone permittuntur.

D

ΑΡΙΣΤ. « Οὐκ ἐξορκίζει ὁ μὴ παρ' ἐπισκόπου προ- « αγόμενος. »

ARIST. « Non exorcizat, nisi ab episcopo promo- « tus. »

Καὶ οἱ ἐξορκισταὶ, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ τάγματος, παρὰ τοῦ ἐπισκόπου δέχονται τὴν προχείρισιν. Ὁ γοῦν μὴ προαχθεὶς εἰς τὸν τοσοῦτον βαθμὸν παρὰ ἐπισκόπου ἐξορκίζειν οὐ δύναται, οὔτε κατ' οἴκους, οὔτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Et exorcistæ quemadmodum ac alii ex ordine sacerdotali ab episcopo deliguntur. Qui itaque ad talem gradum per episcopum non promovetur, et exorcistam agere non potest, nec privatim, nec in ecclesia.

ΚΑΝΩΝ ΚΖ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς, κα- « λουμένους εἰς ἀγάπην, μέρη αἴρειν, διὰ τὸ τὴν « ὕβριν τῇ τάξει προστρίβεσθαι τῇ ἱερατικῇ. »

465 CANON XXVII.

« Quod non oportet sacratos, vel clericos, vel lai- « cos, ad agapas vocatos, partes tollere, eo quod « ignominia inuratur ordini sacerdotali. »

ΒΑΛΣ. Ἀγάπαι καλοῦνται τὰ παρὰ φιλοχρίστων

BALS. Agapæ dicuntur quæ fiunt a Christianis

convivia, seu sanctæ commemorationes. Quoniam ergo ex iis, quæ erant in convivio apposita, quidam accumbentes partes accipiebant, et per luxuriam domum auferebant, et ex eo eorum, qui convenerant, condemnatio profecta est, sæpe autem etiam inter eos contentio excitata est : Patres definierunt ne hoc amplius fiat ad sacerdotalis ordinis contumeliam.

ZONAR. Ad convivia, quæ sub agaparum nomine instituebantur, pauperes tum ex sacro ordine, tum ex laicis quoque, advocari soliti sunt. Ne igitur sacro ordine initiatis, cleroque ascriptis, imo vero nec laicis partes tollere, hoc est, ex appositis epulis particulas auferre, domumque, non sine aliqua ecclesiastici ordinis ignominia, asportare liceat, canon decernit. Est id namque hominis abdomini dediti atque improbi argumentum. Ejusmodi porro esse fideles, sacratos præsertim, haud decet.

ARIST. « Clericus ad agapas vocatus, partes non « aufert. Ordinem enim contumelia afficit. »

Nec clerici nec laici ad agapas vocati, partes tollere debent, illud enim ordinem ecclesiasticum injuria afficit, sed tantum edere et recedere.

CANON XXVIII.

« Quod non oportet in Dominicis, vel in ecclesiis « agapas, ut vocant, facere, et in domo Dei co- « medere, et accubitus sternere. »

BALS. Lege canonem 74 sextæ synodi quæ eadem verba continet, quæ præsens canon : et tibi sufficient, quæ in illo scripta sunt. Quære et canonem 76 ejusdem synodi, et Carthaginensis 42.

ZONAR. Hunc canonem totidem verbis sexta synodus protulit, estque in ea septuagesimus quartus; ejusdem ibi nos explicationem attulimus. Legenda sunt itaque quæ ibi scripta.

ARIST. « Accubitus in ecclesiis non sternuntur, « nec agapæ celebrantur. »

Non oportet domum Dei domum communem existimare et in ea accubitus sternere, aut agapas dictas facere et intra sacram domum comedere.

CANON XXIX.

« Quod non oportet Christianos judaizare, et in « Sabbato otiari; sed eo die operari, dlem au- « tem Dominicum præferentes otiari, si modo « possint, ut Christianos. Quod si inventi fuerint « judaizare, sint anathema a Christo. »

BALS. Lege canonem 70 sanctorum apostolorum, qui non permittit fidelibus jejunare vel festum celebrare cum Judæis. Quia autem, sicut diximus in canone 16 præsentis synodi, quidam Sabbato ab

γινόμενα συμπόσια, ἦγουν τὰ ἁγιορνήσια. Ἐπεὶ οὖν τινες τῶν ἀνακειμένων αὐτοῖς συμποσίοις μερίδας ἐλάμβανον ἐκ τῶν παρατεθεμένων βρωμάτων, καὶ κατὰ λυξουρίαν οἴκοι ἀπήγαγον, κἀντεῦθεν κατάγνωσις τῶν συνελθόντων ἐγίνετο, πολλάκις δὲ καὶ φιλονεικία ἐκ τούτου μέσον αὐτῶν ἀνηγείρετο· ὥρισαν οἱ Πατέρες μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι ἐφ' ὕβρει τῆς ἱερατικῆς τάξεως.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν ταῖς γινομέναις ἀγάπαις, τοῖς συμποσίοις δηλονότι, ἐκαλοῦντο μὲν οἱ πένητες, ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ἱερωμένοι καὶ λαϊκοί. Τοὺς οὖν ἱερωμένους καὶ κληρικοὺς, ἀλλὰ μέντοι καὶ λαϊκοὺς, λέγει ὁ κανὼν μὴ δεῖν μέρη αἴρειν, ἦγουν μερίδας τῶν παρατιθεμένων βρωμάτων, καὶ οἴκαδε ἀπάγειν, εἰς ὕβριν δὴ τοῦτο τῆς ἐκκλησιαστικῆς κατασταίσεως, λιχνείαν κατηγοροῦν καὶ μοχθηρίαν τῶν ποιούντων αὐτό. Πιστοὺς δὲ τοιούτους εἶναι οὐ χρή· πολλῷ πλέον τοὺς ἱερατικούς.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ κληθεὶς εἰς ἀγάπην κληρικὸς μερίδας « οὐκ ἄγεται· ὑβρίζει γὰρ τὴν τάξιν. »

Οὔτε κληρικοὶ οὔτε λαϊκοὶ κληθέντες εἰς ἀγάπην μερίδας αἴρειν ὀφείλουσι· τοῦτο γὰρ τὴν ἐκκλησιαστικὴν τάξιν ὑβρίζει· ἀλλὰ μόνον ἐσθίειν καὶ ὑπεκχωρεῖν

ΚΑΝΩΝ ΚΗ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλη- « σίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἐν τῷ « οἴκῳ τοῦ Θεοῦ ἐσθίειν καὶ ἀκούβιτα στρω- « νύειν. »

ZONAP. Καὶ ὁ κδ' κανὼν τῆς ἁγίας συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττεται. Καλύει γὰρ κἀκεῖνος τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐν ἱπποδρομίαις ἀπιέναι. Οὗτος δὲ γενικώτερον οὐδὲ τινας θεωρίας διαλαμβάνεται θεωρεῖν, οὔτε ἐν γάμοις, οὔτε ἐν δείπνοις. Οὐ γὰρ ἐν γάμοις μόνον γίνονται συμπόσια, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν γενεθλίοις, καὶ ἄλλοις ὁμοίοις, ἃ δείπνους ὠνόμασαν. Ὅταν οὖν, φησὶ, κληθῶσιν εἰς τοιαῦτα συμπόσια ἱερατικοὶ καὶ κληρικοὶ, καὶ ἴδωσιν ὅτι θυμελικοὶ μέλλουσιν εἰσέρχεσθαι, ἐγειρέσθωσαν, καὶ ἀναχωρείτωσαν πρὸ τοῦ ἐπαίνους τῶν παιγνίων, καὶ γελωτοποιῶν ἄρξασθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Τὸν μέντοι ἱερατικὸν, ἢ κληρικὸν δεῖ καὶ πρὸ τῆς θυμέλης ἀναχωρεῖσθαι. »

Ἀπιτοῦντες οἱ Χριστιανοὶ εἰς γάμον ἀπερχόμενοι σεμνῶς δεῖπνεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ ὀρχεῖσθαι, ἢ βαλλίζειν, οὔτε ἄντας τὰς χεῖρας κρούειν, καὶ δι' αὐτῶν κτύπον ἀποτελεῖν· τοῦτο γὰρ ἀνάξιον Χριστιανικῆς καταστάσεως· τοὺς μέντοι ἱερατικοὺς μηδὲ θεωρίας τινὰς ἐν γάμοις θεωρεῖν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν τοὺς θυμελικοὺς ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν.

ΚΑΝΩΝ ΝΕ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς « συμπόσια ἐποιεῖσθαι, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκούς. »

ΒΑΛΣ. Τὸ συμποτίζειν παρέπεται ἐστι μέθῃ. Τῇ δὲ μέθῃ παρέπονται ἀκρασίαι καὶ ἀσχημοσύναι, καὶ ταῦται ὕβρεις καὶ Θεοῦ καταφρόνησις. Διορίζονται οὖν οἱ Πατέρες μήτε ἱερωμένους, μήτε κληρικοὺς, μήτε λαϊκοὺς ἀπὸ συνδρομῆς ποιεῖν συμπόσια. Τοῦτο γὰρ ἐστιν ἡ συμβολὴ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, ἤτοι συμπονῶ.

ZONAP. Τοὺς ἱερωμένους, καὶ πάνυ δὲ Χριστιανὸν σεμνὸς χρὴ βιοῦν. Τὸ δὲ ἐκ συμβολῆς ποιεῖν συμπόσια, ἤγουν πολλῶν δίδοντων νομίσματα, ἔστιν ὅτε αὐτῶν γενέσθαι ἐφαλίζας ἄδρας, κωλύει ὁ κανὼν, ὡς μέθης καὶ ἀδηφαγίας καὶ ἄλλων ἀσχημοσυνῶν ὄντων.

ΑΡΙΣΤ. « Ἑορτὴν οὖν λαϊκὸς οὔτε κληρικὸς « ἐκτελέσει. »

Χάριν συμποσίου οὔτε κληρικὸς οὔτε λαϊκὸς ποιήσουσι ἑορτήν.

ΚΑΝΩΝ ΝϚ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπισκόπου εἰσίναι καὶ καθίζεσθαι ἐν τῷ βήματι, « ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσίναι· πλὴν εἰ μὴ « ἀναπαλαιὸς ἢ ἀσθενὴς ὁ ἐπίσκοπος. »

ΒΑΛΣ. Καὶ πανταχοῦ τὸ τῆς τάξεως καλὸν πολιτεύεσθαι δέον· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐν ἱερωμένοις. Διὸ καὶ κωλύουσιν οἱ Πατέρες τοὺς πρεσβυτέρους καταφρονεῖν τοῦ ἐπισκόπου, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι, καὶ καθίζεσθαι· ἀλλὰ εἰσέρχεσθαι

BALS. In vicesimo quarto et quinquagesimo primo canone sextæ synodi de iis quoque tractavimus, quæ in presenti canone tractata sunt. Et lege ea : hujus enim meminerunt.

ZONAR. Eadem sextæ quoque synodi vicesimo quarto canone præcipiuntur. Quippe sacris initiatos homines ac monachos in hippodromum convenire is canon vetat. Hic vero magis universe eos nullis omnino spectaculis, nec in nuptiis nec in cœnis, interesse licere decernit. Nec enim in nuptiis tantummodo, sed in festis quoque celebritatibus et natalitiis et aliis hujusmodi, quæ cœnæ vocabulo significavere convivia instituuntur. Ad hujusmodi igitur convivia, inquit, quandocunque sacri ordinis homines et clerici advocati fuerint, ubi primum thymelicos ingressuros animadverterint, ipsi consurgant, seque illico, priusquam ludicra illa et scurrilia inchoentur, inde subducant.

ARIST. « Sacratum quidem et clericum oportet « etiam ante scenam exire. »

Christiani ad nuptias venientes modeste in illis cœnare monentur, et non saltare aut ballare, hoc est, manus plaudere et per eas strepitum facere. Hoc enim Christiana constitutione est indignum. At sacratos neque spectacula alia in nuptiis videre, sed priusquam ingrediantur thymelici, illinc recedere oportet.

CANON LV.

« Quod non oporteat sacratos et clericos ex collatione « convivia peragere, sed neque laicos. »

BALS. Convivari ebrietatis causa est. Eam autem consequuntur petulantia et insolentia : ea vero, lites et Dei contemptus. Statuunt ergo Patres, ut neque sacrati, neque clerici neque laici, ex collatione convivia faciant. Συμβολὴ enim est collatio, a verbo συμβάλλω, quod significat confero.

ZONAR. Et eos qui in sacrum ordinem cooptati sunt, et Christianos omnes, honeste graviterque vitam instituere par est. Igitur ex symbolæ collatione, hoc est, a pluribus, ut mensæ exquisitis epulis instruantur, [679] pecunia collata convivia apparari; quod ex ea ebrietatis voracitatisque ac aliorum criminum causam præbeat; nullo modo hic canon licere decernit.

ARIST. « Convivia ex collatis symbolis neque laicus « neque clericus celebrabit. »

Compotationis gratia nec clericus nec laicus collationem faciat.

CANON LVI.

« Quod non oporteat presbyteros ante episcopi in- « troitum ingredi et sedere in sacrario, sed cum « episcopo ingredi; nisi forte infirmitate detineatur, vel senectute prolectus sit episcopus. »

BALS. Bonum quidem ordinem ubique esse pulchrum est; sed multo magis in iis qui sunt sacrati. Et ideo Patres prohibent presbyteros, ne episcopum contemnant, et ante ejus introitum sacrarium ingrediantur et sedeant; sed una cum episcopo in-

trocant. Quod si quis infirmitatem obtendat vel episcopi peregrinationem : dixerunt ejusmodi causas esse justas, et sacerdotis in chorum priorem adventum non impediunt.

ZONAR. Summam a sacri ordinis hominibus modestiæ rationem haberi maxime decet. Presbyteros porro, quo tempore episcopus ad altare accessurus est, ante illum ingredi ibique sedere, et illum solum relinquere, aut paulo post introitum facere, petulantiæ quiddam summique sacerdotii contemptum ostendit. Id ergo canon fieri vetat : cum episcopo vero simul ingredi sacerdotes, nisi quis forte intemperie, hoc est, ægritudine aliqua teneatur, neque longiorem standi moram ferre queat, decernit. Quod si etiam peregre profectus fuerit antistes, quamvis alii alios, dum ad altare ingrediuntur, antevertant, nulla ex eo animo sacerdoti irrogata injuria existimabitur.

ARIST. « Presbyter tribunal ante episcopum ne « ingrediatur, neque sedeat. »

Episcopo præsente et ministrante ante ejus introitum presbyter tribunal non ingredietur, et sedebit. Hoc enim est ordinis conturbatio et confusio.

CANON LVII.

« Quod non oportet in vicis et regionibus episcopos constitui, sed circuitores : eos autem, qui « prius constituti fuerunt, nihil agere sine consensu episcopi civitatis. Similiter autem et « presbyteros nihil agere sine consensu episcopi. »

BALS. Alii quidem canones in vicis et regionibus chorepiscopos et presbyteros constituendos definierunt : præsens autem canon jubet circuitores fieri, et non episcopos ; ne dignitas episcopalis vilis et contempta evadat, utpote cum non habeat regio, in qua ordinatus est episcopus, hominum multitudinem ad Dei et episcopatus honorem. Si qui autem, inquit, ante canonem sunt in his locis constituti episcopi, ne ejiciantur ; sed omnia exerceant cum scientia metropolitani, qui eos ordinavit. Sed et presbyteri, inquit, nihil agant sine consensu episcopi. Hæc decernente canone, dixerit quispiam ex ejus intelligentia conjecturam faciens, quod quoniam ad Dei et episcopatus vergit dedecus, si episcopus exiguo populo præsit, et ideo contemnatur : multo magis non est ad Dei honorem, si antistes propter paupertatem aut pedes, et privetur necessariis. Quocirca in Ecclesiis Orientalibus, in quibus non admodum multi inveniuntur Christiani, episcopos eligi totum non est. Sunt autem circuitores, qui hodie ab episcopis promoventur ἐξάρχοι exarchi. Hi enim circumcursant, et delicta animo observant, et fideles perficiunt. Lego etiam sextum canonem Sardicensis synodi.

ZONAR. Eximia est summi sacerdotis dignitas : at si in vico, aut in regione, in qua neque urbes

μετὰ τοῦ ἐπισκόπου. Ὡς δέ τινος ἀῤῥωστίαν προβαλλομένου ἢ ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου, εἶπον τὰ τοιαῦτα αἴτια εὔλογα εἶναι, καὶ τὴν πρόοδον τὴν εἰς τὸ βῆμα τοῦ ἱερέως οὐκ ἐμποδίζουσιν.

ΖΩΝΑΡ. Πᾶσαν εὐταξίαν ἐν τοῖς ἱερωμένοις δεῖ πολιτεύεσθαι. Τὸ δὲ, τοῦ ἐπισκόπου μέλλοντος εἰσοδεύειν εἰς τὸ θυσιαστήριον, τοὺς πρεσβυτέρους προεισέρχεσθαι καὶ καθῆσθαι ἐκεῖ, κἀκεῖνον μόνον ἐᾷν, ἢ μετ' ὀλίγον τὴν εἴσοδον ποιεῖν, ἀταξίας ἐστὶ, καὶ εἰς καταφρόνησιν τῶν ἀρχιερέως. Διὸ κωλύει τοῦτο ὁ κανών· συνεισιέναι δὲ τῷ ἐπισκόπῳ τοὺς ἱερεῖς διορίζεται, εἰ μή πού τις ἀναμφίλογος ἔχει, ἤγουν νοσηλεύεται, καὶ οὐ δύναται ἐπὶ πολὺ ἱστασθαι. Καὶ ὅτι δὲ ἀποδημεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, οὐκ εἰς καταφρόνησιν αὐτοῦ γίνεται τό τινας τῶν ἀρχιερέων ἴσως προελθεῖν τῶν ἄλλων εἰς τὸ θυσιαστήριον.

ΑΡΙΣΤ. « Πρεσβύτερος εἰς βῆμα πρὸ τοῦ ἐπισκόπου « οὐκ εἰσιτω, οὐδὲ κάθηται. »

Παρόντος τοῦ ἐπισκόπου καὶ λειτουργοῦντος πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ οὐκ εἰσέλθῃ πρεσβύτερος ἐν τῷ βήματι, καὶ καθίσει. Τοῦτο γὰρ ἀταξία ἐστὶ καὶ σύγχυσις.

ΚΑΝΩΝ ΝΖ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις « καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτὰς· « τοὺς μέντοι ἤδη προκατασταθέντας μηδὲν πράτ« τειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐν τῇ πό« λει. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν « πράττειν ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου. »

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν τοῖς χωρίοις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίστασθαι διωρίσαντο· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περιοδευτὰς παρακελεύεται γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ γένηται εὐκαταφρόνητος ἡ ἀρχιερωσύνη, ὡς μὴ ἐχούσης τῆς χώρας ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη ὁ ἐπίσκοπος, πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. Εἰ δέ τινες, φησὶ, πρὸ τοῦ κανόνος κατεστάθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπίσκοποι, μὴ ἐκβληθήσωσαν· ἀλλ' ἔστωσαν ἐνεργοῦντες τὰ πάντα μετὰ εἰδήσεως τοῦ χειροτονήσαντος αὐτοὺς μητροπολίτου. Ἀλλὰ καὶ οἱ πρεσβύτεροι, φησὶ, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου πραττέτωσαν. Ταῦτα τοῦ κανόνος διορίζομένου, εἴποι τις, τῇς ἐννοίας τούτου κατατοξεύοντος, ὡς, ἐπεὶ ἀτιμία τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐστὶ τὸ προίστασθαι τὸν ἐπίσκοπον λαοῦ ὀλίγου, κἀντεῦθεν εἶναι εὐκαταφρόνητον· πολλῷ πλέον οὐκ ἔσται πρὸς τιμὴν τοῦ Θεοῦ τὸ μικρῷ βαλίζειν ἀρχιερέα διὰ πενίαν καὶ στερίσεσθαι τῶν ἀναγκαίων. Ὅθεν τὸ ὁρίζεσθαι ἐπισκόπους εἰς ἐκλησίας ἀνατολικὰς, εἰς ἃς μέτρια πάνυ εὑρίσκονται Χριστιανοὶ, οὐκ ἀσφαλές. Περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. Οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ φυ-

ἀνάγνωθι καὶ τὸν ς' κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συν-

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα ἔντιμόν ἐστι· τὸ δὲ ἐν κώμῃ ἢ ἐν χώρᾳ, ἔνθα μὴ πόλις ἐστὶ μηδὲ

πλῆθος ἀνθρώπων, γίνεσθαι ἐπισκόπους καταφρονητὸν τὴν ἀρχιερωσύνην ποιεῖ. Διὸ καὶ ὁ κανὼν οὗτος κωλύει τοῦτο, ὃ καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διετάξατο· γίνεσθαι δὲ περιοδευτὰς ἐν κώμαις καὶ χώραις διακελεύεται. Περιοδευταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν. Εἰ δέ τινες, φησὶ, πρὸ τοῦ κανόνος κατεστάθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ἐπίσκοποι, μηδὲν πραττέτωσαν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως, δι' οὗ ἐχειροτονήθησαν. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ φησὶ, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου πραττέτωσαν.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰς κώμην ἢ εἰς χωρίον ἐπίσκοπος οὐ κα-
« θίσταται, ἀλλὰ περιοδευτής· εἰ δέ τις κατέστη,
« μή τι διοικείτω τοῦ ἐπισκόπου δίχα τῆς πό-
« λεως. »

Ἐν κώμῃ τινὶ ἢ καὶ βραχείᾳ πόλει, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ, οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ τὸ τοῦ ἐπισκόπου κατευτελίζηται ὄνομα, ἀλλὰ περιοδευτὰς, οὓς καὶ ἐξάρχους σήμερον ὀνομάζουσιν, εἰς διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων στέλλεσθαι ἐν αὐταῖς. Εἰ δέ τινες προϋπῆρχον, τῆς τιμῆς μὲν μεταχινείσθωσαν, μηδὲν δέ τι ἐπισκοπικὸν διοικείτωσαν δίχα γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ᾗ ὑπόκεινται αὗται.

ΚΑΝΩΝ ΝΗ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰν γίνεσθαι παρὰ
« ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων. »

ΒΑΛΣ. Τοῦτο ἐξεχωρήθη ἀπὸ Νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ. Ἀνάγνωθι καὶ συνόδου ς' κανόνα λα' καὶ νθ'.

ΖΩΝΑΡ. Εὔχεσθαι μὲν πανταχοῦ τοὺς πιστοὺς οὐ κεκώλυται, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ· προσφέρειν δὲ, ἤγουν προσκομιδὴν ποιεῖν, εἰ μὴ ἐν ναῷ καὶ θυσιαστηρίῳ οὐ δεῖ. Οὔτε οὖν ἐπισκόποις οὔτε πρεσβυτέροις παρεχωρεῖ τοῦτο ποιεῖν.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος εἰς οἶκον μὴ
« προσφερέτω. »

Εἰς οἶκον ἡ ἀναίμακτος οὐ τελεῖται θυσία οὔτε παρ' ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου· ἀλλ' ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρειν δεῖ. Πλὴν ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου συγχωρεῖ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις τοῖς ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργίας τελεῖσθαι· βάπτισμα δὲ μηδ' ὅλως· ἀλλ' ἐν ταῖς καθολικαῖς καὶ μόναις ἐκκλησίαις τοῦ ἀχράντου καταξιοῦσθαι φωτίσματος τοὺς μέλλοντας βαπτισθῆναι· ὡς ὁ πεντηκοστὸς ἕννατος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου διαλαμβάνει.

ΚΑΝΩΝ ΝΘ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς (74) λέγεσθαι ἐν

neque ulla hominum frequentia est, episcopi constituantur, ex eo summi sacerdotii dignitatem vilescere necesse fuerit. Proinde id ne fiat, tum hujus canonis decreto, tum sexto quoque Sardicensis synodi canone constitutum est : circuitores vero in pagis et regionibus designari placet. Circuitores autem ex eo dicti, quod nullibi propriam sedem cathedramque habentes, huc et illuc fidelibus in officio continendis vagentur. Quod si ante hunc canonem, inquit, in ejusmodi locis episcopi aliqui constituti sunt, nihil eis exsequi, absque ejus, a quo creati sunt, urbani episcopi facultate concessum sit. Quod idem, ut ne quid scilicet inconsulto episcopo faciant, a sacerdotibus quoque servari placet.

ARIST. « In vico vel pago episcopus non constitui-
« tur, sed circuitor. Si quis autem constituitur,
« sine episcopo civitatis nihil administret. »

In vico et urbe exigua in qua et unus presbyter sufficiat, non necesse est episcopum fieri, ne episcopi nomen elevetur, sed periodeutas sive circuitores, quos et exarchos hodie nominant, ad spiritualium peccatorum correctionem in eas mitti. Si qui autem antea facti fuerant, honore quidem amoveantur, nec aliquid episcopale administrent sine episcopi, qui civitati cui istæ subjacent præest, voluntate.

CANON LVIII.

« Quod non oportet in domibus fieri oblationem ab
« episcopis vel presbyteris. »

BALS. Hoc permissum est a novella imperatoris domini Leonis Sapientis. Lege et synodi canones 31 et 59.

ZONAR. Deo supplicare, precationibusque intentos esse, ubicunque tum in domibus, tum in agro, tum in omni loco dominationis ejus, fidelibus concessum est : offerre autem sive oblationem, præterquam in templo et altari, peragere nequaquam oportet. Proinde ea facultate pariter episcopis et presbyteris interdictum esse canon decernit.

ARIST. « Episcopus vel presbyter in privatis ædibus
« ne offerat. »

In domo incruentum non peragitur sacrificium, nec ab episcopo nec presbytero, sed in catholica ecclesia offerre oportet. Sed tricesimus primus sextæ in Trullo synodi canon permittit, episcopo volente, et in ædibus oratoriis quæ sunt intra domos, sacra ministeria peragere, baptismum autem non omnino; sed eos qui baptizandi sunt, in catholicis et solis ecclesiis impollota illuminatione dignos haberi, et quinquagesimus nonus ejusdem synodi statuit.

CANON LIX.

« Quod non oportet privatos psalmos in Ecclesia

Guill. Beveregii notæ.

(74) *Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμούς.* Balsamon et Zonaras hæc verba de nescio quibus Solomoni aliisque ascriptis psalmis interpretantur; sed quandoquidem ἴδιωτικοὶ vocentur, psalmi potius a privatis personis, vel ipsius concilii tempore vel antea compositi, intelligendi sunt. Primitivæ enim Ec-

« legi, nec libros non canonicos, sed solos cano- A
« nicos Veteris et Novi Testamenti. »

BALS. Inveniuntur quidam psalmi præter centum quinquaginta psalmos David, qui dicuntur esse Salomonis et quorumdam aliorum. Patres ergo eos privatos nominantes statuerunt, ut neque ii, neque aliquid aliud in ecclesia legatur, quod non sit ex iis quæ sunt enumerata in canone apostolico 85.

481 ZONAR. Præter centum et quinquaginta Davidis psalmos nonnulli præterea exstant, qui Salomonis et aliorum quorumdam esse perhibentur, qui etiam privati a Patribus dicti sunt, neque aut illos, aut ex non canonicis quidquam, sed canonicos tantum libros in ecclesia recitari licere decernunt. Canonicos porro libros, eos qui sanctorum apostolorum octogesimo quinto canone recensentur : non B canonicos, quorum nulla in eo canone mentio est, nominarunt. Deinde vero ipsa quoque Veteris et Novi Testamenti volumina suo quæque nomine referuntur.

CANON LX.

« Illi sunt libri quos legi oportet ex Veteri Testa-
« mento : Genesis, Exodus, id est exitus ex Ægy-
« pto, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesu
« Nave, Judices, Ruth, Esther, Regum primus,
« secundus, tertius et quartus, Paralipomenon
« primus et secundus, Esdræ primus et secundus,
« Liber psalmorum 150, Proverbia Solomonis,
« Ecclesiastes, Cantica canticorum, Job, Duo- C
« decim prophetæ, Isaias, Jeremias et Baruch,
« Lamentationes et Epistolæ, Ezechiel, Daniel.
« Novi autem Testamenti hi : Evangelia quatuor
« secundum Matthæum, secundum Marcum, se-
« cundum Lucam, secundum Joannem, Actus
« apostolorum, Epistolæ catholicæ septem, Ja-
« cobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una,
« Epistolæ Pauli 14, ad Romanos una, ad Corin-
« thios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una,
« ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad
« Thessalonicenses duæ, ad Hebræos una, ad
« Timotheum duæ, ad Titum una et ad Philemo-
« nem una. »

ZONAR. Hos quidem libros hic canon legendos D proponit. Sanctorum vero apostolorum octogesimus

« τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα
« τὰ κανονικὰ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης. »

ΒΑΛΣ. Εὑρίσκονταί τινες ψαλμοὶ παρὰ τοὺς ρ' ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ, λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν. Τούτους οὖν ὀνομάσαντες οἱ Πατέρες ἰδιωτικοὺς, διετάξαντο μήτε τούτους μήτε ἄλλο τι ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι, μὴ ὂν ἀπὸ τῶν ἀπαριθμηθέντων ἐν τῷ πε' ἀποστολικῷ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Ἐκτὸς τῶν ρ' ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν οἱ Πατέρες, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο, μήτε μὴν βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἀκανόνιστα, μόνα δὲ τὰ κανονικά. Κανονικὰ δ' ἐκάλεσαν τὰ τῷ πε' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπαριθμούμενα· B ὥσπερ ἀκανόνιστα, ὧν ὁ κανὼν οὐκ ἐμνήσθη. Εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Γραφῆς ἀπηρίθμησαν εἰπόντες.

ΚΑΝΩΝ Σ'.

« Ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι τῆς Παλαιᾶς Δια-
« θήκης, Γένεσις κόσμου, Ἔξοδος Αἰγύπτου, Λευϊ-
« τικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ,
« Κριταὶ, Ῥοὺθ, Ἐσθὴρ, Βασιλειῶν πρώτη καὶ
« δευτέρα, τρίτη τε καὶ τετάρτη, Παραλειπόμενα
« πρῶτον καὶ δεύτερον, Ἔσδρα πρῶτον καὶ δεύ-
« τερον, βίβλος Ψαλμῶν ρν', Παροιμίαι Σολομῶν- C
« τος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ᾀσμάτων, Ἰὼβ, Δω-
« δεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας καὶ Βαρούχ,
« Θρῆνοι καὶ Ἐπιστολαὶ, Ἰεζεκιὴλ, Δανιήλ. Τὰ δὲ
« τῆς Καινῆς Διαθήκης ταῦτα, Εὐαγγέλια τέσσαρα,
« κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν,
« κατὰ Ἰωάννην, Πράξεις ἀποστόλων, Ἐπιστολαὶ
« Καθολικαὶ ζ'. Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάν-
« νου τρεῖς, Ἰούδα μία, Ἐπιστολαὶ Παύλου δεκα-
« τέσσαρες, πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους
« δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία,
« πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία,
« πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία,
« πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, καὶ πρὸς Φι-
« λήμονα μία. »

ΖΩΝΑΡ. Ταῦτα μὲν ἀναγνωστέα βιβλία ὁ παρὼν κανὼν ἀνεγράψατο· ὁ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πε'

Guill. Beveregii notæ.

clesiæ in more positum fuit, psalmos quosdam et hymnos in honorem Dei Christique componere : ut ex istis Eusebii verbis probe constat, Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες, *Quot etiam psalmi atque cantica fratrum jam pridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo.* Euseb. *Hist. Eccles.* lib. 5, cap. 28. Hujusmodi Psalmus a Clemente Alexandrino compositus est, et inscriptus, Ὕμνος τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, τοῦ ἁγίου Κλήμεντος, exstat autem ad calcem tertii ejus libri Pædagogi dicti. Et hujusmodi sane hymnus in publicis ipsorum conventibus a Christianis olim decantari solitos fuisse, Plinius secundus ibidem facit, qui eos tradidit solitos esse *stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem* Plin. lib. x, ep. 97. Cum progressu autem temporis hujusmodi psalmi et hymni ab hæreticis conficti, vel ab aliis depravati essent, visum est præsenti synodo usum eorum ab ecclesia arcere ; nec permittere, ut quid præter canonicos sacræ Scripturæ libros, proximo canone recensitos, publice in ecclesia recitaretur. Verum cum Paulus Samosatenus psalmos in honorem Christi conscriptos tanquam novellos sustulisset, hoc synodus contra eum coacta eum vitio vertit, dicens, inter alia crimina ei objecta, ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς ὀπ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα. Euseb. *Hist. Eccl.* l. vii, c. 30. Nimirum iste eos sustulit, ut in Christi honorem scriptos. Hæc autem synodus eos in ecclesia legi prohibet, ne quid de Christi honore derogetur.

κανῶν τούτοις καὶ τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος συγγραφείσας διατάξεις τοῖς ἀναγνωστέοις βιβλίοις συναπαριθμησεν, ἃς ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν δευτέρῳ κανόνι μὴ ἀναγινώσκεσθαι διετάξατο, ὡς ὑπὸ αἱρετικῶν νοθευθείσας, ὡς προσθεμένων αὐταῖς παρέγγραπτά τινα καὶ διάστροφα.

A quintus canon conscriptas quoque a Clemente constitutiones iis adjungit : quas tamen sexta synodus in secundo canone, quippe ab hæreticis, qui multa eis subdole et perverse interserernnt, depravatas, legi prohibuit.

ΑΡΙΣΤ. « Ἰδιωτικοὶ ψαλμοὶ, ἢ ἀκανόνιστα βιβλία, ἐν « ναοῖς οὐ ψάλλονται, ἢ ἀναγινώσκονται· ἀλλὰ τὰ « κεκανονισμένα τῆς Παλαιᾶς τε καὶ Νέας. »

ARIST. in can. 59. « Privati psalmi vel libri non « canonici in templis non recitantur, sed qui in « canone Veteris ac Novi Testamenti recensen- « tur. »

Τίνα ἐστὶ ταῦτα· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς, Κριταὶ, Ῥοὺθ, Ἐσθὴρ, Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλειπομένων δύο, Ἔσδρα δύο, Ψαλμοὶ, Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ᾀσμάτων, Ἰὼβ, Δωδεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλ. Ὁμοῦ εἰκοσιδύο τὰ βιβλία τῆς Παλαιᾶς.

Qui quidem sunt hi: Genesis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesus, Judices, Ruth, Esther, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Psalmi, Proverbia Solomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Job, Duodecim prophetæ, Isaias, Jeremias, Ezechiel et Daniel. Simul sunt viginti duo libri Veteris Testamenti.

ΑΡΙΣΤ. « Τῆς δὲ Καινῆς Εὐαγγέλια τέσσαρα, Μαθθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου, Πράξεις, « Ἐπιστολαὶ Καθολικαὶ ἑπτὰ, ἤγουν Ἰακώβου μία, « Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, Παύλου « ιδ', ἤγουν πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους « δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, « πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, « πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, « πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, καὶ πρὸς « Φιλήμονα μία. »

ARIST. in can. 60. « Novi autem, Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis, Actus, « Epistolæ catholicæ septem, hoc est, Jacobi una, « Petri duæ, Joannis tres, Judæ una, Pauli quatuordecim, hoc est, ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una, « ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad « Thessalonicenses duæ, ad Hebræos una, ad « Timotheum duæ, ad Titum una, ad Philemonem una. »

ΚΑΝΟΝΕΣ
ΤΗΣ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ ΚΑ'.

CANONES
SYNODI SARDICENSIS XXI.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος (75) γέγονε βασιλεύοντος Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ με-

C **482** BALS. et ZONAR. Constantio magni Constantini filio regnante habita fuit Sardicensis synodus.

Guill. Beveregii notæ.

(75) *Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος.* Sardica urbs Illyrici fuit, in Mysiæ Superioris confinio, centum millia passuum plus minus a Philippopoli distans. In hac olim celebri urbe præsens concilium celebratum est; de quo acerrime disputatum est, utrum œcumenicum fuerit, an non. Et primo quidem, nemo inficias ait, quin ab imperatoribus Constante et Constantio ea mente convocatum fuerit, ut œcumenicum esset; ac propterea utriusque imperii, Occidentalis scilicet et Orientalis, episcopi illuc accersiti sunt, Ruffino et Eusebio Coss. an. Dom. 347. Ilos enim Socrates diserte asseruit dicens, Κηρύσσεται· οὖν αὖθις οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν, πόλις δὲ αὕτη Ἰλλυριῶν, γνώμῃ τῶν δυεῖν βασιλέων, τοῦ μὲν διὰ γραμμάτων αἰτήσαντος, τοῦ δὲ τῆς Ἑῴας ἑτοίμως ὑπακούσαντος· ἐνδέκατον ἔτος ἦν ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς τῶν δύο Αὐγούστων Ὑπατοι δὲ ἦσαν Ῥουφῖνος καὶ Εὐσέβιος, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ συνεκροτήθη σύνοδος. Socrat. *Hist. Eccl.* l. II, c. 20. Verumenim vero etiamsi episcopi ex utroque imperio convocati fuerint, concilium tamen ex occidentalibus solis constitutum est. Cum omnes enim Sardicam convenissent, orientales negabant se ad concilium venturos, nisi Paulus et Athanasius ab occidentalibus prius ejicerentur : quod cum hi respuissent, orientales Philippopolim illico se conferentes, ibi concilium seorsim ab occidentalibus habebant, καὶ γενόμενοι ἐν τῇ Φιλίππου πόλει τῆς Θράκης, ἰδιάζον ποιοῦντες συνέδριον. Ut Socrates ibidem tradidit; necnon Sozomenus lib. 3,

Ille enim cum ad Arianorum hæresin se contulisset, magnopere contendebat ea, quæ in prima synodo decreta et definita fuerant, evertere. Quod cum frater ejus Constans, qui veteri Romæ imperabat, ex papa, qui tunc erat, didicisset, fratri bellum per litteras minatus est, nisi Ecclesiam perturbare et fidem orthodoxam labefactare desineret. Ille vero id quod est fidei perfectum quærens, ad fratrem suum rescripsit, ut id quoque confirmetur, sibi curæ magnopere esse. Utrisque ergo imperatoribus visum est, ut fieret antistitum synodus, et quæ ab illis examinata ac probata esset fides, valeret. Dictorum ergo fratrum et imperatorum jussu congregati sunt episcopi numero trecenti quadraginta et unus Sardicæ, quæ nunc Triaditze dicitur; qui cum de iis, quæ Nicææ decreta erant, disceptassent, ea confirmarunt, edito decreto, quod sanctum symbolum Patrum, qui Nicææ convenerunt, corroborat et confirmat, et hoc observari et immutabile manere statuit: eos autem, qui præter hæc sentiunt, abdicat et anathemati subjicit. Hujus itaque Sardicensis synodi Patres canones quoque ediderunt, ad statum ecclesiasticum respicientes; qui sunt hi:

A γάλου Κωνσταντίνου. Ἐκεῖνος γὰρ, προσθέμενος τῇ τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσει, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ δογματισθέντα καὶ ὁρισθέντα ἀνατρέψαι. Ὅπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κώνστας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης κρατῶν, μαθὼν ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ τότε πάπα, ἠπείλησε πόλεμον διὰ γραμμάτων τῷ ἀδελφῷ, εἰ μὴ παύσοιτο κυμαίνων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν παρασαλεύων. Ὁ δὲ, τὸ ἀκριβὲς τῆς πίστεως ζητῶν, τῷ ἀδελφῷ ἀντιπέστειλε κἀκεῖνο βεβαιωθῆναι διὰ σπουδῆς τυγχάνειν αὐτῷ. Συνέδοξεν οὖν τοῖς αὐτοκράτορσι ἀμφοτέροις σύνοδον γενέσθαι ἀρχιερέων, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων δοκιμασθεῖσαν πίστιν κρατεῖν. Διὸ κελεύσει τῶν εἰρημένων αὐταδέλφων καὶ βασιλέων συνηθροίσθησαν ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν τριακόσιοι τεσσαράκοντα καὶ εἷς ἐν Σαρδικῇ, τῇ νῦν λεγομένῃ Τριαδίτζῃ, οἳ, διαγνωμονήσαντες περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων, ἐβεβαίωσαν ταῦτα, ὅρον ἐκθέμενοι κυροῦντα τὸ ἅγιον σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατέρων, καὶ κρατεῖν αὐτὸ καὶ ἀπαραποίητον μένειν διοριζόμενον· τοὺς δὲ παρὰ τοῦτο φρονοῦντας ἀποκηρύττοντα καὶ ποιοῦντα ὑπὸ ἀνάθεμα. Οἱ γοῦν ἐν τῇ Σαρδικῇ ταύτῃ συνόδῳ Πατέρες καὶ κανόνας ἐξέθεντο εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶντας κατάστασιν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι (76)·

B

CANON I.

« Osius urbis Cordubæ episcopus dixit: Non tantum mala consuetudo, quantum perniciosissima « rerum corruptela, est ex ipsis fundamentis penitus exstirpanda; ne cui episcopo liceat a « parva civitate in aliam civitatem migrare: C « ejus enim causæ prætextus est manifestus, « propter quem talia aggreditur. Nullus enim « episcopus adhuc inveniri potuit, qui a majori

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης εἶπεν· Οὐ « τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτά« τη τῶν πραγμάτων διαφθορὰ ἐξ αὐτῶν τῶν θε« μελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπι« σκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν « μεθίστασθαι. Ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφα« σις φανερὰ, δι' ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται. Οὐ« δεὶς γὰρ πώποτε εὑρεθῆναι ἐπίσκοπος δεδύνη-

Guill. Beveregii notæ.

cap. 11. Ac proinde Sardicense illud œcumenicum æquaquam dici potest concilium, quia ab occidentalibus solis episcopis habitum fuit: unde et *Occidentalium concilium* ab antiquis Patribus sæpe audit; neque unquam a Græcis vel vetustioribus Patribus œcumenicum vocatum est. Numerus episcoporum, qui ex utroque imperio ad urbem, licet non ad concilium, conveniebant, erat circiter centum septuaginta; ut Athanasius, cujus causa indicta est synodus, et qui ipse intererat, testatus est, dicens, Συνέρχονται τοίνυν ἀπό τε τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως ἐν τῇ Σαρδῶν πόλει πλέον ἢ ἑλάττονα τὸν ἀριθμὸν ἐπίσκοποι. Athanas. ad Solitar. tom. 1, pag. 818, edit. Paris. Ubi etiam observatum velim, hic dici tot convenisse ἐν τῇ πόλει, non εἰς τὴν σύνοδον. Socrates, fateor, et multi e recentioribus asseruerunt, ipsum etiam Athanasium dixisse trecentos plus minus episcopos in hac synodo congregatos esse. Verum Athanasius nuspiam hoc dixit, sed tantum asseruit, τριᾶ *trecentos quadraginta quatuor* episcopos suæ ipsius restitutioni subscripsisse; ut ex ipsius constat Apologia secunda pag. 767 et 708, quorum etiam nonnulli ante, alii post synodum subscripserunt. Verus itaque numerus omnium tam occidentalium quam orientalium, qui Sardicam convenibant, episcoporum, is erat, qui verbis ejus ante citatis asseritur, minimum 170 plus minus. Cum autem omnes orientales ab urbe secessissent, ad synodum nunquam convenientes, ea vix a pluribus quam 80, iisque omnibus occidentalibus, episcopis celebrata fuit.

(76) *Οἵπερ εἰσὶν οὗτοι.* Post hæc ultima præfationis in canones hujus concilii verba in codice nostro Bodleiano hæc habentur, Εἰ βούλει μαθεῖν τὰ περὶ τῆς τοιαύτης συνόδου, ἀνάγνωθι τὸν Βίον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐν ᾧ εὑρήσεις μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι ἦσαν Ἑσπέριοι μὲν πλείους ἢ τριακοσίους, τῆς Ἑῴας δὲ ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ ἑβδομήκοντα γοῦν κατὰ Ἀθανασίου D φρονοῦντες οὐ συνῆλθον τοῖς ἐξ Ἑσπέρας, διὰ τὸ συνεῖναι ἐκείνοις τὸν Ἀθανάσιον· ἀπελθόντες δὲ ἐν Φιλιππουπόλει ἰδίαν σύνοδον συνεστήσαντο, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἀπεκήρυξαν. Οἱ δὲ τριακόσιοι τὴν σύνοδον συστησάμενοι τοὺς ἐν Φιλιππουπόλει καθεῖλον. *Si quæ ad hanc synodum spectant edicere velis, Vitam sancti Athanasii legas, in qua inter alia invenies, quod qui conveniebant episcopi erant occidentales quidem plus minus trecenti: ex Oriente autem septuaginta; septuaginta autem male contra Athanasium affecti cum occidentalibus non conveniebant, eo quod Athanasius cum iis erat: abeuntes autem Philippopoli propriam synodum constituebant, et ὁμοούσιον abdicabant. Trecenti vero synodum habentes, eos qui Philippopoli conveniebant, depositioni subjiciebant.* Hæc autem in nullo alio codice leguntur: iis vero quæ a Balsamone et Zonara hic scribuntur, non consentiunt; atque ideo a neutro scripta, sed e margine in textum traducta videntur.

« ται, ὃς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν ἐσπούδασε μεταστῆναι· ὅθεν συνέστηκεν διαπύρῳ πλεονεξίας τόπῳ ὑπεκκαίεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. Εἰ πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἡγοῦμαι γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς τοιούτους χρῆναι κοινωνίαν. Πάντες ἐπίσκοποι εἶπον· Ἀρέσκει πᾶσιν. »

« civitate in minorem transire studuerit : unde « constitit eos ardenti plura habendi cupiditate « succendi, et magis arrogantiæ servire, ut vi- « deantur majorem habere potestatem. Placetne « hoc omnibus, ut ejusmodi improbitas acerbius « vindicetur? existimo enim eos ne laicorum qui- « dem debere habere communionem. Omnes epi- « scopi dixerunt : Placet omnibus. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀρχιερέων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἀλλοτρίαν, ἤγουν διοίκησιν, εἴρηται ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ἐν τῷ ιδ' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐν τῷ κα' καὶ ἐν τῷ κβ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἐν ἑτέροις. Καταφρονουμένων δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων, ὁ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης, ὁ καὶ Ὅσιος κεκλημένος διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετὴν, προοιμιασάμενος ὀφεῖλειν πᾶσαν φαύλην συνήθειαν ἐκριζοῦσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὴν ἀφορῶσαν καὶ εἰς πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν διαφθορὰν, ἐπήγαγε μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον οἱονδήτινα ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθίστασθαι. Ὡς δέ τινος εἰπόντος συγγνωστέον εἶναι τὸν ἴσως τοῦτο ποιήσαντα διὰ τρόπον ἀγαθὸν, καὶ διὰ τὸ διδάξαι καὶ στηρίξαι λαὸν πλείονα, προσέθετο παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῦτο τολμᾶσθαι μὴ διὰ τρόπον ἀγαθὸν, ἀλλὰ διὰ πλεονεξίαν, ἢ δι' ἀλαζονείαν, καὶ ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν μείζονα καὶ κερδαίνειν πλείονα. Οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ἐπίσκοπος εὑρέθη ἀπὸ πόλεως μείζονος μεταβὰς εἰς ἐλαχιστοτέραν, ὥστε ἐκ τούτου περιαιρεθῆναι τὴν ὑποψίαν τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς φιλοδοξίας. Τοίνυν καὶ ἠρώτησε τὴν σύνοδον, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην τόλμαν, δηλονότι μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι τὸν τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, ἀλλ' ἐκπίπτειν καὶ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως· καὶ μηδ' ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν μετ' αὐτῶν; πρὸς ὃ οἱ τῆς συνόδου ἀπεκρίναντο ὅτι πᾶσιν ἀρέσκει. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐρωτήσει τις ὡς τοῦ ιε' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου διοριζομένου τὸν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβάντα ἐπίσκοπον μὴ καθαιρεῖσθαι, ἀλλ' ἀποκαθίζεσθαι εἰς τὴν προτέραν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τοῦ παρόντος κανόνος παντελῆ ἀκοινωνησίαν τούτου καταψηφιζομένου, τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; Λύσις. Καὶ ἀμφοτέροις. Οὐδὲ γὰρ ἐπικοινωνοῦσιν ἀλλήλοις. Ἀνάγνωθι τὸν ῥηθέντα ιε' κανόνα. Εἰ δέ τις ἀνθυποφέρει τὸν κ' κανόνα τῆς ς' συνόδου λέγοντα οὕτω ῥητῶς· Μὴ ἐξέστω ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν τὴν μὴ αὐτῷ προσήκουσαν πόλιν δημοσίᾳ διδάσκειν· εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, τῆς ἐπισκοπῆς παυέσθω· τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω· καὶ λέγει ὀφείλειν τὸ λοιπὸν τὰ τοῦ τοιούτου μᾶλλον κανόνος κρατεῖν, ὡς μεταγενεστέρου κατὰ πολὺ καὶ καθαίρεσιν μόνον ἐπάγοντος· ἀκουσάτω μεγάλην εἶναι τὴν διαφορὰν τῶν κανόνων. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀλλοτρίου θρόνου ἐπέβη ὁ ἐπίσκοπος, καὶ κατεῖχεν αὐτὸν αὐθεντικῶς· διὸ σὺν τῇ καθαιρέσει καὶ ἀποκηρύσσεται ὡς ἀναιδέστατος· ὁ δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι κανόνι τῆς ς' συνόδου δηλούμενος ἐπίσκοπος οὐδέν τι ἕτερον ἐνήρ-

BALS. De episcopis, qui a civitate in civitatem seu diœcesim transeunt, dictum est in synodi Nicænæ canone 15, et in canone 14 sanctorum apostolorum, et in 21 et in 22 Antiochenæ, et in aliis. Cum autem neglecti haberentur ea, quæ ipsis continentur, episcopus Cordubensis, qui Osius appellatus est propter virtutem quæ illi inerat, exorsus, debere omnem malam consuetudinem radicitus exstirpari, multo autem magis eam quæ spectat ad rerum ecclesiasticarum corruptelam; intulit non licere cuiquam episcopo ex civitate in civitatem transire. Perinde autem ac si dixisset quispiam, ei esse ignoscendum, qui honesta fortasse de causa hoc facturus est, et ut majorem populum doceat et confirmet; adjecit, hoc audere episcopos, non propter honestam aliquam causam, sed propter avaritiam, vel superbiam, et ut habeant potestatem majorem, et plura lucrifaciant. Nullus enim, inquit, inventus est episcopus, qui a majori civitate in minorem transierit, ut ex eo avaritiæ et cupiditatis gloriæ suspicio tollatur. Interrogavit itaque synodum : an ei placeret acerbius talem audaciam vindicari; scilicet non solum deponi eum qui tale quid fecerit, sed etiam a fidelium communione excidere, et nec ut laicum quidem cum ipsis communicare? **483** Ad quod synodi Patres responderunt, id omnibus placere. His ita se habentibus, interrogaverit quispiam : Cum canon 15 synodi Nicænæ statuit, ut episcopus, qui a civitate in civitatem transiit, non deponatur, sed in priorem suam ecclesiam restituatur, præsens autem canon eum absoluta excommunicatione condemnet; utrum sit sequendum? *Solutio.* Utrumque. Neque enim habent quidquam inter se commune. Et lege dictum canonem 15. Si quis autem contra afferat vicesimum canonem sextæ synodi, qui sic dicit expresse : Ne liceat episcopo in alia, quæ ad se non attinet, civitate publice docere; si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, cesset ab episcopatu, quæ sunt autem presbyteri exerceat; et dicat hunc canonem in posterum magis observari debere, ut qui sit multo recentior, et depositionem solum inducat : audiat esse magnam canonum differentiam. Hic enim episcopus alienum thronum invasit, et eum sua auctoritate obtinuit. Et ideo una cum depositione etiam abdicatur, ut qui sit impudentissimus. Qui autem in prælicto sextæ synodi canone declaratur episcopus, in alia provincia nihil aliud exercuit, nisi quod solum publice docuit : et ideo solum deponitur. Quod etiam Antio-

chena synodus fieri decrevit in eum qui ultra suam provinciam ordinavit, in tertio decimo ejus canone. Cum autem audis canonem dicentem, nulli licere episcopo a parva civitate in aliam migrare; ne dixeris a contrario, posse episcopum a magna civitate in parvam transire; utpote cum sint utique sublatæ causæ, quæ sunt in canone declaratæ. Nam hoc quoque a canonibus similiter punitur; qui indistincte statuunt, non eos solos deponendos, qui a quavis civitate in aliam transeunt, sed eos etiam, qui ultra provinciam aliquid sacerdotale exercent, et ad ecclesias, quæ illos sortitæ sunt revertuntur. Et hæc quidem sic. Tu autem, si velis quæ ad translationem, transitionem et invasionem attinent perfecte scire, lege commentarium canonis 15. primæ synodi.

A γησεν εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν, ἀλλὰ μόνον ἐδίδαξε δημοσίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο καθαιρεῖται μόνον. Ὅπερ καὶ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος γίνεσθαι διωρίσατο εἰς τὸν παρ' ἐπαρχίαν χειροτονήσαντα ἐν τῷ ιγ' κανόνι αὐτῆς. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, Ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς δύνασθαι ἐπίσκοπον μεταβαίνειν ἀπὸ πόλεως μεγάλης εἰς μικράν, ὡς τάχα περιαιρουμένων καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν ἐν τῷ κανόνι δηλωθεισῶν. Καὶ τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῶν κανόνων παρομοίως κολάζεται, ἀδιαφόρως διοριζομένων καθαιρεῖσθαι μὴ μόνους τοὺς ἀπὸ πόλεως οἱασδήτινος εἰς ἑτέραν μεταπίπτοντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς παρ' ἐπαρχίαν ἱερατικόν τι ἐνεργοῦντας, καὶ εἰς τὰς λαχούσας αὐτοὺς ὑποστρέφοντας. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως· σὺ δὲ εἰ θέλεις ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ περὶ τῆς μεταθέσεως, μεταβάσεως καὶ ἐπιβασίας, ἀνάγνωθι τὸ σχόλιον τοῦ ιε' κανόνος τῆς α' συνόδου.

B

ZONAR. Ut quisque in hac synodo eloquentia ac prudentia cæteris præstitit, ita certis quibusdam de rebus sententias suas explicavit; quæ si aliis quoque episcopis probarentur, communi omnium consensu firmatæ in canones promulgabantur. Primus igitur episcopus Cordubensis, Osius dictus, quid de episcopis ex alia in aliam urbem migrantibus censeret, exposuit. Quamvis enim et apostolicis et synodorum sanctionibus id vetitum esset, non deerant tamen aliqui in hoc genere contumaces. Sunt ergo, quæ in exordio canonis continentur, hujus fere sententiæ: tollendam esse scilicet pravam quamlibet consuetudinem; sed eam, ex qua rebus quoque pernicies afferri queat, ex ipsis fundamentis evelli radicitus oportere. Quæ quidem verba, radicitus et a fundamentis evellendi, penitus consuetudinem illam exstinguendam atque abolendam esse demonstrant. Canonis vero decreto, ne ea urbe relicta, cujus episcopus creatus est, in aliam transire episcopo liceat, definitum. Neque enim migrationis illius obscuras esse causas, avaritiam videlicet atque arrogantiam. Avaritiam quidem, quod ex hac urbe in aliam plura habendi cupiditate demigret: arrogantiam vero, qui scilicet sedem mutare, atque in ampliori urbe collocare, elatione animi gloriæque majoris studio adductus concupierit. Nec enim, inquit, qui ex ampliore urbe in humiliorem transmearit, aliquando repertus est; sed obscura et tenuis cum majore celebrioreque mutatur: quod quidem eorum, qui id faciunt, avaritiam ac incensam potestatis amplioris desiderio arrogantiam coarguit. Hanc sententiam cum in conventu episcoporum Osius explicasset, rogavit an omnibus in ejusmodi omnium pravitatem severius animadverti placeret? Deinde multam quoque adjunxit, qua eos a fidelium consortio excludendos, ac ne laicorum quidem more ipsis communionem cum fidelibus permittendam esse, censuerit. Quibus auditis synodi Patres, idem placere omnibus, responderunt.

ΖΩΝΑΡ. Ἕκαστος τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ προσεχόντων ἐν λόγῳ καὶ γνώσει γνώμας εἰσῆγε περί τινων ὑποθέσεων, καὶ εἰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἤρεσκον ἐπισκόποις, ἐκυροῦντο, καὶ εἰς κανόνας ἐξεφωνοῦντο. Ὁ γοῦν ἐπίσκοπος Κορδούβης Ὅσιος κεχλημένος πρῶτος εἰσήγαγε γνώμην περὶ τῶν ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν πόλιν μεταβαινόντων ἀρχιερέων. Εἰ γὰρ καὶ ἀποστολικοὶ κανόνες καὶ συνόδων τοῦτο ἐκώλυον, ἀλλ' ἔτι ἐγίνετο. Τὸ γοῦν τοῦ κανόνος τούτου προοίμιον τοιαύτης ἐστὶν ἐννοίας, ὅτι πᾶσαν δεῖ φαύλην συνήθειαν ἀναιρεῖσθαι· εἰ δὲ καὶ εἰς πραγμάτων εἴη διαφθοράν, ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων χρὴ αὐτὴν ἐκριζοῦν, διὰ τῆς ἐκριζώσεως καὶ τῶν θεμελίων τὴν παντελῆ καθαίρεσιν καὶ ἀνατροπὴν ἐνδεικνυμένου τοῦ λόγου. Ὁ δὲ κανὼν διορίζεται μηδένα ἐπίσκοπον καταλιμπάνειν τὴν πόλιν, ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη, καὶ μεταβαίνειν εἰς ἑτέραν. Φανερὰν γὰρ εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς μεταστάσεως, ἣν πλεονεξίαν ὀνομάζει καὶ ἀλαζονείαν· καὶ πλεονεξίαν μέν, ὡς πλέον ἔχειν τι τοῦ μεταβαίνοντος ἐκ πόλεως εἰς πόλιν ἐφιεμένου· ἀλαζονείαν δέ, ὡς δι' ὑπαρσιν καὶ δόξης ἔρωτα μείζονος τὴν μετάβασιν ποιουμένου. Οὐ γάρ τις, φησίν, εὑρέθη ποτὲ ἐκ μείζονος πόλεως εἰς μικροτέραν μεταχωρήσας, ἀλλ' ἐκ μικρᾶς καὶ ἀφανεστέρας εἰς μείζω καὶ ἐπιφανεστέραν· ὅπερ κατηγορεῖ τῶν τοῦτο ποιούντων ἀλαζονείαν καὶ πλεονεξίαν, θελόντων μείζονος δράξασθαι ἐξουσίας. Ταύτην τὴν γνώμην ὁ Ὅσιος ἐπὶ τοῦ συνεδρίου τῶν ἐπισκόπων εἰσαγαγών, ἠρώτησεν, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην κακίαν. Εἶτα καὶ τὸ ἐπιτίμιον ἐπήγαγεν, εἰπὼν ὅτι ἐκπίπτειν χρὴ τοῦτον τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως, ὥστε μηδὲ ὡς λαϊκὸν ἔχειν τοῦτον μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίαν. Πρὸς ὃ οἱ τῆς συνόδου ἀπεκρίναντο ὅτι Πᾶσιν ἀρέσκει.

C

D

484 ARIST. « Non est invenire episcopum ex « majore in minorem civitatem transeuntem. « Qui igitur ex humili sede in sublimiorem trans-

ΑΡΙΣΤ. « Ἀνεύρετόν ἐστιν ἐπίσκοπον ἐκ μείζονος « εἰς μείονα πόλιν μεταθέον. Ὁ τοίνυν ἐκ ταπει- « νῆς ἐφ' ὑψηλοτέραν μεταπηδῶν, ὡς ὁ ἀλαζὼν

« καὶ πλεονέκτης ὑποβλεπόμενος, διὰ βίου παντὸς A
« ἀκοινώνητος. »

Ὁ παρὼν κανὼν τὰς μεταθέσεις τῶν ἐπισκόπων ὅλως οὐ συγχωρεῖ γίνεσθαι· ἀλλὰ καὶ εἰ γένωνται, αὐστηρῶς τοὺς μετατιθεμένους κολάζει. Καταλαβόντες γὰρ οἱ Πατέρες ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ὡς οὐδεὶς τῶν ἐπισκόπων ἀπὸ πόλεως μείζονος εἰς ἐλαχιστοτέραν πόλιν μετατεθῆναι σπουδάζει, ἀλλὰ ἀπὸ μικρᾶς πόλεως ἐπὶ ὑψηλοτέραν πόλιν ἐθέλει μετατεθῆναι διὰ ἀλαζονείαν καὶ πλεονεξίαν, ὥρισαν τὸν τοιοῦτον μηδὲ λαϊκοῦ κοινωνίαν ἔχειν, ἀλλὰ σὺν τῷ καθαιρεῖσθαι καὶ ἀφωρισμένον εἶναι.

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Εἰ δέ τις τοιοῦτος εὑρίσκοιτο μανιώδης ἢ τολμη-
« ρὸς, ὡς περὶ τῶν τοιούτων δόξαι τινὰ φέρειν
« παραίτησιν, διαβεβαιούμενος ἀπὸ τοῦ πλήθους B
« πρὸς ἑαυτὸν κεκομίσθαι γράμματα· δῆλόν ἐστιν
« ὀλίγους τινὰς δεδυνῆσθαι, μισθῷ καὶ τιμήματι
« διαφθαρέντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ στασιάζειν, ὡς
« δῆθεν ἀξιοῦντας τὸν αὐτὸν ἔχειν ἐπίσκοπον·
« καθάπαξ οὖν τὰς ῥᾳδιουργίας τὰς τοιαύτας καὶ
« τέχνας κολαστέας εἶναι νομίζω, ὥστε μηδένα
« τοιοῦτον μηδὲ ἐν τῷ τέλει λαϊκῆς γοῦν ἀξιοῦσθαι
« κοινωνίας. Εἰ τοίνυν ἀρέσκει ἡ γνώμη αὐτη, ἀπο-
« κρίνασθε. Ἀπεκρίναντο· Τὰ λεχθέντα ἤρεσεν. »

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τοῦ α' ἐξέχεται. Τινῶν γὰρ ἐπισκόπων αἰτιωμένων διὰ τὴν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν τούτων μετάστασιν, καὶ ἐπιχειρούντων παραιτεῖσθαι, ἤγουν ἀποσκευάζειν ἐξ αὐτῶν τὴν αἰτίασιν, ἐκ τοῦ λέγειν διὰ γραμμάτων τοῦ πλήθους τῆς πόλεως μεταπεσεῖν ἐκ τῆς λαχούσης αὐτοὺς, ὥρισαν C οἱ Πατέρες μηδὲ τοῦτο εἰς ἀπολογίαν ἀρκεῖν· ὅτι τῶν εἰκότων ἐστὶ ῥᾳδιουργηθῆναι τοιαῦτα διά τινων ὀλίγων ἐποίκων τῆς πόλεως διαφθαρέντων νομίσμασι καὶ οἷον μισθωθέντων· ὅθεν καὶ ἐκώλυσαν τοὺς ταῦτα τεχναζομένους ἐπισκόπους διὰ παντελοῦς ἀποχηρύξεως, ὥστε μηδὲ θνήσκοντας αὐτοὺς, ὡς λαϊκοὺς ἀξιοῦσθαι κοινωνίας. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, μὴ εἴπῃς τοὺς μετὰ ἀληθείας μεταληθέντας παρὰ πολιτῶν συγγινώσκεσθαι, ἢ μὴ συγγινωσκομένους, τιμωρεῖσθαι κατὰ τοὺς ῥᾳδιουργήσαντας τὴν μετάληψιν· ἀλλ' εἰπὲ αὐτοὺς καθαιρεῖσθαι, ὡς μὴ ὀφείλοντας ὑπακούειν ἀμετόχων ἀνθρώπων.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δὲ τοσοῦτόν ἐστι, φησὶ, μανιώδης τις ἢ τολμηρὸς, ὥστε καὶ μετὰ τὸν κανόνα τολμῆσαι D μεταπεσεῖν ἐκ πόλεως εἰς πόλιν, καὶ περὶ τούτου δοκεῖν φέρειν παραίτησιν, ἤγουν ἀπολογεῖσθαι, καὶ παραιτεῖσθαι τὴν μέμψιν, ἀνεὶ τοῦ ἀποσκευάζεσθαι, διαβεβαιούμενος ἤτοι ἐνιστάμενος κεκομίσθαι αὐτὸν γράμματα ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς πόλεως μετακαλούμενα αὐτὸν εἰς τὴν ἐπισκοπήν· δῆλον ὅτι ὀλίγους τινὰς ἠδυνήθη πεῖσαι στασιάζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀξιοῦντας ἔχειν αὐτὸν ἐπίσκοπον. Καὶ ἐκεῖνος δὲ ἐμισθώσατο καὶ ἠγόρασε τὸ ζητῆσαι αὐτὸν, δοὺς αὐτοῖς χρήματα, ἅτινα καὶ μισθὸν καὶ τίμημα ὠνόμασεν ὁ κανών. Καθόλου, φησὶ, τὰς τοιαύτας ῥᾳδιουργίας ἤτοι δολιότητας καὶ τέχνας παρὰ ἐπισκόπων γίνεσθαι κολάστεώς ἐστιν ἄξιον. Ἡ δὲ κόλασις τὸ μηδένα τοιαῦτα ποιοῦντα, μηδὲ θνήσκοντα, ὡς λαϊκὸν

« ibit, tanquam arrogans et avarus, per totam
« vitam excommunicabitur. »

Præsens canon episcoporum translationes fieri non omnino permittit, aut si fiant, pœnas a translatis severe petit. Deprehendentes enim Patres ex eo quod nullus episcoporum a civitate majori ad minorem transferri civitatem studet, sed a civitate parva ad sublimiorem migrare cupit civitatem, per arrogantiam et plura habendi cupiditatem videlicet fieri, decreverunt talem nec laici habere communionem, sed cum depositione etiam excommunicatum esse.

CANON II.

« Si quis autem adeo insanus vel audax invenia-
« tur, ut de iis videatur aliquam afferre excusa-
« tionem, asserens, sibi a populo allatas esse
« litteras: clarum est, potuisse pauculos aliquos
» mercede et pretio corruptos in ecclesia seditio-
« nem movere, ut eumdem utique velint habere
« episcopum. Omnino ergo has fraudes et artes
« puniendas esse existimo, ut nemo possit, qui est
« ejusmodi, ne in fine quidem laica communione
« dignus haberi. An ergo hæc placet sententia,
« respondete. Responderunt : Placent quæ dicta
« sunt. »

BALS. Hic quoque canon a prima dependet. Cum enim quidam episcopi accusarentur propter suam a civitate in civitatem transmigrationem, et conarentur se excusare, seu ex se criminationem amoliri, eo quod dicerent per populi civitatis litteras se recessisse ab ea civitate quæ illos sortita est; decreverunt Patres, ne hoc quidem ad defensionem sufficere, quia verisimile est hæc callide facta fuisse per paucos civitatis habitatores pecuniis corruptos, et veluti mercede conductos. Unde et episcopos, qui hæc machinantur, per perfectam abdicationem punierunt, ut ne morientes quidem ut laici communione digni habeantur. Iis autem ita se habentibus, ne dixeris eis esse ignoscendum, qui a civibus vere evocati sunt; vel si non ignoscatur, esse puniendos, ut eos qui evocationem fraude machinantur : sed dic eos deponendos esse, ut qui non debeant audire homines ad ipsos non pertinentes.

ZONAR. Quod si quis, inquit, adeo insanus tantaque confidentia præditus reperiatur, qui etiam post hunc canonem ejitum civitatem mutare ausus fuerit, eoque se excusare, hoc est, tueri factum crimenque refellere velle videatur, quod litteras, quibus ad episcopalem curam evocaretur, a populo urbano se tulisse, id est, accepisse asserat ac defendat; facile apparet, paucis hominibus, ut in ecclesia seditionem excitarent, ipsumque sibi episcopum deposcerent, ab eo persuaderi potuisse. Sed eorum suffragia sibi ille videlicet emercatus est, pecuniam, quam mercedem ac pretium canon appellat, hominibus dilargitus. Omnino igitur, inquit, episcopum, ad callidas has artes sive fallacias fraudesque confugientem, impune abire haud decet. Erit ergo hæc animadversio, ut qui aliquid tale ad-

miserit, ei ne laicorum quidem more liceat, etiam in mortis articulo, communicare. Cum porro canon ne morienti quidem isti communicare permittit, eum viventem ne in fidelium quidem numero a se haberi demonstrat.

ARIST. « Si quis e civitate in civitatem transiens, « seditiones movet, multitudini placens, et ab « eadem in tumultu excitando adjutus, nec in « vitæ exitu sit communionis particeps. »

